TOMVS DECIMꝰ
SEPTIMꝰ RERV̄
POLONARVM.

1544
1545
1546



Tomus decimus octa⁹ legationum responsionū etc

Sub dn̄o Sigismundo primo rege Poloniae Samuele Macieowski ep̄o Crac. Cancellarium agente: actarum scripta etc.

Per me Stanislaum Gorski cracovien et plocen Canonicum collect.

Continet annos 1544 1545 1546

Conventus Terris Prussie in Graudentz pro die S. Michael indictus. 1544.

Sigismundus primus Rex Polonie

Episcopis Palatinis Castellanis

Terrarum Prussie.

ex Exemplo

Rde in Chro pr: sincere nobis dilecte. Qua de causa ad preterita Comicia ex primariis regni nri consiliariis et Senatoribus, legatos nros Marienburgum miserimus, tenet procul dubio memoria vra Ptas: Neque illud non meminit, quo sint cum responso dimissi. alia et nri et illorum habita iri istuc ratione existimabamus. nunc ita dimissos videmus ut et oleum et opera quod aiunt perisse videatur: non sine magna et nra et illorum, qui prope principem in Senatu nro locum obtinent indignitate. Duabus enim de causis missi, neutra obtinuerant. Qd si altera deliberationis indigere visa est, q nova terris nris Prussie accidisset: at fuit altera usitata, que longiori deliberatione opus non haberet: tamen ne in hac quidem nre postulationi quidquam fuit concessum, q non posse simul intendi dicerent consiliis parande milicie, et pecunie rogande. Quasi vero ut iam in provinciam essent milites a nobis postulatum esset. cum nra voluntas non alia fuerit, q ut que ratio defendendi unanimi consensu et voluntate omnium regni nri ordinum in hiis que proxime habita sunt Comiciis Pietrkovie fuit constituta, ad eandem etiam ordines Terrarum nrarum Prussie consentirent. quo, cum necessitas postularet, tam potenti Christiani nominis hosti coniunctis viribus resistere nobis liceret. Quando autem hac defendendi ratione utendum nobis sit nemo est qui scire possit. Nos nil aliud q cavere voluimus si quid preter spem accideret, ne nos prorsus imparatos hostis offenderet. Que quidem cautio nil erat q gravis cuiquam videri posset. Nam sumptus nemini facere oportebat nisi ultima urgente necessitate. fore speramus: optamusque certe ut eiusmodi expeditione opus nobis non sit. Num ideo contra gravissimos impetus aliorum non erit aliquid pecunie rogandum, unde scribi miles possit ad propulsandum vim si quam inferre et aliquis conetur. Videt igitur Ptas vra nullam fuisse causam quamobrem vel gravari se nonnulli putarent: vel in alia Comicia reiicerent de re tam necessaria consultatorum.

Nam qui satis iam pecuniæ esse depositum existimant ex ge=
mina Contributione, ut aliquousque proferendo bello sufficere
posset: hii quanto sumptu opus sit ad bella gerenda, parum
adhuc cognovisse videntur. Nos qui periculum facimus, rectius
id exploratum habemus. Quamobrem F. vram hortamur
ut quod in superioribus terrarum nrarum Prussiæ Comitiis
neglectum est: in hiis quæ extremo Mense Septembri ad diem
divo Michaeli sacrum de more, Graudentii habebuntur:
curet sarciendum: atque ad ea, se ipsa conferat, ac pro virili
sua contendat et elaboret, quo de hiis omnibus quæ Maio
Mense præterito per Legatos nros acta sunt, gratum et optatum
ad nos responsum perferatur. Perturbit hoc F. vræ ad
gratiam sibi nram regiam demerendam. Datum in Brzestie
Lituaniæ: X.a July. Anno dni 1544. Regni nri 38.

Sigismundus primus Rex Polonie Minoribus Consiliariis: et Succamerariis Prussiæ.

Generose fidelis dilecte. Quæ per Legatos nros, primarios
regni nri Consiliarios, in Comitiis Marienburgi proxime
habitis proposita fuerint, non ignorat proculdubio F. tua.
Quoniam vero nullum eis tum responsum datum, sed in hec
Graudentina Comitia ad diem divo Michaeli sacrum celebranda
res fuit reiecta, quod eam deliberationis indigere putarent,
F. ti tuæ mandamus ut ad ea se conferat, et una cum Consiliariis
et terrarum nrarum Prussiæ Nunciis operam suam navatura.
Quandoquidem nihil nobis nisi salus illarum terrarum queritur.
ut gratum et optatum responsum nancisci queamus. Factura
pro fide sua: proque gratia nra. Datum ut supra

In eand sententia: ad Equestrem ordinem: ac ad Ciuitates Prussie Rex scripsit: mandans ut e medio sui Nuntios cum plena et non limitata potestate ad Conuentu in Graudenc mitterent: et consultarent. etc.

Similr ad Capitaneos Prussie lre sunt scripte. ut per precones in Ciuitatibus et oppidis: Comitia publicarent.

Sigismundus Rex Polonie
Paulo Plotowskij Ppto Varmien

Venlis deuote nobis dilecte. Quandoquidem presens adfuit Do tua, quo tempore ex primariis regni nri Senatoribus et Consiliariis Legatos ad Comitia Marienburgen proximo mense Maio misera, quid ab eis actum sit: quidque responsi tulerunt, non ignorat proculdubio Do tua. nil iam restare videtur, quam ut responsu quemadmodum promissum fuit a Consiliariis terrarum nostrarum Prussie ad nos transmittatur. quod quidem cuiusmodi esse velimus, ut scire ocs possint habitam esse Legatorum nrorum rationem, quos nos quidem vix alio unquam tempore grauiores ad Comitia terrarum Prussie misimus, non sine magno nro sumptu. Fuerunt aute duo Legationis eorum capita, Vnum ut que ratio defendendi regni contra maiorem vim atque impetum Turcarum in proximis Piotrkouiensibus fuit constituta, quamuis nondum plane determinata ad eam consentirent. Alterum, ut prouideatur aliquid pecunie ad sedandos tumultus si qui orti fuerint in terris Prussie, qui varie metu esse non possunt, quandoquidem in preteritis Imperialibus Comitiis designatum esse nouum ordinis Theutonicorum Magistrum certo accepimus. Hec itaque duo ut obtineri per nos possint urgebit atque instabit Do tua, ac quibuscumque poterit rationibus persuadere conabitur, ut postulationi nre per insignes Legatos nros facte satisfaciant. Mittimus autem Dni tue lras fidei publicas annexas, quas tum proferet quando legationem nram obibit Factura quod fide sua pro gratia nra. Datum in Brzescie Lituanico. x July. 1544. Regni nri 38.

[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] gdy [illegible] [illegible] [illegible]
i [illegible] [illegible] z [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]
planu nie [illegible] — [illegible] [illegible] i [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] dla [illegible]-
[illegible] [illegible] [illegible]. [illegible]
[illegible] planu [illegible] i [illegible] — jednakże [illegible]
i [illegible] dobre [illegible] gdy [illegible] [illegible] [illegible]
innych [illegible], [illegible] w [illegible], nie [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] [illegible] i [illegible] na [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] i [illegible] [illegible]. [illegible] [illegible]
[illegible] nie [illegible]

6

Annus Domini Millesimus quingentesimus quadragesimus quartus.

Ad constituendam rerum ordinatom in Regno: indictus erat Conuentus Regni generalis in Pyotrkow ad diem S. Andreę Apostoli sub finem anni 1543. Propter suspicionem tamen pęstilentis translatus erat et prorogatus ad die Epiphaniarum anni sequentis 1544.

4

Littere Conuentuales

Sigismundus primus Rex Polonie Primariis Consiliariis Regni Pol.

Mag^ce sincere nobis dilecte. Que sunt acta superioribus proximis Regni nostri Comitiis, tenet procul dubio memoria Stas tua. Ita enim discessum ab illis est, nulla vt solida defendendi Regni ratio constitueretur. Nos vero nihil nobis officii, quod erat pretermisisse videmur, fecimus omnia vt periclitanti Regno succurreremus, sed conatum nrm fortuna destituit. Neqz adhuc tam foelices fuimus vt a nris impetrare possimus tantopere instando atqz vrgendo, quo solidiorem aliquam rationem inirent, patrie sue, atqz adeo communis nostre defendende. Nam que constituta est in proximis Regni Comitiis, etsi non paruo fuit ea presidio, tamen eiusmodi non erat, qui si iustus aliquis exercitus in Regnum nrm sese immisisset, impune illi grassari licuerit, soli vt diuine clementie acceptum nos refferre oporteat, quod intactum ab hostibus Regnum hoc anno fuerit. Nam quod nram attinet prouidentiam, sursum in eo et deorsum misceri poterant omnia, qua tamen in re nos omni prorsus culpa vacare, Deum ipsum testem facimus. Voluimus enim nos semper, et volumus adhuc Regno nro prouisum Cuius salutem etiam morte nra, si vsus foret representare dubitaturi non essemus. Est itaqz quod deo gratias agamus, nihil autem nris consiliis nostrene prouidentie adscribamus, quod incolume adhuc

Regnum nostrum est, quod integrae sunt vires eius, quibus cuiuscumque libet potentis hostis impetum propulsare licet modo adsit gratia gratia divina quae non deerit proculdubio spem in illa suam collocantibus, si modo mens adsit omnibus una, si dissidentium animi charitatis glutino sibi invicem copulati fuerint. Caeterum in Hungaria quae perduxit miseros discordia Cives, conclamata iam ut prorsus ea videatur, ita ut nos periculo etiam proximi sumus. Nam nihil esse quod foederibus fidamus, certo exploratum habemus, hostis enim ille utilitate sua metitur omnia, ac quoad commodum illi fidem servat videtur. Quare tempus est veterum istum excutere, quo consopiti fuisse videamur, et causas eas omnes a nobis praecidere propter quas florentissimum olim Regnum ad exitum hunc miserabile pervenit, vicinorum potius quam nostro malo, sapere incipiamus. Nos quidem quibus regni huius tradita sunt a deo gubernacula, facturos nos omnia recepimus et spopondimus, ut ne officio nostro defuisse videri possimus. Quamquidem ob causam, ita ut nos promittere meminimus, superioribus proximis Comitiis, maturius nunc Comitia ediximus, ac diem divi Andreae sacrum illis Piotrcoviae habendis praefiximus, quae cum de more praecessura sint minora Comitia in

et alia in volumus ut ad ea Sinceritas tua proficiscatur, atque una cum his qui ex equestri ordine eo advenerint, audita Legatione nostra Nuncios eligat ad maiora Comitia qui plenam et non limitatam potestatem habeant de rebus omnibus his praesertim quae ad tuendum Regnum pertinere una nobiscum et cum reliquis Regni nostri Consiliariis statuendi. Deinde etiam ipsa Sinceritas tua ad maiora Comitia Piotrcoviensia ad diem praescriptum maturare veniat

expensa prius Legatione nostra diligenter, ut cum medita:
ta ad nos venerit consilium nobis suum impartiat, que:
admodum in his periculosissimis temporibus gerere nos
debeamus, ut Regnum nostrum, quoad eius fieri po:
terit, quam longissime incolume conservemus. Facturus
pro fide atque officio suo et gratia nostra que bene va:
leat Datum in Wielicziris sexta octobris Anno
domini 1543 Regni vero nri anno 37°

Sigismundus primus Rex Polonie Consiliariis minoribus regni Polonie

Generose fidelis dilecte. Impendentibus Regno meo tot discri:
minibus, quod et ipsa F. tua cogitare facile potest insti:
tuimus Comicia generalia Piotrcovie, pro festo Sancti
Andree Apostoli celebrare, que de more particularia in
et alia communia terrestria in precedet
In quibus ut Ftas tua pro officio adsit et diligenter
curet, quo viri graves publici commodi non privati aman:
tes cum plena et non limitata ptate legati ad generalia Co:
micia mittantur, cum quibus et ipsa Ftas tua pro tempore
prescripto mature veniens ad Comicia generalia de rebus
publicis de rebus maximi momenti de vitandis periculis
que Regno meo impendent nobiscum et cum aliis Senato:
ribus Consiliariisque meis deliberet hortamur. Nosse illa
non dubitamus que et quanta negotia superioribus Co:
miciis inchoata reliquerimus, ea ut in proximis Co:
miciis commodo totius reipublice determinari queant de:
liberatione et consultatione diligenti opus erit, ad que se
ut comparet, quo in dicenda sententia Senatoria dignitate

queat Item tuam, etiam non minus hortamur facturus pro officio suo et gratia nostra. Datum in Wieliawies sexta Octobris Anno domini 1543

Sigismundus primus Rex Polonie ad Capitaneos Regnicolos

Magnifice sincere nobis dilecte. Non ignorat Sinceritas tua que et quanta negocia superioribus Comiciis inchoata reliquerimus que primo quoque tempore absolvi ex republica iudicamus. Nec clam est Sinceritatem tuam, quanta regno nostro undique imminent pericula de quibus propulsandis mature consultari necesse est. Itaque instituimus ad diem divi Andree Sacrum celebrari Piotrcovie Comicia generalia, ut frequenti Senatu de rebus tantis statuere et de propulsandis regno imminentibus periculis deliberare commodius queamus. Porro autem hec generalia particularia in

precedent Terrestria vero in

In quibus ut Legati viri graves, prudentes publici et non privati commodi amantes, ab equestri ordine ad Comicia deligantur det operam Sinceritas tua, qui plenam et non limitatam potestatem de negociis reipublice statuendi habeant. ipsa autem Sinceritas tua se quoque ad generalia Comicia in loco predicto celebranda accingant, et comparet hortamur. Mandamus etiam Sinceritati tue ut tam generalium quam particularium et terrestrium Comiciorum diem suprascriptum voce Preconis publice in foris et congressibus hominum in Capitaneatibus suis proclamari faciat, ac literas nostras, quarum fasciculum Sinceritati tue mittimus arbitrio suo inscriptas cui volet inter prelatos nos distribuat, ne quis de Comiciis ignorantia pretendere possit. Faciet pro gratia nostra et fide officioque suo Quam bene valere cupimus. Datum in Wieliawies sexta octobris Anno 1543

Ad Capitaneos Generosos

Sigismundus Dei gratia etc

Generose fidelis dilecte. Constituimus ad multa et varia Regni negotia tractanda Comitia generalia Piotrcoviae pro festo Sancti Andreae Apostoli proximo celebrare quae particularia de more in   praecedent. Terrestria vero in   Itaque mandamus F[idelitati] tuae, ut tam generalium Comitiorum quam particularium ac terrestrium diem hic descriptum voce Praeconis publice in Capitaneatu suo proclamari faciat, ac litteras meas quarum fasciculum F[idelitati] tuae mittimus arbitrio suo inscriptas, cui volet, ex praecipuis inter Nobiles distribuat ipsaque Conventibus praedictis adsit, detque operam ut unanimi omnium consensu viri graves, prudentes, publici no[n] privati amantes Legati ad Comitia generalia deligantur faciet pro officio suo et gra[ti]a mea. Dat[um] in Vilnies sexta octobris Anno domini 1543. Regni vero nostri anno XXXVII°

Ad mandatum Sacrae
Regiae M[aies]t[a]tis proprium

Ad Nobilitatem

Sigismundus Dei gratia Rex Poloniae etc.

Nobilis fidelis dilecte. Propter imminentia Regno meo pericula instituimus Conventum generalem Piotrcoviae, ad diem divi Andreae sacrum, quem Conventus particularis in
precedet. Ad quos Conventus celebrandos, hortamur ut Ftas tua operam quoque suam conferat, ac cum aliis equestris ordinis hominibus Legatos viros graves, pondentes, publici et non privati amantes, cum plena et non limitata potestate deligant, et ad Comitia generalia mittant. Faciet pro gratia mea et officio suo. Dat in Vielicziciis sexta octobris Anno domini 1543

Generose fidelis dilecte. Quandoquidem hoc flagitare videatur gravia regni mei reique publicae negotia, ediximus generalia Comitia Piotrcoviae, ad diem divi Andreae Sacrum, quem minora sive particularia in de more precedent. Proinde cognitam habentes Ftis tuae fidem, virtutem ac erga nos et rempublicam studium, illam ad eadem minora Comitia seu particularia Nuncium meum designamus. Quae ut F. tua obeat et mandata mea ibique ad prescriptum hoc, quod illi cum presentibus mittimus, referat mandamus, navetque operam diligentem, quo Nuncii cum plena et non limitata potestate ad maiora mittantur Comitia. Factura pro fide sua proque gratia mea. Datum in Vielicziciis sexta octobris Anno domini 1543

Ad mandatum Sacrae
Regiae Mtis proprium

Litere fidei

Sigismundus Rex Polonie

Vniversis et singulis Prelatis tam Spiritualibus quam secula:
ribus, Baronibus, Palatinis, Castellanis, Dignitariis, Offi:
cialibus et vniverse Nobilitati in Conventu
congregatis, sincere et fidelibus dilectis, gratiam meam
Regiam, Syncere et fideles dilecti. Misimus in medium
Str et F. vestrum, hunc presentium exhibitorem
Cui dedimus in mandatis quo S bus
et F.bus de hiis rebus, de quibus eas in medium consulere
volumus, voluntatem meam et mandata referat. Quocirca
hortamur S tes et F. vras, vt eum diligenter audiant,
verbisque eius haud aliter quam meis fidem habeant indubiam
ac ad ea exequenda omnia, fidem, studium, et observantiam
adiungant suam. Facturae pro officio suo proque gratia
mea Datum in Wieliczka sexta octobris Anno do:
mini 1543

Legatio Regia ad Conuentus particulares missa qui precesserunt generalem ad diem Epiphaniarum Piotrcouie actum, initio anni doi 1544

Salute dicta et gratia Regia:
orator regius in hanc sententia
verba faciet

SACRA REGIA Mtas dominus nr clementissimus, pro ea cura et sollicitudine qua summa distringitur in Regno hoc suo tuendo, in vra omnium salute, in fortunarum vrarum incolumitate conseruanda, facit semper omnia sedulo, vt omnes intelligant nihil eam quodquidem ad officium illius pertinet pretermisisse: ac quantum in illa est, que sunt ad salutem Regni, omniumque vrm ea cuncta diligenter prouidet.

Itaque et proxime superiore anno qmuis et etate et valetudine affecta et arduis in magno Ducatu suo Lituanie negotiis fuerit prepedita, posthabitis tamen omnibus valetudinis etiam sue posthabita cura, in regnum hoc suum redire properauit, atque in eo Comicia edixit, in quibus, ne quid respublica detrimenti acciperet, tantis illi periculis impendentibus, prouidere potuisset.

Quominus autem conficerentur in his Comiciis omnia ex Regni salute, ac certa aliqua, et ea firma fixaque, et stabilis defendendi illius ratio iniretur, quid impedimento fuerit, qui ex omnibus vris pntis in his Comiciis adfuerunt, facile perspicere potuerunt.

Nam que res euertendo vicino nobis regno Hungarie fuerunt, ee ad nos etiam contagione qualam peruenisse iam videntur

Domesticis illud factionibus, intestinis odiis, et dissidiis, ad extremam hanc in qua nunc est calamitatem est perductum. eaque prope sunt hoc tempore regni huius instituta, eadem partium studia contentionesque. Vtinam vero non idem nos exitus maneat.

Quando ad Comicia venitur, non hoc agitur, vt patrie periclitanti et modo non emissa voce sublatisque manibus opem meam imploranti, succurratur: sed suum quisque odium explere, sue libidini satisfacere, suam potenciam non sine magno malo regni reipublice ostentare conatur, ex quo fit vt qua de re conuentum est, eius cura prorsus obmissa alie res agantur, et cum animo quisque suo satisfecerit. et quod ad priuatam suam vtilitatem pertinet extorserit, infectis rebus necessariis e Comiciis repente discedatur.

Instituta quidem fuit proximis superioribus regni Comiciis defendendi illius racio, sed eiusmodi que ad maiorem aliquam vim propulsandam, nihil prorsus momenti fuerit habitura. Nam ex ea que decreta fuit pecuniola non fere quicque adhuc, aut certe modicum quiddam est collectum. Itaque necesse habuit S. M. Regia aliunde pecuniam conquirere, quam refundi oportebit, ex ea pecunia que colligenda adhuc restat.

Aliud autem S. M. Regia ex ea quam conquisiuit pecunia quantam potuit militum manum non sine magno terrarum Podolie commodo. Nam quos habet S. M. Regia finium Regni sui custodes, ex his certo didicit, nisi hoc quantulumcunque presidium in finibus fuisset Podoliam vniuersam Tartarorum latrociniis infestam, Bratislaniam presertim et Vynnizam magno in periculo futuram fuisse. Porro vt omnes

quantum in alendos in finibus milites expensum sit, cogno:
scat non recusat S. M. Regia quin rationem reddat
in proximis Comitiis dominus Thesaurarius accepte et ex:
pense pecuniæ.

Nunc quo versemur in discrimine: quam potens hostis cervi:
cibus immineat: quis nostrum est qui ignoret? is enim
elatus sit prosperis in Vngaria successibus, quorsum
furore illius progressurus sit sciri non potest, innumerabili
prope exercitu in Vngariam ingressus, loca munitissima
expugnauit: Quinqz ecclesias, Vallop, Schoklusss: Peter:
varadinum. Strigonium. Albam Regalem

Neqz vero contentus eius Arces cepisse qui ex professo hostis,
est: ad eos etiam bello prosequendos animum adiecisse di:
quos pro suis habet. Cassouia enim que prope iam vna
restare videtur in Hungaria munita Ciuitas, cum Ser^mi^
Romanorum Regis in potestate non sit, nichilominus
ad eam qz oppugnandam exercitum mittere decreuisse,
et eam spe iam deuorasse fertur. Adeo nec amicis,
parcit nec inimicis, modo vt sua commoda cum reip^ce^
Christiane incommodo augeat atqz Imperii sui fines qz
latissime propaget.

Que res documento nobis esse potest, quid foederibus quæ
cum eo nobis intercedunt, fidendum sit. Qui enim illi
potuerunt magis esse foederati, qz qui socia arma cum
illo iunxerunt? quorum viribus ante biennium
Germanorum exercitum ad Budam fudit. Nunc que
tulerunt ab eo societatis sue premia videamus, Capti
ex eis nonnulli, dimissi quidem alii sed ita vt Buda
excederent, quam fraude interceptam suis ipse presidiis

presidiis firmavit, atque in suam dicionem potestatemque redigit.

N eque vero in hoc conquievit: Varadinum ab iisdem sociis suis et amicis bene de se merentibus, et Cassoviam dari sibi postulavit, nullus ut esset munitus in Hungaria locus quem ipse non possideret, ac deinceps tanto minore negocio quod visum illi esset de sociis suis et amicis statueret. Qui cum sibi metuentes duas has munitissimas Civitates illi negarent, quod precario non potuit vi conatur assequi, nihil societatem et amicitiam moratus, dum Hungarie Regno potiatur.

E ammis iam, et foedus nobis esse cum eo gloriemur, atque illius fiducia ita ut facimus, utramque quod aiunt in aurem dormiamus. heu quantum est periculum, nisi a veterno isto mox excitemur, ne qui nunc casus premit Hungariam eodem et hoc Regnum pessumdetur.

S i sociis ille suis, si amicis, si hiis quorum opera usus est in Christiano Exercitu delendo, non parcit, si munitis illis eorum Castra et Civitates munitiores per vim occupare conatur: quid nobis facturum eum est existimandum? non modo non eque bene de illo merentibus, sed etiam ultro provocantibus? Etenim cum superioribus proximis Regni Comiciis magno studio contendisset Nuncii equestris ordinis, ut sine militatum, sine quacumque alia de causa peregre proficisci alicui visum esset ne eius rei potestas cuique precideretur: sed liberum cuique permitteretur quo vellet sese conferre. Sacra Maiestas Regia, etsi que inde incommoda, que difficultates et pericula secutura essent animo prospiciebat: pro ea tamen qua est facilitate in hys concedendis que postulat equester

ordo in quem pre ceteris egregia sue voluntatis inclinatione propendet, negare illis petentibus non potuit, ex quo factu est, ut lectissimorum virorum non contemnenda manus militatum contra hunc hostem in Hungariam proficiscere-tur. Quod latere illum contra quem profecti sunt non pot cum presertim, plures opinione multorum ex Regno exi-erint, et Nunctio Sacre Regie Maiestatis cum in Thurca-rum Castris esset, à Bassis hoc fuerit exprobratum.

Hic metuendum est, si quod absit ad extremum usque ex sen-tencia ei omnia in Hungaria cecciderint, ne ille, foedus ea re violatum esse causatus, utcunque iniuncta S. Maiestate Re-gia, ac multum diuque refragante, hec in militiam extra Regnum proficiscendi potestas est expressa quoniam tamé sola occasione opus esse dicitur improbitati, metuendu' magnam est, ne ille ruptum foedus hac ratione interpre-tatus in nos impetum faciat, atque in Regnum hoc vires suas omnes furoresque convertat. Atque etiam non opus habebit, ut omnes suas vires in nos incitet: soli Tartari et Valachi ad Regnum meum affligendum, quod omen procul deus ammoveat satis superque fuerint. Nos quàm simus à rebus omnibus imparati, et nichil instru-cti ad vim aliquam maiorem propulsandam, videtis, adeò, ut si vel parvam aliquam suorum manum misisset ad populandum regnum hoc libere potuerit loca omnia que visum fuerit pervagare. Ac renunciatum erat S. Maiestati Regie quod bonam exercitus sui partem in Va-lachiam per Regnum hoc mittere decrevisset, ut Voie-vodam illum quod imperata non fecerit, neque ut iussus erat cum exercitu suo ad Caesarem ipse venerit castiga-ret. Qua in sentencia, si perstitisset, quis impedire potuis-set quominus liberè per omnem S. Maiestatis Regie dicionem

exercitus eius transiret, ita nobis omnibus existentibus imparatis et ad quiduis potius quam ad vim hostilem arcendam insternetis

Vicinus cuiusque meum si vel exiguam terre glebam seu portiunculam inuitis nobis adimere conetur, etiam si arcta nobis necessitudine sit coniunctus: tamen neque sanguis fraternus, neque ulla quamlibet arcta propinquitas reuocare nos potest, quin statim arma sumamus: milites conducamus, et quo maximo possumus apparatu vel illatam iniuriam vindicamus: vel quominus inferri queat pro virili quisque sua quacunque tandem ratione prouideamus. nulli nos hic sumptus grauant, nulla terrent pericula, etiam si quod nonnullis accidit, omne sit patrimonium impendendum ac in summa deinceps egestate viuendum, etiam si mors ipsa sit oppetenda, uel hec tamen dulcis videtur dum ne eripi nobis per vim aliquid à vicino meo permittamus: aut quod ereptum sit vindicemus. Atqui nunc quotquot hic sumus congregati, vicinum habemus qui non de portiuncula terre aliqua nobis eripienda cogitat, sed ut nos ex agris meis extrudet, ut fortunis omnibus euertat, ut lucis etiam husus, ut liberos meos, ut coniuges meas in perpetuam seruitutem abducat, occasioné modo expectat.

Que malum est hæc amentia? quod enim contra fratrem quisque suum iniuria lacessentem adeò sit insteructus et paratus neque molesti sunt ei sumptus quos ingentes facit, neque grauia pericula que maxima adit, contra eum à quo de fortunis meis omnibus, de vita, de libertate in dubium vocamur prorsus sumus imparati? acsi quid in propellendam à nobis liberisque meis extremam calamitate

impendendum sit, per nobis molestum graue et onerosum videtur? Ac dulcius est plerisque fraterno sanguine manus contaminare: quam contra eum arma sumere, quem natura semper nobis hostem habemus infestissimum, quocum non modo nulla iura, nulla sacra, sed ne unum quidem commune habemus.

Quod si aeque quisque esset instructus contra hunc totius nominis Christiani hostem, si quam ille vim inferre conaretur ad eam propulsandam, atque est contra vicinum suum, si pari animi impetu cum res postularet contra illum ferretur atque fertur contra fratrem suum: quantamcunque hostis huius potentia dicatur: tamen si hic apparatus, si hic adesset ardor animorum contra eum, modo ut propitium nobis Deum prius redderemus, facile omnem illius impetum propulsare possemus, neque nobis ab eo liberisque nostris solius dei auxilio fretis quicquam esset periculi pertimescendum.

Nunc oscitantia haec mea addit hostibus animum, qui si nos paratiores viderent fortasse nimis contemnerent. Fieri autem non potest, cum frequentes hic habeant nuntios suos, quos explorandi etiam causa nonnunquam mittunt, quin quae apud nos agantur: quam simus ab omnibus rebus bello propulsando idoneis imparati, nulla satis firma defensionis ratione constituta perspectum habeant et exploratum. atque ita periculum est, ne quo tempore minime suspicati fuerimus: nos incautos opprimant et ingentem aliquam calamitatem afferant.

Quamobrem Sacra Maiestas Regia sui memor officii Dominationes vestras quo summo potest studio hortatur: atque etiam obtestatur

ut memores periculorum, quae hoc tempore gravissima impendent, communi parenti omnium vestrum patriae meae succurratis. hora est iam nos de somno surgere. Hungaria iam universa prope, in hostium potestatem recidit, Hungari ipsi propter negata sibi auxilia quasi mea culpa, ope mea destituti, in calamitatem hanc pervenerint. Cum esset nonnulli ex eis Cracoviae palam audientibus multis, iactare voces has ausi sunt, si eos sub imperium suum quod absit. hostis subiunxisset, fore ut non minus eos infestos nobis hostes quam eos ipsos a quibus subacti essent experiamur

Etiam atque etiam cogitent Dominationes Vestrae, quam in propinquo sit hostis potentissimus. qui si Cassovia potitus sit, quod deus omen avertat: altera die ad Cracoviam Castra sua locet, quis prohibebit? iam in faucibus prope sumus ipsius undique ab eo circumsessi, tum ab ea parte quae Valachiam, tum ab ea quae spectat Ungariam. Abiiciamus ergo iam veternum hunc, quo ferme iam obtorpuisse videmur: ac rationem ineamus, quasi quid praeter spem hostis molitus sit, conatus eius refutare possemus.

Nihil est quod ad Regia vectigalia cogitationem referatis quae tenuiora sunt opinione multorum, ut vix etiam ad quotidianos sumptus sufficiant. Maior enim nunc Aulae splendor est: quam fuit priscis temporibus: quare et sumptu indiget maiore: et quod ex vectigalibus annuis corraditur, de eo nihil adservare licet, cum praesertim tot sint quotannis de regni huius more.

Legati alendi, qui cum ingenti comitatu nonnumquam veniant. magnam in eos argenti vim expendi necesse est.

Huc accedit: quod et sorores, et filias aliquot. Sacra Maiestas Regia, maritis collocavit, in quarum nuptias atque una

vna in dotem, et propter Nuptias donationem plus qz credi queat sumptum est factum. Quandoquidem et earum sororum dotem S. M. Regia numerauit que à Ser.mo parente illius in Matrimonium date sunt dote promissa tantum, et non missa. cuius fidem S. M.tas Regia pecunia numerata liberauit.

Huc accedunt sumptus, qui in Ser.mi filii nuptias proximo supe: riori vere facti sunt. qui quanti fuerint, facile possunt hij qui ex D. vris putes adfuerunt coniectura assequi

Erat hoc Priscis temporibus in more positum, quoties aut filiam collocaturus, aut filio Nuptias Rex esset facturus: aut quacunqz tandem ex causa extra ordinem pecunie plu: sculum impensurus, vt Conuentu edicto conferri in eas res aliquid ab equestri ordine postularet: quin etiam simul vt proles aliqua nata fuit, collecte statim fiebant. Sacra M. Regia, nunqz eius generis aliquid à suis exigebat. Marte quod aiunt suo ipsius sumptu hec omnia confecit, ex fisco suo sumptus hos omnes impendit, ne suis oneri esset verita, neue aliquid contra libertates eorum feci: sse videatur. multa preterea edificauit maximis, dum illud laborat, vt parum cultos olim homines exemplo suo reddat cultiores: et qui est alibi nitor et policies, eum in suum qz regnum inducat. Quaquidem re quantum illi pro: fectum sit nemo est qui nesciat. Namqz aggrestis olim et inculta audiebat nra natio in ea tantus nunc splendor visitur, vt etiam exteris admirationi sit que fuit olim contemptui

Quare cum incredibiles sumptus fecerit semper S. M. Regia neqz etiam nunc facere intermittat, nihil est, quod in illius fisco fiduciè collocetur, qui prorsus est iam exhaustus

Aliunde pecuniam confici necesse est qua miles conscribatur: qui ad maiorem aliquam vim arcendam sufficere queat, aut alia saltem quecumqz defendendi ratio ineatur. ne si quis hostis ingruat prorsus nos imparatos offendat.

Providendum erit maturo consilio, Domine, vestrum qua ratione effici queat, si forte communis Christiani nominis hostis prosperis elatus successibus, impetum in nos, fortunasqz meas facere conetur vt eum non modo sustinere verumetiam propellere queamus et propulsare. Quod quidem non erit vsqz eo difficile, Christo gratiam suam suppeditante, si quem animum gerit quisqz erga vicinum de terre glebe contendentem, eundem induat erga tam infestum hostem, de fortunis, de vita, de libertate, vltimum in discrimen vocantem, si perequè contra eum vt contra fratrem non sumptibus pepercerit, non labores detrectauerit, non pericula declinauerit.

Quod si forte quiescat adhuc vnum aut alterum annum hostis hic, quod quidem, quis est, qui possit certò nobis polliceri. Sed si quiescat etiam, interest tamen mea omnium, vt aliquanto ante parati simus et instructi, qz eum arma contra nos ferentem videamus, neue tum primum consilia defendende patrie mee ineamus: cum, quod absit, ferro et igne in ea grassari hostem sit allatum. Sera enim tum futura esset huiusmodi de rebus consultatio. semper in bene constitutis regnis, rebusqz publicis, a prudentibus viris pacis tempore, belli propulsandi consilia agitabantur.

Quanqz ab hoste hoc potenti, sint nobis annue inducie: qz multi sint tamen alij, qui, si nulla in finibus militum

presidia videant collocata tenere se non possint qui excurrat in regni huius ditiones et longe lateqꝫ populentur omnia.

Valacho quantum sit fidendum semel atqꝫ iterum meo malo sumus experti.

Tartaros donatiuis annuis delinire studet S. Mtas Regia ut pacem ab eis redimat: hij nequaqꝫ in eo acquiescunt quod eis constitutum est, sed augeri sibi donatiuum postulant. Quod si semel eis concessum sit quotannis addi sibi aliquid flagitarent, ita ut in immensum excresceret. Qua quidem re non modo Fiscus Sacrae Mtis Regiae exhauriretur, verum etiam de dignitate illius per multum detraheretur, si quasi Tributum Barbarae genti soluere videretur.

Sunt autem alij Tartari, preter hos Przekopen: plus se viribus valere gloriantur. Atqꝫ ideo Legatos miserunt ad ad Sacram Mtem Regiam quandoquidem sint multo potentiores Przekopensibus, sibi ut potius donatiuum hoc daretur, cum plus ex se in utramqꝫ partem, siue commodi, siue incommodi ad regnum hoc redundare possit. à quibus non mediocris scrupulus est Sacrae Mti Regiae iniectus, quae etsi neutros sibi capere velit inimicos, utrosqꝫ tamen donatiuis delinire consilij non esse putat. Porro videt eos scientia rei militaris magis qꝫ antea abundare: Machinis etiam bellicis esse instructiores, ut minime contemnendi videantur.

Neqꝫ verò à solis Tartaris, Turcis et Valachis metuendum est nobis: etiam ab hys qui eandem quam nos Christianam religionem profiteri videntur, non usquequaqꝫ tuti sumus. Nam preterqꝫ quod Silesij sepe meos grauibus afficiunt iniurijs

quod idem fit magis etiam ab his qui sunt in finitima nobis Marchia: adeo ut nisi tantum floreret opibus et clientelis Maioris Poloniae Capitaneus bonam ditionis meae partem per vim essent occupaturi.

De terris Prussiae nunquam Sacrae Mtis regiae securo atque ocioso animo esse licet, quae toties conata nondum efficere potuit, ut decretum proscriptionis a Judicibus Camerae Imperialis contra Illustrissimum Dominum Prussiae Ducem et eam partem Prussiae cui ipse praeest latum induceretur.

Haec itaque cum tam multa concurrerant, quamobrem in procinctu nos semper esse oportet: etiam atque etiam hortatur Dominationes vestras Sacra Mtas Regia ut pro fide atque officio suo provideant, ne socordia sua et nimia securitate hac se, fortunasque suas omnes perditum eant.

Nolite expectare per Deum immortalem dum veniat hostis, dum eversionem, inflammationem, vastitatem tectis vestris inferat. Quoad vires regni sunt integrae, succurrite periclitanti patriae, neque salute illius vobis prius quicque sit et antiquius qua incolumi, incolumes eritis, vos fortunaeque meae, neque absque illa, salvis nobis esse licet.

Sed verum est illud quod dixit vates ille divinus, nisi dominus custodierit Civitatem, frustra vigilant qui custodiunt eam. Inanis est enim conatus omnis mortalium, nisi divinum adsit auxilium. Qui nisi propicius nobis sit, nichil est quod in rebus meis adversis opis aliquid ab eo expectemus. propitius autem qui potest esse? quem tam gravibus meis flagitiis magis indies offendamus! omnis vero non dubia signa sunt, pestes istae, et calamitates, quibus regnum hoc graviter afflictum videmus

Nulla sunt Comicia in quibus non agat Sacra Mtas regia summo studio, vt prouideatur, quo remissius fierent ista, quibus alienum a nobis deum reddimus: vt caedes istae reprimantur, vt peierandi licencia tollatur vt Judiciorum ratio eiusmodi constituatur quae sit omnibus aequabilis: neque cuique occasionem querendi det, quasi contra Jus factum sit aliquid. Sed tantopere instando atque vrgendo quantum profecerit S. Mtas Regia vehementer eam poenitet

Quare iterum atque iterum hortatur Dnes Vras Sacra Mtas Regia quo summo potest studio, vt de placanda primum ira diuina cogitacionem suscipiant: Deinde rationem excogitent, qua si quis fiat hostium impetus in communem patriam nostram, eum non modo sustinere, verum etiam propellere queamus et propulsare quamquidem ob causam Comitia etiam edixit Sacra Mtas Regia.

Ad quae Comitia mitti postulat a Dbus vris Legatos cum plena et non limitata potestate, viros graues, et quibus non aliud magis, quam salus reipublicae curae sit. quibus facultas etiam concedatur, solidam aliquam, firmam et non anno sed sempiterno tempore si fieri possit duraturam defendendae patriae racionem constituere eiusmodi quae ad maiorem etiam impetum sustinendum sufficere queat.

Nam qui mos hactenus obseruatus est vt de annua tantum defensione consultacio in Comiciis Regni maioribus haberetur, is magno fuit reipublicae detrimento Quam enim pecuniam expendi in milites oportebat ea bona ex parte in alendos nuncios equestris ordinis conferetur atque ea re iusto militum numero Respublica fraudatur. Quin et Consiliarii regni sumptibus magnis exhauriuntur, quos facere prestaret ad succurrendum afflictae patriae

ne oscitantibus nobis in discrimen aliquod veniat. Quamobrem hoc imprimis negocii dent Dnes Vrę Legatis quos ad Comicia designaverint, ut serio in defendendę patrię studium incumbant, non ut in annuum tempus constituatur aliquid contra leviores incursus sed ratio potius ineatur qua parati semper esse possimus. et expediti ad quamlibet vim quantacumqz ea fuerit Chro duce propulsandam, quoties eam inferre nobis sive patrię meę, quę est communis parens vrā omnium, conatus aliquis fuerit

Hoc autem imprimis postulat Sacra Mtas Regia utqui designabuntur Nuncii, ad diem constitutum, veniant, neqz in mora sint.

Literę vniuersales Contribucionis Ducillorum

Sigismundus Dei gratia Rex Polonię etc.

Vniuersis et singulis Ecclesiasticis et Secularibus Regni mei
Senatoribus et Consiliariis, caeterisque subditis meis quibus:
cunque tam terrestribus qui Ciuitatum et Oppidorum hono:
ribus et officiis insignitis, ad quorum noticiam hę meę
peruenerint litterę, vbilibet in regno et dominiis meis con:
sistentibus sincere nobis et fidelibus dilectis gratiam no:
stram regiam. Reuerendissimi et Reuerendi in Christo Patres, Magnifici
Generosi, Nobiles, Famati et Prouidi, sincere et fideles no:
bis dilecti. Cum regnum hoc nostrum vndique iam cinctum
infidelibus, neque satis tutum sit ab eorum incursionibus
pro officio meo prouidere cupientes, ne quid detrimenti ca:
piat, quandoquidem absque pecunia miles conscribi non potest
qui fines ditionum mearum tueatur, de consensu et volun:
tate omnium Regni mei ordinum Consiliariorum no:
strorum tam spiritualium quam secularium, et Nunciorum
terrestrium in Comiciis maioribus Piotrcoviensibus congre:
gatorum, conficiendę pecunię rationem eiusmodi inueni:
mus et constituimus. Quandoquidem continuos iam annos
aliquot defensionem Regni solus colonus sustinuit, visum
est nobis eum hoc onere leuare, et vnicam ducillorum con:
tribucionem, Czopowe dictam, in hunc modum constituere
quę inchoari debet a festo Pentecostes proximo, et continu:
ari per integrum annum ad aliud festum Pentecostes
Anni millesimi quingentesimi quadragesimi quinti exi:
getur autem ac exigi et exolui debebit eadem ipsa Con:
tribucio ducillorum modo infrascripto, vt quanti fuerit
aestimatum et venditum, aut ad propinandum datum, vinum quodque

vas seu Tunna Cerevisiae ex quibuscunque ea fuerit cocta
braseis sive Civium et dominorum, Spiritualium et Secula:
rium, sive ex molendinis provenientium à singulis grossis
singuli denarii exigi et in manus exactoris fideliter sol:
ui et pendi debebunt. Exactores autem et custodes exactio:
nis eiusmodi seu Contributionis tam in Civitatibus seu op:
pidis quam in villis meis et subditorum meorum omnium,
Spiritualium et Secularium, iuxta arbitrium suum Magnificus
Spitko de Tharnow Woiewoden Castellanus, et regni mei
Thesaurarius designabit et constituet, item à quolibet va:
se vini Malmatici, Muscatelle et cuiuscunque liquoris, quo:
cunque nomine ea vasa appellentur, quanti unumquodque vas
estimatum et venditum fuerit, similiter à singulis grossis
singuli denarii exigendi et solvendi, eodem modo à vase
seu tunna medonis, Cerevisie advectitie sive externe,
Swidnicen, Glogovien, Thessnien, Wratislavien
Bernomien, et alterius cuiuscunque quanti unumquodque
vas venditum et estimatum fuerit à singulis grossis
singuli denarii solvantur. Et quicunque prius non soluta
exactione prefata, Cerevisiam, vinum, Medonem, Mal:
maticum et alium quemcunque potum ex predictis vendere
et propinare in fraudem Reipublice presumpserit, totum
illud in quo fraudem commisit seu committere voluit, ir:
remissibiliter ammittet, et ad poenam Regalem solven:
dum quoties id fecerit obligabitur. Capitaneusque in
tales omnes et singulos fraudem eiusmodi committentes,
animadversionem debitam, veritate rei cognita, non ha:
bens respectum ad quempiam irremissibiliter exequa:
tur. Quod vero libertates attinet, per nos quibuslibet
concessas, à Contributione ista duillorum eas ipsas pro
hoc tantum anno de consensu Consiliariorum Regni et
Nunciorum terrestrium sustulimus. Ita ut sequentibus

annis ijsdem libertatibus fruantur. Vobis itaque omnibus et singulis quorum interest mandamus quatenus prefatis Exactoribus quos Magnus Regni nostri Thesaurarius constituet, aut ab eis substitutis de ipsa exactione ducillorum respondeatis et ab aliis responderi faciatis. Vos vero locorum Capitanei eos qui rebelles et negligentes erunt, et quos ipsi Exactores deferent per pignorationes solitas ad solutionem huiusmodi exactionis compellatis sub penis nostris contra negligentes Capitaneos in novis et antiquis Statutis descriptis et pro gratia nostra proque officio suo non aliter facturi. Datum Piotrcowie xiij Marcii Anno domini M°. D. xliij° Regni vero nostri anno xxxvij°

Ad Civitates et Oppida de exigenda contribucione Ducillorum

Sigismundus Rex Polonie

Vniversis et singulis Civitatum et Oppidorum tam nostrorum quam subditorum nostrorum cuiuscunque Status Proconsulibus, Consulibus caeterisque subditis nostris ad quorum noticiam presentes litere pervenerint, fidelibus dilectis gratiam nostram Regiam. Fideles dilecti. Prefecimus Exactioni Contributionis ducillorum que sola ad tuendos Regni fines decreta est in hunc annum Generosum in Palatinatu

et Districtu volentes autem ut minori negotio Exactoris, reipublice vero commodo maiori ad manus nostras perveniat, vos illi adiungimus districte vobis precipientes, ut cum primum hae litterae nostrae ad vos pervenerint, in Civitatibus et Oppidis vestris edicatis, ne quis Cerevisiam et alia potius genera in litteris universalibus descripta venum

exponere audeat, priusq[ue] ad vos et ad Exactorem n[ost]r[u]m, vel ad eum quem illius rei prefecerit, quot vasa, et quo precio sint retulerit ac Exactori n[ost]ro ex decreto Comitiis satisfecerit. Quodsi quispiam non integrum numerum vasorum vel iniustum precium dixerit aut prius quam ad vos et Exactorem n[ost]r[u]m retulerit propinare ausus fuerit totum illud in quo defraudare rempublicam voluit irremissibiliter ammittat. Ne vero fraus committi possit, vel bis ab eodem vase contribucionis nomine extorqueatur volumus ut unicuiq[ue] vasi a quo soluta erit fuerit vos Civitatis vel Oppidi v[est]ri et Exactor n[oste]r, vel is quem ille designauerit suum signum Cera imprimat. Quod cum factum fuerit vos in raciones seu regestra numerum et precium vasorum diligenter referetis que Exactori n[ost]ro ad nos reddende rationis causa proficiscenti signo Civitatis vel Oppidi v[est]ri clausa tradetis. Cum autem quadrantes qui ad vos ex ea Contributione veniunt, vobis integri maneant, volumus ut his contenti nihil amplius postuletis.

Quodsi curare eam rem ad eum modum ut a nobis precipitur nolueritis, quadrantibus quidem vos in perpetuum priuabimus damnum vero contra vos arbitrio n[ost]ro aestimabimus, et ad hoc nobis respondendum vos cogemus. aliter non facturi pro gr[ati]a n[ost]ra Regia et gr[ati]am sub indignatione. Datum Piotrcouie xiiij^a Martij Anno domini M^o. D^o. xliiij^o Regni vero nostri anno xxxviij^o

Ad mandatum Sacre
Regie M[aies]t[a]tis proprium

Ad Capitaneos Magnificos
Sigismundus I. rex Polonie

Mag^ce sincere nobis dilecte. Non arbitramur ignorare S. tuam que ratio defendendi Regni in annum hunc in maiori Conuentu Piotrcouia decreta sit. Quod scilicet ea sola pecunia, que ex druillorum contributione cogetur, miles in finibus Regni ali debet. Volui autem ut suo tempore diligenter exigatur mittimus in manus S. tue vniuersales ea de re literas, Mandamusque ut cum primum illi reddite fuerint, eas proclamationibus de more publicet: detque omnem operam, ut de ea contributione que decreta est Generoso
quem illi in Palatinatu distritibus
illius prefecimus
exactoremque constituimus ab omnibus respondeatur. Et si qui rebelles vel negligentes ab eo S. tue delati fuerint, eos pignoratione solita coerceat. Factura S. tua pro officio suo et gratia nostra. Datum Piotrcouie in Conuentione generali XIIJ Marcij Anno domini 1544 Regni vero nostri anno 38.

Ad capitaneos exactores ducillorum

Sigismundus Dei gra Rex Poloniae etc.

Generose fidelis dilecte. Non ignorat F. tua quae ratio defendendi Regni in hunc annum constituta decretaque sit, in Comitiis maioribus Piotrcovien, quod scilicet ea sola pecunia quae ex ducillorum Contributione cogetur, miles in finibus regni ali debet. Ut autem diligentius exigatur F. tuae eam rem in Capitaneatu illius committendam duximus, committimusque praesentibus mandan, ut ita rem eam curet ut fides et industria illius nobis probetur. Mittimus vero F. tuae universales ea de re litteras, et exemplum etiam litterarum, quas ad reliquos etiam Exactores scripsimus ut si F. tuae videbitur, eam rem non in exigenda Contributione hac qua illis praescripsimus sequatur. Poterit tamen si commodiore viam excogitaverit, ea uti, modo ut det operam sedulo, ut tota ea pecunia quae ex hac Contributione colligetur, in manus meas perveniat, neque nos inde aliquid et respublica detrimenti capiat. aliter F. tua non facturus Pro gratia mea Datum Piotrcoviae xiij die Martij Anno domini 1544 Regni vero anno 38

Ad mandatum Sacrae
Regiae Maiestatis proprium

Ad Exactores ducillorum
Sigismundus I. Rex Poloniae

Generose fidelis dilecte Quandoquidem in Conuentu maiori
quem anno hoc defendendi Regni mei causa Piotrcouiae
egimus, nulla alia ratio, tuendorum finium decreta est quam
vt ex sola ducillorum Contributione pecunia coacta, quae ad
praescriptum hoc quod hisce meis adiunctum litteris .F. tuae
mittimus exigi debebit miles scribatur, quae pecunia cum
futura sit neutiquam exigua, si summa fide ac diligentia
tractetur, ei exigendae in Palatinatu
et districtu F. tuam cuius fides nobis et
dexteritas commendatur, praeficimus, quae vt facilius hanc
rem tractet et nemo defraudare Rempublicam possit, Ma:
gistratus Ciuitatum et oppidorum Proconsules et Consules
F. tuae adiunximus, hisque scribimus vt in Ciuitatibus et
oppidis suis edicant, ne quis Ceruisiam aut aliud quoduis
genus potus, in vniuersalibus literis descriptum venum
exponere ac propinare audeat, priusque ad eos et ad F. tuam,
vel ad eum quem illa assignauerit, quot vasa et quo pre:
cio sint retulerit. Quod si autem vel minimum precium di:
xerit, aut priusque referat propinare ausus fuerit, totum
illud in quo defraudare rempublicam voluit irremissi:
biliter amittat. Conficietis autem rationes seu regestra
ad eum modum, vt Magistratus vel Consules in sua rege:
stra numerum preciumque vasorum referant. F. vero
tua pecuniam Contributionis nomine exactam, in suo
describat. Et cum ad reddendum rationem ad nos F.
tua veniet, Regestra Consulum signo Ciuitatis vel
oppidi clausa secum deferat, quibus hoc nomine nihil
expensi foret volumus enim eos quadrantibus qui ex
ea Contributione ad illos venient esse contentos. Ne

verò bis ab eodem vase Contributio pendatur volumus
ut unicuiqz vasi à quo ea soluta fuerit. Consules signum
Civitatis vel oppidi et F. tua vel is quem illa instituerit
suum signum Cera imprimat, ne si ipsum alio quispiam
devexerit, denuo ab eo Contributionis nomine pendere cogatur.
Quamobrem mandamus F. tuae ne quid inconsultis
in hoc exactionis negocio Consulibus Civitatum et
Oppidorum agat, sed ex aequo cum illis eam rem curet, ne
propterea aliquid detrimenti ad nos ac rempublicam adveniat.
In bonis autem Spiritualium hac cura F. tuam
liberamus, si quid illi ultro se curatores receperunt, ut omnis
pecunia quae ex hac Contribucione in eorum bonis corradetur,
integra in manus meas perveniat. Caeterum in
in villis F. tua Advocatos iuratos constituet vel
si hi defuerint, quospiam alios, quibus tuto, iuratis tamen
ea res committi poterit, deliget eisqz vel Notarium suum
vel sacerdotem aliquem qui villas obeat, ac una cum
his quos iuratos constituerit huic exactioni intendat
adiunget. Hortamur autem F. tuam atqz mandamus, ut
in eo munere, ad quod à nobis delecta est sic se gerat, ut
fides et dexteritas illius nobis probetur. Sic et non aliter
factura pro gratia meà Regià, et gratiam sub indignatione
Wolbrominae XXiij Martij Anno domini
1544

Ad mandatum S.
Regiae Mtis proprium

Capitaneis Regni
Sigismundus I. rex Poloniae

Generose fidelis dilecte. Quandoquidem in Conventu maiori quē anno ho defendendi Regni nostri Protectione egimus, nulla alia racio tuendorum finium decreta est, quam vt ex sola Duallorum Contributione pecunia coacta, quae ad prescriptum hoc, quod hisce nostris adiunctum litteris F. tuae mittimus exigi debebit miles scribatur. Quae pecunia cum futura sit neutiquam exigua, si summa fide ac diligentia tractetur, ei exigende in Palatinatu   et Districtu   F. tuam cuius fides nobis et dexteritas commendatur, prefecimus, quae vt facilius hanc rem tractet, et nemo defraudare Rempublicam posset Magistratus Civitatum et Oppidorum Proconsules ac Consules F. tuae adiunximus, iisque scribimus, vt in Civitatibus et opidis suis edicat, ne quis Cerevisiam, aut aliud quodvis potus genus, in vniversalibus litteris descriptum venum exponere et propinare audeat, priusque ad eos et ad F. tuam vel ad eum quem illa designaverit, quot vasa, et quo precio sint retulerit, ac ab eis ex decreto Conventus satisfecerit. Si vero quispiam non integrum numerum vasorum retulerit, vel iniustum precium dixerit, aut priusquam referat propinare ausus fuerit, totum illud in quo fraudare Rempublicam voluit irremissibiliter ammittat. Conficietis autem raciones seu Regestra ad eum modum, vt Magistratus vel Consules in sua Regestra numerum preciumque vasorum referant F. vero tua pecuniam contribucionis nomine exactam in sua describat. Et cum ad reddendam racionem ad nos F. tua veniet. Regestra Consulum Signo Civitatis

vel Opidi clausa secum deferret, quibus hoc nomine nihil
expensi feret volumus enim eos quadrantibus, qui ex contri:
butione ad illos venimit esse contentos. Ne verò bis ab eodem
vase Contributio pendatur, volumus vt vnicuiqz vasi
à quo ea soluta fuerit Consules Sigillum Ciuitatis vel
opidi, et f. tua, vel is quem illa instituerit, sigillum suum
Cera imprimat, ne si eam alio quispiam deuexerit de no:
uo ab ea nomine Contributionis pendere cogatur. Quam:
obrem mandamus f. tuæ ne quid inconsultis in hoc exa:
ctionis negocio Consulibus Ciuitatum et opidorum agat
sed vt ex æquo cum illis eam rem curet, ne propterea ali:
quid detrimenti ad nos et Rempublicam perueniat.
In bonis autem spiritualium hac cura te liberamus. Si:
quidem illi vtres se curatores receperint, vt omnis pe:
cunia quæ ex hac Contributione in eorum bonis corradetur,
integra in manus meas perueniat. Caeterum in villis
f. tua Aduocatos iuratos constituet, vel si ii defuerint,
quospiam alios, quibus toto Juratis tum ea res committi
poterit deliget, eisqz vel Notarium suum, vel Sacerdo:
tem aliquem, qui villas obeat, ac vna cum iis quos Ju:
ratos constituerit huic exactioni intendat, adiunget. Hor:
tamur autem f. tuã atqz mandamus, vt in eo mu:
nere, ad quod à nobis delecta est, ita se gerat, vt fides
atqz dexteritas illius nobis probetur. Sic et non aliter
Facturã pro gratia nrã. Datum die
Anno domini M°. D. xliiij°

Occlusionis viae in Slesiam
Sigismundus I. rex Poloniae

Negociatio Polonis cum Slesitis damnosa est regno ex multis causis. Primum enim Poloni negociatores Wratislaviam veniunt si in domum alicuius Civis Wratislavien. veniunt contrahendi causa Wratislavien. ipsi superbe se gerunt erga Polonos, nam non modo non assurgunt, sed facie a Polonis aversa cum fastu loquuntur, linguam Polonicam tametsi recte sciant: tamen loqui Polonice non dignantur linguam ac gentem Polonam aspernantes. Deinde cum negociatores plurimi ad eorum Civitatem veniunt tunc Wratislavien. intelligentias et consilia inter se ipsos faciunt ut nemo merces illas Polonicas illuc adductas audeat a Polonis emere, nisi eo precio, quod illi ipsi Wratislavien. inter se ediderunt et constituunt, hoc est levi et exili precio. Exempli gratia negociator Polonus adducit Wratislaviam Ceram valoris quingentorum florenorum, Prodit Wratislavita unus licitat. Polonus Ceram quingentis florenis addicit. Wratislavita centum sexaginta offert, post discedit a Polono. Rursum venit alter Wratislavita ex composito offert Centum triginta, et discedit tertius postea venit, offert centum. Prodit quartus offert octoginta florenos. Sic ut quanto plures prodeunt alter post alterum tanto quisque illorum minus precium offert. Hinc fit ut Mercator Polonus cum illa merce sua, expectet unam aut duas etiam plures septimanas in Civit. Wratislavien. Tandem expectatione et tedio, et desperatione precii maioris cogitur mercem illam suam vendere Wratislavitae tanti quanti is ipse Wratislavita voluerit. Insuper Polonus ipse negociator per illud tempus in Diversorio agens consumit multa

Nam spoliantur illic iniustissime in Wratislavia, hi homines ab illis sacerrimis Euangelistis Lutheranis, qui pietatē ac dilectionem proximi crepantes, proximum decoriant ac deglubunt et post derident, ac illudunt. Postquā autem Polonus negociator Mercem suam vendiderit. tunc Wratislavita dat illi pro illa Merce pecuniam variā variae cussionis malam pondus suum non habentem, Legnicen, Swidnicen, Magieras, Frios, ferrigos, quē nullo ex usu est in Polonia futura. Sic pauper negociator angustiatus, cogitur pro illa Slesitica moneta quaerere ac permutare aliam monetam Polonicam. Id quod fit cum damno Poloni, cum lucro Slesitae. Quodsi pecunia ei non datur, tunc aliquam Mercem cogitur à Wratislavita accipere eamque vilem, utpote collaria, fimbrias pro Camisiis, aut imagines turpes aut tintinabula, aut id genus crepundia, aut pectines, aut aliquid aliud ex opificio histrionico etc. Sic homines illi Euangelici Wratislavitae, Polonicis opibus saginati ferociunt et Poloniam, quam uti matrem sugunt, despectui ac ludibrio habent.

Wratislavienses Cruces demoliverunt et destruxerunt Monasterium Sancti Viti, extra muros Wratislavien fundationis Poloniae Regum, ad quod Monasterium duae villae in Capitaneatu Boleslavien, census etiam nunc pendunt

Wratislavien non solvunt negociatoribus Polonis pecuniam pro Mercibus ab eis emptis. sed vel fugiunt ex Wratislavia ad alium locum: vel negant debitum Polonis et abiurant et hac et dolo decipiunt et defraudant Polonos.

Negotiatores Poloni in Wratislaviam euntes et illic negotiantes scandalizantur ex religione Wratislavien et domum inde reversi inficiunt, filios, fratres, vicinos, familiam domesticam et scandalisant.

Item à Slesitis inferuntur Polonis damna iniurie spoliationes, vulnerationes, cædes et iustitia violatis non administratur.

Maxima verò causa est occlusionis vie, quia Slesite erga Polonos nolunt se in iure bone vicinitatis conservare qui agris suis non contenti, fines suos transgressi agros et fundum Polonie occupant Granicies per utrinsque Domini Commissarios non ita diu factos destruxerunt signa Granicia everterunt, et anihilarunt, quemadmodum id nuper accidit dominis de Opalieniza à Rachemberg

Nobiles etiam de Terra Vielunien Milanczki, Campienski, Cobilogorski, Trzienski, Sciemanski Item Castellanus Vielunien, Castrum etiam Boliestawiecz, patiuntur magnas iniurias à Slesitis in suis granitiebus qui Slesite fundum Polonicum occupant, et in homines Polonos invasiones, cædesque committunt iam amplius non tollerandas. Itaque cum Poloni non videant finem iniuriarum à Slesitis, sed indies magis eas accumulari, orant ut liceat eis permissu Regis et totius Consilii, vim vi repellere et se ab hac mala vicinia armis tueri.

Per totum illum tractum à Miedzirzecz Babimost, Zbarsszin, Copaniza, Kublow, Wschowa usque ad Ostrzesszow

Ostrzeszow et Vielun. Slesite Granicies violant, agros Polonos invadunt, occupant, ingentia damna Regno Poloniae inferunt.

Mercatores etiam et alii homines plurimi, tam Slesite quam Poloni, equos et equas innumerabiles ex Regno educunt ad Slesiam, Qua ex re Equitiee ex Regno diminuuntur assidue et decrescunt, et breui ambulantur, hinc euenit ia apud nos Equorum raritas et penuria, et pretium Equorum iam ad summum ascendit.

Ex Hungaria etiam Equi iam non ducuntur ad Poloniam Idqz ex Thurcorum partim inhibitione, partim etiam ex abactione Equitearum à Confinibus Poloniae in ulteriorem Hungariam, Consulto id Turci faciunt, ut equos valentes ad pugnam equestrem cum illis non habeamus quia peditatum contemnunt. Experientia id in Germanis Peditibus didicerunt, exercitum Pedestrem nihil posse, futurum itaqz est, quod Polonia Equos non habebit pro bello quod illi in prospiquo ingens imminet.

Summe necessaria est haec inhibitio, ut Equi e Regno Poloniae non educantur, non vendantur, non donentur

Defraudacio occlusionis multis dolis fit
Sigismundus primus rex Polonie

Ex Nundinis Posnamien et Gnesnen multi Poloni Negociatores simulantes sese ire in Germaniam eunt per Wschowa, Lowicz, Introssin, Zduni, Sulmirzicze, qui obmissa via Germanica convertunt sese cum suis mercibus obliqua via ad Wratislaviam in fraudem occlusionis.

Similiter Bruthen, Tormen, Gdanen et alii liberi Merces ducunt per Cameras Polonie Magne ad Wratislaviam videndum est si habent aliquam libertatem contra istam occlusionem.

Negociatores plurimi Poloni tam Nobiles quam ignobiles Greges Boum pellunt, et Merces in Curribus ducunt per bona domini Epi Crac. videlicet per Siewior et per Kozieglowi, et in illis locis defraudant Theloneum Regium, et ibi non sunt Custodes Regij, quia non permittuntur illic custodire.

Ex Nundinis Cozmin, Kobilin, Jarozin, multi eunt ad Slesiam negociatores et fraudant, Defraudant eciam occlusionem Regni sapissime multi negociatores Poloni simul cum Wratislaviis, habentes mutuam inter se intelligenciam tali modo. Vt in exemplo

Negociator Polonicus collectis domi sue in Polonia mercibus, conquirit sibi lrãs vel ex Cancellaria, vel ab optimatis et Prefectis, tanquam vadat in Slesiam, et vadit cum illis litteris vel eciam furtim sine litteris Wratislaviam et ibi cum aliquo Wratislavita componit, et astruciam consicit. Ego inquit Joannes Rakossa de Lowicz, habeo domi in Polonia Merces paratas, sed propter occlusionem viẽ nequeo eas huc Wratislaviam ducere

vobis vero Slesitis liberum est venire in Poloniam et mer:
ces e Polonia educere. Ideirco ut Custodes Tholonearios
in finibus defraudemus. Dicas tu Wratislauita, et pre:
dictas merces apud me existentes esse tuas, et mittas ad me
in Poloniam qui tuo nomine dicat, istas merces in Polonia
coemisse ut eas educat e Polonia.

Conterbinata hac astucia Wratislamie, Polonus ille redit
domum. venit postea servitor ille subordinatus post ali:
quot septimanas in Poloniam ad Lowicz ad illum Riko:
ssam affert secum a Consulatu Wratislamien litteras te:
stimoniales ad Capitaneos et theloneatores Polonicos
quibus scribitur, Quod Machtiger Laizer Civis me
Wratislamien emit istic in Polonia apud Joannem Rikala
Civem Lowicen Ceram, sepum, et Cutes, seu alias mer:
ces, De qua re testimonium vobis per presentes litteras faci:
mus. Postulamus ut huic servitori, seu Notario, qui pre:
sentes ostendet permittatis easdem merces ex Polonia libe:
re Wratislamiam ducere ad domum suam.

Sub hoc colore merces ille ducuntur Wratislamiam ver:
sus Cum perveniunt ad fines Regni Capitanei finiti:
mi dolum hunc nescientes, aliquando etiam scientes per:
mittunt illas merces rite Wratislamiam. Putantes eas
esse ex vero illius Wratislamite. Sed tum in ea re Ca:
pitanei ipsi finitimi sunt partim negligentes, partim fa:
ciles, partim etiam conniventes, partim muneribus ille:
cti a fraudatoribus illis iuramenta vel non accipiunt,
vel raro accipiunt de fraude non commissa nihilomi:
nus tamen dant eisdem fraudatoribus litteras signi:
ficatoriales ad Camerarium Custodes, de prestito per
illos iuramento et quod ille merces sunt sine fraude
Wratislamitarum.

Deceptis sic Custodibus Thelonei iam veniunt Wratislaviam. Merces illæ consistunt in foro. Conspicitur illic ille Rikala mercibus astans et eos vendens, qui obliquis viis ex Polonia Wratislaviam venit sequendo illas suas merces.

Quodsi verò contingat Custodem seu Notarium Thelonei Polonici venire Wratislaviam, et si illic conspiciat illum Rikalam fraudatorem, et arguit illum fraudis, mox ille Rikala respondet. Ego, inquit, huc ex precio, vel propter aurigas dinigeri adduxi istos cum mercibus, quæ tamen non sunt meæ, sed unus Civis Machtiger Laiser eas à me in Polonia emit, et ut aurigis adessem oravit, aut eciam aliam causam comminiscit.

Et prolatis literis vel Regiis vel aliorum dominorum et Capitaneorum. Ego, inquit, veni huc Wratislaviam, ad petenda debita mea, quæ in hac Civitate habeo plurima, sic fraudes suas confictis hisce dolis palliant ac defendunt.

Hunc fraudandi modum cum Slesitis, optimè norunt, eoque utuntur Poloni mei tam Cives multarum Civitatum, quam eciam Nobiles Negociantes bobus, cutibus, Cera, Sepo, et aliis Mercibus, hinc fit quod Wratislavia plena semper Negociatoribus et Mercibus Polonicis et occlusionem meam, edictaque ea de re meá et Custodias Camerarum derident.

Nobilitas Slesica valde contenta est de hac occlusione Regni, Nam ante ipsam occlusionem Nobiles Slesitæ non poterant res suas benè vendere in Wratislavia, Nunc verò in hac occlusione longè melius vendunt omnia, Cupiuntque ipsi Nobiles Slesitæ, ut firmior hæc occlusio fiat et ut nunquam aperiatur.

Contra hanc defraudacionem constituendus est modus

Sigismundus I. Rex Poloniæ

Primum, vt nec Cancellaria nec Capitanei, nec alii domini dent litteras suas fraudatoribus istis, ne sub specie exigendorum debitorum, hisce litteris freti eant in Slesiam ad dolos istos confingendos. Deinde vt Capitanei finitimarum Arcium a fraudatoribus non accipiant. Post vt Juramenta accipiant a Principalibus et Mercatoribus dominis Wratislauiensibus ipsis. Coeterum ab vectoribus et aurigis iuramenta ipsa non accipiant. Si enim nesciunt, quid agant Mercatores, et ignorant, cuiusnam illæ merces sint quas ducunt Polonorum ne an Wratislauiensium.

Capitanei non permittant Polonos nec in Slesiam deprehensos in fraude castigent.

Notarii similiter et Camerarum Custodes sint fideles, sint intenti ac diligentes ad fraudes istas deprehendendas et prohibendas.

Capitanei Notarios ipsos Theloneorum non decipiant deinceps quitanciis, et litteris suis significatoriis prout hactenus fecerant, quas dabant fraudatoribus.

Necessarium est, ac vtile erit vt in Krzepice, in Kaliss in Vielun, in Ostrzesßow, sit libra seu statera magna semper pendens vel in foro, vel sub Pretoriis, ad ceram, sepum, in magnis massis et porcionibus ponderandam in parua statera cum longa mora et magno fastidio et expensis aliorum ponderationem expectancium.

Videtur nonnullis, vt in Caliss, Wielun, Ostressow et Crzepice constituantur Emporia et Deposita, et ad ista loca emendi et vendendi causa conueniant tam Slesitæ quam Poloni. Sed oportet vt sint in his locis Cameræ

Camerę et testudines pro rebus servandis illuc adductis, ne res vel a pluuia putrescant sub dio iacentes vel ab igne exurantur.

Et quia ibi sunt pauperes homines et non pecuniosi nec sufficientes ad emendas merces ad eorum Ciuitates aduectas bonum esset. Vt Regia Mtas haberet in eisdem locis factores suos cum pecunia sua Regia, qui omnes illas merces coemerent, ex quorum mercibus cęteri mercatores merces peterent. Esset ex ea re magnum lucrum Regię Mti et occlusio posset sic firmari

Inuencio bellice expedicionis et defendendi
regni Polonie contra vim validam Turcorum
Sigismundus primus Rex Polonie

Jego Crolewska Mcz nasß Mcziwy pan zatim staranįem ktore ma o obronie Coronny y Crolięstwa swego obacziwssi wielkie niebespieczenstwa, ktore nas od mocznego nieprziiaczielia wssego Chrzesczianstwa dolięgaią ten czas naiwięnczei gdi pod mocz iego, pogranicznę Panstwa Sąsiedzkię, Vengierskę Crolięstwo i Valaskię Voiewodztwo podbite sa: raczil Sseim walny Corony w Piotrcowie, na tezi Crolię polozicz; na ktorim, zjednostainego i zgodnego zeswolienia y radi wssech Stanow temu bi się zabięzalo, aby iakiei schkodi Corona nieczierpiala aby nas w niegotowoszi nassei nieprziiaciel niezastal, a nad nadzieią nasche nas nieotlumil: my, tedi Rada y wespolek Senatt Coronni, tak duchownego iako swieczkiego stanu pospolu i Sposli ziemskiemi, ktorim zupelna a niezamierzona mocz iesth od wssego ricerstwa Coronni tei dana aby radzili o rzeczach wktorich obrona pospolita zalięzi: takięsmi sposob ku obronie pospolitei przeciwko samemu pospolitemu Thureczkiemu nieprziiaczielowi, y przeciwko nawalnei moczi iego naliezli

Naprzod wedlie starego zwiczaiu Panowie Swieczczi, ze wssitka Sliachta, benda powinni woienna wiprawa kazdi wedlie mozności swei naiwienthssei, wedlie Statutu y Priwilieiu

Nago się tess poddali dobrowolnie pospolu s swoim Duchowienstwem wssitkiem, tak swieczkich iako zakonnich

Caplanow, Kxiąza Arcybiskupi, Biskupi, Archimen:
dritowie, Wladicowie; abii iom tess timze obiigaiem,
wedlug moznosgi, maietnosgi swich na woiny wipra:
wiali alie tilko przeczimko samemu Thureczkiemu
nieprziiaczieliowi gwaltownemu ii nawalnemu. Tham
oni sami ossobami swemi wolni bendą odciągnienia
na woiny: alie miasto siebie gińsse wiprawiacz maią,
à sami przi kosczieliech zostaną dlia wipelnienia urzen:
du Caplanskiego

W kazdiim Miesczie, i w Miasteczku gdzie ssą Cupieczthwa
abo Skladii: choczia tess gdzie ssą Liegarowie: to iesth
gińssiich kupczow sprawcze abo Comornicgi, ktorzi iaką
maiethnosz swoią maią; ktorii kolwiek maiethnosgi
ma za thiissiącz zlotiich, bendzie winen pacholka iedno
iezdnego zbroinego wiprawicz, A ktorii niema maietno:
sgi abo kupiei nat pięcz sett zlotiich: ten piessego uzbroy
przeczim Thureczkiei nawalnei moczi wiprawi. A kto:
rzi kupczii abo Mieszczanie, mniei maią tich maiętnosgi
w Miesciech i w Miasteczkach: tii bendą pospolu ssacgo:
wane tak iss sthissiącza zlotich ossaczowanei maietnosgi
iezdnij à spięcgi sset zlotiich, piesschii bendzie wiprawion
Czo abii tak à nieinaczei bilo opatrzacz to bendą Rad:
cze z Burmistrzem, à nad Radczami czi ktorzi tego do:
gliądacz bendą na ten czas ssikowanie i sprawa w Mie:
sczie bendzie postanowiiomi iako Woiewodowie, Ca:
stellani i Coronni Hetthmanowie. A nat tiim ktore
Duchowni wiprawuią, Starostowie od Duchownich obra:
ni przigliądacz bendą a wssakze tak abij czi Starosto:
wie, Coronnemu Hetthmanowi wedlug obiczaiu bilii po:
slussni iako gińssi Rothmistrze biwaią.
C zo sią to tak rozumiecz ma, abii czi mieszczanie ktorzi maią

dobra liezancze abo ruſſaiącze ktorebii droſſe bili, miſli
za ſto zlotiich aliebii niedoſſli ani do thiſſiącza, ani do pią:
czi ſſeth zlotiich: czi ſię maią ſkladacz na wiprawienie
iezdnich i pieſſich. Ali ktorzi w Mieſcziech i w Miaſ:
teczkach, niemaią maiętnoſczi liezączei i ruſſaiączei za
ſto zlotych, czi miedzi ſſobą piątego naſtego na woinę wi:
prawiacz bendą.

Miaſta ktore maią goli plathii na Rathuſſ, czi od thiſſią:
cza zlothiich plathu dzieſſięncz iezdnich: oth piączi ſſeth
zlothiich piecz iezdnich dobrze oſſadzonich. z bronich
niechai wiprawią

Kmiecziei tak Crolia ie° Mci, iako wſſech iego poddanich
Duchownich i ſwiętzkich dwudzieſtego miedzi ſſobą będą
winni wiprawicz, okrom ogrodnikow.

Ziidowie nat thii pieniądze, ktore kazdi rok zwikli da:
wacz, tezi thiiſſiącze zlotiich monethii i lidzbij naſſey
na obronę tego krolewstwa maią przilozicz. A ieſlibii kie:
di gwalthowna potrzeba przisſla, thimże obyczaiem
iako y Chrzeſcziianſczi kupczi wedlie ich maiętnoſczi
oſſaczowania: maią na woinę Zolnierze wiprawiacz

A iego Croliewſka Mcz raczil obiecacz niecz ſtraſſ pilną
y pewną i chowacz ią na granicziach kv ziemi Thurecz:
kiei przilieglich, i go napilnei bendzie moglo bicz roſka:
zacz ſię dowiadowacz i przigliądacz ſprawę Thureczką
wirozumiewaiącz, kiedii a kv ktoremu mieſczu mocz
ſwoię bendą obracząc, a wneth naſ ſwe poddane prze:
wſſemi wicziami, ktore maią ſtacz za wtore wiczi abij
bilij gothowi obwieſczicz a ſkoro pewnego zo o ich do:
nas wtargnienijv pobaczi, wtorimi wicziami, ktore

mog trzecich benda miecz miesce naznaczic: na ktore
spolem ziego Crolewską Mcią wegtrzech medziliach
sciągnąć się mamy.

Jachanie na Woinę, ma bić starem obyczaiem w Stato:
cie opissaniim bes ßkodi lijudzkiei tak duchownich
iako swieczkich. Abij każda rzecz abii placzona bila
wedlie przywilieiv i Constitucniei Crolia Jagiela, kto:
rzi rzad abi bil wczciągmeniv trziman. Castellan
onego powiathv wktoriim liudzie cziągną, ma pilno opa:
trzacz wedlug Statutu, ktorego ma bić gistotne wi:
pelnienie wewsstkiem.

Castellianowie Powiathnij napierwei się zgssą na mie:
scze w swijm powiecie, ktore iemv naznaczą, abij
się kniemv Slachta sciągnela: a tam stand sswem
Castellanem na miescze wostatecznich wiciach opisane
pociągną. Tam ziachawssi się, będą opatrzani choci
starczi wedlie Statutv w Bidgosczi vchwalonego.

Matessbić opatrzono, abii ani ie° Cro: Mczi, ani ie° Mczi
poddanich obojga Stanv Zamki ossadzone niebilii liudz:
mi ktorzij mają dobrą maietnosc, abij tak lijudzi
nie vbijwalo. A iesli kto dlia vrzędv swego mosial
zostacz, przeto się swei ossiadlosci bendzie powinien
na woinę wiprawicz.

Ito tessß na pieczi mabicz miano abi tiim Riczerskiem liu:
dziem pienidzi niedawano, ktorzi zo siadlosci swei,
ossobami swemi wiinni woinę sluzicz, abij pod nassą
Choragwią bil pewnij poczeth lijudzi na taką wijpra:
wą spowinowacthwa mieli bijcz popissami.

Ma tesz być własna Chorągiew tych ktorzi ossobami swemi na woinę iechać niemogą: iako ssą Caplany wdowy, niedorosli, Chorzi, abi osobkami i zdradzenie pospolitego dobra niebilo

Sinowie Ziemiansczy ktorzi Panom sluząc niebendą mogli mogli oiczow swiich od woiny zastempowacz przi paniech sluząc iesli oiczowie ich sami niebendą mocz na woinę iechacz, Alie chczeli oczycz doma ostacz, sina ma od pana onego do domu wziącz: a z domu go na woinę wiprawicz.

Scholtissi ie° Cro: Mci wedlug Statutu Coronnego i Ruszi: wilicie na woinę poiadą.

Szoltissi Duchownich i swieczkich, spani swemi, abo stemi ktorzi pani zastempią maią sie wiprawicz

Ktorikolwiek winien na woinę iechacz, skoro wtore wiczi ktore maią miecz mocz ostatnich, a dowie sie o nieszczu y oczassie, wczterech niedzieliach po obwolaniu wiczi wpowieczich, ma sie postawicz na mieszczu zbroinie według Statutu pod vtraczeniem maiątnosczi swei, to iesth, iesli zamieszka sprawowania woiennego albo sskodę

Ma tesz być opatrzono abi według stare° obiczaiu mieszcze ku sciągnieniu naznaczone, bilo opatrzone w bespieczenstwie na ktore bi ie° Cro: Mcz bespieczenie iachacz mogl nieodstempuiącz stare° Statutu a Przywileiow.

O Duchowne ktorzi Duchowny Chleb maią, a kaplany miessą ma ie° Cro: Mcz do oicza swientego Papieża wiprawicz abi iem wolno bilo ossobami swemi na woinę

iachacz, a zathimże posselsthwem aby armati bily vprosso:
ne starać się będzie raczył

Okazowanie gotowoszczi wsszech Stanow Duchownich y Swie:czkich, Mieszczan i kmieczi ku wyiachaniu: i ku wy:prawowaniu na woinę ma bicz we wsszitkiei Coronie iednego dnia to iesth nadzień Swientego Woiciecha roku blisko przisszłego, ot tego swientego Woiciecha wrok, A w tim czasie gotowacz się, ale ktorym oby:czaiem, i przed kim okazowanie ma bicz, iesli w Woie:wodzstwach iesliże w powiacziech, na Seimie blisko przi:sszłym, ze zwoleniem wsszech Stanow ma bicz postano:wiono. A iesli to okazowanie wipelniwsszi wsszitko to, co się to opissało, i stot nie doidzie: potym na to okazo:wanie winni nie będą asz na Seimie walnym zasię postanowią.

Gdi to okazowanie doidzie na dzień wisszei omieniony, każdi w swoiem stanie, takzi ktorzi przez się ossobami swemi, iako i ktorzi przez kogo innego woinę służicz będą, mai:ą się wiprawicz według mayętnoszczi swoich obycza:iem wisszei opissanem. A iesli chto z duchownich tego nie uczini, ma bicz karan winą ktorą na Synodzie postanowią, ktora gdi będzie od ktorego wzientha na byczi na rzecz pospolitą obroczona. A takiesz każdy Swieczki ma bicz karan iesli tego nie uczini winą tą ktorą będzie na Seimie przisstim postanowiona.
Ale taka wiprawa nie ma bicz, ani to wssze ruszenie pospo:lite, alissbi nisz pewno bilo, izbi Czessarz Thureczki zprzeczirwsszi przimierze, ktore ma z ie° Cro: M:cią abo sam swą głową, czego boże uchowai, do nas cia:gnął abo wielkie woisko mocne do nas ludzi swich

Abo tesz tich ktorzi szą podnim woiowacz poslal ktorimby
stara powinna woina odeprzecz niemogla. Bo to tako:
we vczynienie wisszei opissane niejeszth na zadnego
inego nieprzyjaczielia, iedno na mocz wielką samego
Czessarza Thureczkiego.

Czo szię doticze Kxiąsthwa wielkiego Litewskiego, gdi ku
iego Kro: Mći prozba bila oth wszego Zebrania Seymu
Rad i posłow Ziemskich aby onego panstwa poddane
iego Kro: Mcz przywiodl. Abi tesz taką sprawą y go:
towosczią obrony pospolitei miecz bili powinni, wespo:
lek z Woiski Koronnemi, przeczziwko temu wisszei mia:
nowanemu mocznemu nieprzyjaczielowi Czessarzowi
Thureczkiemu: isz wie iego Kro: Mcz, isz to iesth w:
moczi iego kiedi chcze ruszicz szię, roskazacz poddanem
Kxięsthwa wielkiego Litewskiego na woinę, gdzieby
iedno iem roskazal, obiecal isz gdi poddani iego Kro:
Mći Koronni przeczziwko Thureczkim moczam wisszei
opissanem ruszicz szie mają tesz poddani wielkiego Kxię:
sthwa litewskiego, wedlie przemożenia swego na tosz
pospolite ruszenie snimi szię ziednoczą. A wszakosz
isz radi Koronni i poslowie Ziemszczi pilnie iego Kro:
Mcz oto starali, zebi k temu panstwa Litewskiego
poddane przywiodl abo ony wdzierżeniu obrony na
obiedwie strony, iedni drugiem pomagaiącz przeczziwko
spolnemu przyleglemu nieprzyjaczielowi przi Koronie
stali. A posli ktorzi by nato przizwolili abi na prze:
wszi Seim poslali. rozumieiącz isz takowe rzeczi
besz dozwolienia Rad Kxiąsthwa Litewskiego obie:
cacz i stanowicz na panstwo Litewskie niemogl, starach
szię vnich podiął, iakosz obiecznie wszelaką pilnosz
vczinicz, iako bi tesz ono panstwo wielkie Litewskie

Xiąsthwo na rušenie ku spolnei wiprawie przez posli swe na blisko przišlim Seimie przizwolilo, maiąc wotüm dobrą nadzieię, iž gdi się im wpotrzebach gich pomog pomocz bracżką obierzwie od Coroni zeoni tesz pomoczi wedlie naiwienthszei mozności swei Coronie odmawiać niebędą.

Ziemie Prusskie iž dobrowolnie się wtho wdali, abii nam i Coronie, przecziwko gwaltownemu nieprziiacżielowi, maiętnosczami swemi pomagali: Poslie ie° Cro. Mcz kogo z Rad na Seim ktorii w Maiu w Marborku bendzie, abii natakiš postanowienie: ktore się thu ten czas stalo, oni przizwolili, Tho tesz ie° Cro: Mcz obieczwie okolo Zatora i Osswienczimskie° Kxiesthwa.

Tho postanowienie, aczkolwiek insz tak iesth vchwaliono wszakosz iž tu Poslow. Litewskich, Prusskich, Zatorskich i Osswieczimskich niebilo ktorich przizwolienie acz się nam zdalo bicz potrzebne, ku zobapolnemu ij odwethowanemu, na taką miedzi sobą Woiennąs obronąs spiknieniu postanowiono iesth. i oth wszech Coroni tej stanow prziiętho, abii te wszitkie vchwali tak opisane, zawieszone bili do blisko przistego Seimu valnego Coronnego, pod tą wimanką, iž iesliby przerzeczonich Kxiesthw Poslowie. na blisko przisszli Seim zupelną moczą, i zroskazaniem poslami, na się bi to ku pożitku Coronnemu prziięli, czoni lindzie Coronni ku ich dobremu wiesz chczemi. thedi to, czo tu iesth zamkniono, początczią ie° Cro: Mci ma bicz zapieczentowano i poczwierdzono, a iesli przerzeczeni Poslowie natosię zwolicz niebendą chcziecz, thedi thi wipissane Artikuli, niczemnie, i rzadnei mozności maią bicz rozo:

rozvmiam, a wolno bendzie inßey Radze na Seimie wziąg
onaliezączich niebespieczenstwach Coronnich.

Jeslibii czego panie boze vchowai tego liata, nisli Seim Co:
ronni bendzie, moczne nieprziiaczel, na Coronę cziey:
gnąl obiczaiem wißei napissanem thedi ta Constitu:
cia ku obronie, y od parczin, na ten rok, mocz ma
miecz.

Legatio á Rege Sigismundo primo ad Nobilitatē Oswienczimensem et Zathoriensem data benedicto Isdbienski Piotrconie XV Marcii 1544

Dicta salute et gratia Regia Nuncius verba in hunc modum facieT.

Sacra Mtas Regia dominus mē clementissimus. Cum videret pericula quē vndequaqꝫ Regno suo grauissima impēdent, pro eo vt officium illius Regnum postulare videtur, nihil curē laboris, diligenciē prēter mittit, quo Regnum suum, in hiis tantis tempestatibus, Christo miserante, saluum et incolume conseruet. Huius itaqꝫ rei gratia proximis superioribus Mensibus Comicia Piotrconiē edixit: in quibus firma et stabilis aliqua defendendi racio constitueretur, si quē vis maior hostium impressionem in illud facere conaretur.

Est, quod deo agamus omnes grās, cuius grā et misericordia factum est, vt depositis simultatibus atqꝫ odiis intestinis, quibus laborabatur aliquandiu: ac reintegrata inter eos qui dissidere visi sunt grā, vna omnium sentēcia, talis iniretur tuendi regni racio, quē ad quorumuis hostium impetum sustinendum, Deo propicio, satis esset firmitatis habitura, Quam eciam descriptam. D. vris, Sacra Mtas Regia offerri iussit. Cui extrema quidē manus defuit, quod nondum definita prorsus est et determinata. Cui rei non aliud quicqꝫ fuit impedimento quia quod se solos ad eiusmodi expeditionem adstringi equum

non esse putabant, nisi et alii Sacrae Maiestatis Regiae sub:
diti, ad eadem onera ex aequo cum Regnicolis ferenda
in commune praesertim periculo omnium, consensissent. Cui
cum viciniores eciam sint D. vrae, quam alii, qui Maiestatis
eius subsunt imperio vltro se facturas receperunt: vt co:
tra potentem hostem nullis neque sumptibus, neque laboribus
parcerent, neque vllum adire discrimen dubitarent. adduc:
ta Sacra Maiestas Regia et periculi magnitudine quod
prae caeteris D. vris impendet, et pollicitacionibus illa:
rum, me misit, qui verbis Maiestatis eius agerem: et lecta di:
ligenter defendendi racione, quam conscriptam attuli ad
eandem consentirent. Quod pro sua virtute facturas D.
vras non grauatim sibi persuadet. Quo paucioribus mihi
verbis, apud illas, vtendum putauit, cum res ipsa cla:
mare satis videatur. Quamquidem legent D. vrae et
expendent omnia in ea scripta diligenter atque ad ea quae
proxime habebuntur Regni Comitia, Nuncios suos
mittant cum plena et non limitata potestate, qui ad ea
omnia quae conscripta hic habentur assensum suum prae:
beant.

Responsum Oratoribus Ioachimi Marchionis Brandeburgen datum Piotrconie vigesima Marcii 1544

Sacra Mtas Regia, dominus nr clementissimus, intellexit postulata D. vrarum, que nomine Illmi Principis domini Joachimi Marchionis, filii Mtis illmus charissimi persuadere illi conantur, vt pro commodo eius Mtis non medioc[r]i, iter ex Polonia in Marchiam per fluvium Vartam instituatur. Quas Illmi filii sui benevolentie plenas persuasiones, Mtas eius pergrato accepit animo, quamuis autem eadem de re cum illmus Mte ab Illmo domino meo aliquoties per Legationes tractatum est: tamen quod haec res non parvi momenti videbatur, referebat semper Sacra Mtas Regia ad Comicia, vt frequenti senatu de ea deliberaretur. superioribusque Comiciis responsum ad se Illmo filio suo, in his que iam peracta proxime sunt Comiciis, erat sollicitata. Id quod responsum petendum serius D. vras esse missas dolet, nec videt sibi esse integrum, vt absque Senatorum suorum consilio de re tanta sola quicquam statuat. Designati iam erant, qui cum D. vris si tempori hic advenissetis, tractaret: verum quod ii iam abierunt, non videt quomodo cum fructu aliquo tanto publico de negocio extra Comicia publica agere quicque cum D. vris possit. Quod fortasse negocium D. vre expeditum Illmo Principi suo referre potuissent, nisi post dissolutum Conventum huc advenisset.

Sigismundus primus rex Polonie
Sigismundo Augusto regi filio suo

SERenissime Princeps, et domine fili mi charissime. Et perturbatam fuisse morbo meo Maiestatem vestram, et vehementer exhilaratam, posteaquam nos ex eo recreatos intellexit, dubium nobis non est. Novimus enim animum illius erga nos observantissimum, ita ut successus meos omnes, pro suis reputet: neque minus nobis quam sibi fausta et foelicia omnia cupiat. Quas vero excusationes adfert, quamobrem a nobis invitata ad Comicia non venerit, in eam partem accipimus, in quam accipere potest indulgens pater, ab eo, qui se narrat obsequentem filium. Sed hoc tamen pro paterno erga Maiestatem vestram animo latere illam nolumus, omnibus absenciam Maiestatis vestre displicere. Ex quadam literarum particula Maiestatis vestre, libenter cognovimus eam intelligere quam personam sustineat, ac magnam ex eo capimus voluptatem. Nam facturam omnia Maiestatem vestram confidimus que ad laudem et gloriam sui nominis putaverit pertinere atque in omnibus suis actionibus talem se prestaturam, ut persone sue istius minime oblita esse videatur. Quod queritur Maiestas vestra serius se de Comiciorum loco certiorem factam, id eo ita accidit, quod ante id tempus, quo scripseramus Maiestati vestre ubi habituri essemus Comicia deliberati nichil habebamus. Ita enim multi terrores de peste adferebantur, ut ubi habenda essent Comicia non nichil dubitaremus. Sed posteaquam cognovimus minus fuisse in re quam quantus erat sermo, statim ut, vero, constituimus Piotrconie Comicia habere: ad Maiestatem vestramque

scripsimus. fuitque tantum temporis intervallum a nobis illi
praescriptum, ut commode venire potuerit, si Equos et Auli:
cos ad manum habuisset. Quodsi etiam aliquot diebus post
venisset, nihil erat neglectum. Nam nudius tertius de Spi:
ritu sancto Missa est habita, heri propositio facta. Deo sit
gratia, cuius misericordia salubri hic adhuc aura fruimur.
Stipendium Aulicis Maiestatis Vestrae numerari hic missimus
Serenissimae dominae parenti Coniugi meae charissimae, cuius
Maiestas Thesaurario postea mandavit, ut ex pecunia illa The:
sauri mei stipendium id Aulicis numeraret, soluturum post
modum quae ille expenderit. De servitoribus Maiestatis
Vestrae Conarskie, nihil est quod et suo et meo animo mole:
stiam afferat, neque sibi persuadeat, alterius cuiusque preces
plus apud nos ponderis habere. Nam una excepta Serenissima
domina Parente Maiestatis Vestrae, Coniuge mea longe chari:
ssima, Cui, et propter publicam honestatem et propter Dei
praeceptum, cum nihil anteponi oportet, demumque propter eius exi:
mias virtutum dotes, et quod Mater est Maiestatis Vestrae, hunc
ab utroque nostrum honorem aequum est haberi. Nemo
est in terris, cuius preces apud nos plus valeant, quam
Maiestatis Vestrae. Quod ut tanto firmius persuasum sibi habeat,
bona ista quae pro Conarskie petit Maiestati Vestrae donamus,
ut de illis, quod illi visum fuerit, statuat, ac si ita vo:
let suo nomine Conarskiem ea donet, quo sibi illos tanto
reddat devinctiores.

Vellemus autem donationem hanc fieri more terrarum no:
strarum Prussiae, in feudum, ita enim fieri possit, ut ali:
quando ad Maiestatem Vestram redeant, cui tamen hac in
parte nihil praescriptum volumus. Quod a nobis
petit Maiestas Vestra ut Dapiferum illius Sebastianum Lu: Lubomirski
bomirski, subdapiferatu terrae Crac auctum velimus,
id non gravatim fecissemus, nisi Lulicius meus Rosus

Joannes Opalenski Jus expectativę habuisset, quod à nobis ut conservetur aequum duximus, atque ei Subdapiferatum contulimus.

Caeterum bonorum nostrorum Swięcie possessionem Georgio Conopaczki Palatinidi dari iussimus. De eo verò ut quoad ei vita suppeditaverit illa possidere ei liceat, quando praesentis Maiestatis vestrae potestas nobis dabitur cum illa deliberabimus: quodque ex re fuerit utrinsque nostrum statuemus.

Praefecti Stabuli nostri Generosi Augustini Kothwicz libenter, simus rationem habituri, sed de eo quod postulat Maiestas vestra in hoc negociorum varietate quibus nunc obruimur, nihil potuimus certi constituere. Quas ad nos dederat literas de Generoso Achatio Cema Palatinatu Pomeraniae ornando, eae post festum (quod aiunt) venerunt. iam enim Palatinatum Pomeraniae Culmensi Castellano, Castellanatum Culmensem Elbingensi Castellano Thesaurario terrarum nostrarum Prussiae, dederamus.
Datum Piotrcoviae xvii Januarii M.D.xiiij°

Sigismundus primus Rex Poloniae
Duci Legnicensi

Illustrissime Princeps et domine affinis noster charissime. Redditae sunt nobis litterae Illustritatis vestrae quibus graviter nobiscum expostulat, quod usum monetae, quam cudit, in Regno nostro hominibus nostris interdixerimus, qua in re existimationem suam agi putat. Absit hoc à nobis ut nos famae atque opinioni Illustritatis vestrae detractum quicquam velimus. Sed si velit Illustritas vestra recta rem ratione reputare, multo iustiorem nobis esse causam intelliget cum Illustritate vestra expostulandi

expostulandi. Qualis sit Moneta Illtis: vrae de eo nihil dicendum putamus. Sed illud tamen quum molestum nobis fuerit, obscurare ferre non possumus, quod ad instar monete nre Monetam in ditione sua cudi permittat, consensu ad eam rem nro minime requisito, Qua quidem in re magna nos ab Illte: vrae iniuria esse affectos interpretamur. Quod si maxime velimus tamen per ordines Regni nri ad quos ea de re retulimus nobis facere non licet. id quod postulat Illtas: vra, vt illius monetam in Regno nro re:cipi iubeamus, Quin pocius amice illam hortamur, cunctis id ordinibus Regni nri efflagitantibus, vt ab ea deinceps amplius cudenda abstineat Rem factura mutua nra coniunctione dignam. Datum Piotrcouie xviij Febru:arii Anno domini M° D. xliiij°

Responsum Illmi domini Alberti Ducis Prussie, Nuncijs datum a Sermo dno Sigismundo primo Rege Polonie

Quod semel atque iterum pollicita est Sacra Mtas Regia se Iura Priuilegiaque Illmi domini Ducis, salua integra, et sarta tecta (quod aiunt) conseruaturam: neque vnquam a se in eiusmodi iurium et Priuilegiorum derogationem aliquid constitutum esse, in eo adhuc perstat, et perstabit semper. Proque ea qua est in pactis seruandis constancia, certa et in:dubitata spe esse iubet Illmum dominum Ducem, quecunque in pactis continentur, ea vel minima quidem ex parte per se violata esse, Sed que in pactis expressa non sunt, in eiusmodi licere sibi id persuasum habet, quod in subditum Principem superiori domino Iura omnia permittunt. Neque

aliud in iis postulat, quam quod ratio dictat, quod leges pronun:
ciant. Etsi nihil hoc tempore Sacra M.tas Regia de Iure
appellationum decreuit, sed in eo interea acquiescit, quod in
pactis et transactionibus scriptum continetur, vt si quis in:
iuriam sibi factam, aut se grauatum existimaret is posset
ad Consiliarios quos Regia M.tas, et dominus Dux Prussie
quotannis ad festum Sancti Francisci cum id necessitas exige:
rit, Mariemburgum mittere debebunt, prouocare, qui super
ea re cognoscendi potestatem habere debent, Quod si ibi co:
gnitum fuerit appellationem prouocantis friuolam et illi:
citam esse, debebit pars illa Iudicio decem Marcas Pru:
thenicales pendere, et parti aduersae, ad refundendum expe:
sas litis, et ad parendum priori sententiae obligata esse. Haec
ita vt in pactis scripta continentur seruare vult M.tas
Regia quibus quod scriptum est vt Mariemburgum ad
festum Sancti Francisci Consiliarii mittantur, quandoquidem
ad id tempus Graudenti de more conueniunt, Mariem:
burgi vero in Maio mense, si aut tempus aut locus mu:
tetur, ita vt in Autumno Graudentum, aut in Vere
Mariemburgum Consiliarii mittantur facile de eo cum
Ill.mo domino Duce M.tas Regia conueniet.

Quod vero Maraunenses attinet, permoleste fert Sacra M.tas
Regia, non esse mandatis suis a Regia M.te obtem:
peratum, Verum huc eorum Nuncii venient, cum iis aget
serio M.tas Regia, et quod aequum videbitur, audito
eorum responso de hac causa statuet. Interea tamen vt pe:
titioni Ill.mi domini Ducis satisfiat, quandoquidem fatetur
Ill.tas eius non illorum sed sua culpa factum esse, vt Maran:
nenses citati non steterint, quod per Ill.tem eius sistere se
prohibiti fuerint poena contumaciae M.tas Regia absolu:
tos eos pronunciat, vt qui suae absentiae, et quod citati nō
venerint legitimum adferant impedimentum. Principis sui

interdictum. Sed ea tamen lege absolutos eos esse vult Mtas Regia, ut iuxta pacta Consiliarii Mtis eius, et domini Ducis, vna in iis que Mariemburgi proxime habebuntur Comitiis, cognoscant de iniuria quam sibi factam ab Illt: eius Ketingi eorumqz socii pretendunt.

De odioso proscriptionis edicto abrogando ita ut litteris suis se facturam ostendit Sacra Mtas Regia Nuncium suum ad Imperii Comitia mittet: et qua summa poterit cura prouidebit, ut suo sueqz posteritatis, et vna Illmi dni Ducis Terrarumqz Prussie omnium, ocio quieti et tranqui: litati consulat. Quod Iusiurandum Illtas eius exigit à Sermo domino Rege Iuniore, id Mtas eius in optimam partem accipit. Quoniam verò ea ipsa de re, missos in Litnaniam esse Nuncios ad Mtem eius intellexit, voto Illtis eius satisfactum esse credit. Quod si opera Mtis Regie apud Sermum filium necessaria nihilominus aliqua in re videbitur, in iis que equa fuerint, libenter eam defert et pollicetur.

Quod queruntur subditi Illtis eius de nouis vectigali: bus, multò grauior est eadem re querimonia subditorum Sacre Mtis Regie quod grauissimis vectigalibus in terris Ducatus premantur Quoniam verò vbi sint noua ista vectigalia instituta, non est edocta Mtas Regia, nihil est qd de eis quicqz hoc tempore statuat. Caeterum aut in Mariemburgi proximo vere, aut Graudenti in Autumno Consiliariis terrarum suarum Prussie mandabit, ut de eis cognoscant, eodem et suos Illtis dominus Dux Consiliarios mittet, qui vna cum illis cognoscent, et de Regni mei, et Ducatus Prussie subditorum quod vectigalia attinet grauaminibus

Quaecunque reliqua Maiestas sua Serenissima servio mandabit. Pecunia Posnaniensi Episcopo ablata, est apud patrem illius de quo supplicium sumptum est; qui reddet simulatque fuerit ab eo postulatum.

De eo quod Cherubin Cosmaczewski de Magnifico Felice a Szrzeńsko queritur, similiter et de querimonia Generosi Castellani Visnensis, utriusque Commissarii Mariemburgi cognoscent.

Coeptam de finibus controversiam ad finem perduci Maiestas Regia curabit, datis ex sua parte certis Commissariis, quos totidem ex sua Illustrissimus dominus Dux assignabit.

Legatio ad Coesarem Carolum quintum,
à Sigismundo primo rege Poloniȩ, data Ni:
colao Mischkowski Dapifero Crac: Piotr:
coniȩ prima Marcii. 1544.

Sacra et Serma Imperatoria Mtas, et domine, domine clementissime
Sacra Mtas Regia Poloniȩ dominus meus clementissimus,
Sermam Mtem Vram plurima salute impartit, atq; omnē
illi à Deo foelicitatem ex animo precatur. Dedit mihi in man:
datis, vt verbis Mtis eius nonnulla S. Mti Vrȩ ref:
ferem: quod quò maiori fide et authoritate fieri à me po:
sset. has illi suis litteras offerri iussit.

Quod contra suos aduersarios proxima superiore aestate, rem
foeliciter gesserit. Sacrȩ Mti Vrȩ gratulatur, neq; enim
sibi magis, q; S. Mti Vrȩ ad voluntatem fluere, et ex ani:
mi sententia euenire cupit omnia: ac pro ea et sanguinis
et voluntatis coniunctione, quȩ Sermo domino meo, iam
inde ab Auis atq; Proauis, summa, cum Sacra Mte Vra
intercedit, successus illius omnes pro suis reputat, neq;
minus gaudet, si quid Mti Vrȩ sanè prosperè cessisse cogno:
scit, quàm si eadem ipse prosperitate vsus esset. Deum prȩ:
catur, vt hanc foelicitatem propriam et perpetuam Sacrȩ
Mti Vrȩ esse velit

Caeterum quàmlibet sit vehemens gaudium Sermi domini
mei ex tam prosperis Sacrȩ Mtis Vrȩ successibus: multò
tamen et vehementius et solidius esset futurum, si liceret
Sacrȩ Mti Vrȩ tanto dei beneficio. Dei enim donum est
foelicitas, contra dei hostes, vti potius, q; contra eos quibus

cum communia nobis Sacra, communis fides, communis est
Deus, dominus n[ost]r[ŭ] Jesus Chr[ist]us, in quo unum omnes corpus
efficimur, ut quoties contra eos, qui per fidem in unum cor:
pus coagulati nobiscum sunt, arma sumamus, contra mem:
bra corporis Chr[ist]i ea sumere, membra corporis mei
violare videamur. Mirari satis non potest Ser[enissi]mus Pri[n]:
ceps et dominus meus, si qui tanta sunt, ut ita dicam
indolentia, ut membra sua violari non sentiant, ut
nullum ex eo dolorem percipiant, ut non intelligant quo
magis fuerint membra corporis debilitata, hoc certius et
presentius ipsi corpori universo exitium imminere, facit
arcta necessitudo quę Ser[enissi]mo Regi meo cum Sacra
M[aies]te V[est]ra intercedit, neq[ue] sanguinis maior q[uam] animoru[m]
inter utramq[ue] M[aies]tem V[est]ram coniunctio est, ut quem:
admodum paulo ante commemoraui, non possit non vehe:
menter lętari prosperis M[aies]tis V[est]rę, contra quosamq[ue] ta:
dem successibus: sed illud tamen obseruare ferre nequit con:
taminari gaudium hoc suum quadam tristitia, quam ex
eo non mediocrem coepit, quod violatis membris nostris
debilitari corpus nostrum intelligit, quod idem est corpus
Christi. Qui non aliam magis ob causam corpus meum assu:
mere, et unus ex nobis fieri dignatus est, quam ut et se:
cum et inter nos, unum nos corpus efficeret, ut non alio
loco quisq[ue] meum haberet fratrem suum, q[uam] quo habet
membra sua, quę sicut natura quisq[ue] salua esse vult
et integra, ita saluos etiam et integros esse velle debet
fratres suos, qui eundem patrem in coelis Deum inuocat,
eandem in terris matrem Ecclesia[m] agnoscunt. Cuius fi:
lii ita demum et dici et esse merebimur, si fraternitatis
mutuę vinculum non ruperimus, si quam Chr[ist]us testa:
mento nobis reliquit pacem, quam etiam notam esse voluit,
qua legittimi coelestis patris liberi ab adulterino foetu

discerni possent eam tanquam obsequentes filii et veri ex eodem patre Deo et Ecclesia matre fratres tuendam inter nos et modis omnibus conservandam curaverimus. Hoc vero vinculum rumpi à nonnullis, violari fraternitatem, membra nostra à nobis ipsis lacerari, mutuisque vulneribus confici: atque ita corpus universum infirmum reddi, id vero quoties Ser^mus Princeps meus, animo secum revoluit, revoluit autem quotidie, maiorem quam credi potest ex eo dolorem accipit. Ac tanto plus amat Sacram Mtem vram, prêter illam etiam, quam sanguinis necessitudo conciliat, naturalem benevolentiam, quod certo persuasum habet, animis nis potius quam Sacrê Mtis vrê culpa fieri quod membra Christi, et non membra magis diaboli, quê nunc prô dolor insultare Chri corpori videmus, violantur quod fraterno et non hostili potius sanguine Christianorum enses madet Neque enim est ulla terrarum orbis pars, ubi non predicetur ab omnibus et constantia Sacrê Mtis vrê in prisca illa fide et religione, quam à maioribus meis nobis traditam per manus accepimus, et amor erga rempublicam Chrianam singularis, quantopere à fundendo sanguine Chriano abhorreat, quanta cupiditate ardeat Chri Crucis hostes, Chrô prô duce invadendi, et corpus Chri, in quo capitis ipsa locum obtinet, contra improbos eius violatores tuendi et defendendi: perspectus est et exploratus toti Chriano orbi tam pius hic Sacrê Mtis vrê, et verê Chriano Imperatore dignus animus.

Quo maiorem etiam in spem erigitur Ser^mus Princeps et dominus meus, factuream Sacram Mtem vram, pro eo quo flagrat incredibili studio, tuendê modis omnibus et conservandê Reipublicê Chrianê, ut quibus de rebus huc me mittere Mtas domini mei dignata

est, in his Sacra Mtas Vra facilem et benignum se mihi
prestet, vt cum optato responso ad Serenissimum Regem meum
redire queam, neq3 enim aliæ causæ fuerunt, quamobrē
ad Sacram Mtem Vram Nuncius mitterer, nisi vt
Serenissimi Principis mei personam sustinens authoritate Sacræ
Mtis Vræ efficere conarer, quo inter Christianos Principes
optata pax confici, et furor hic armorum in hostes Chri:
stiani nominis conuerti possit. Hæc est Legationis meæ
summa, quæ si pia est, si ad reipublicæ Christianæ commo:
dum spectat, quandoquidem apud eum Principem causam
hanc ago, qui vt loco et dignitate reliquos omnes antecellit,
ita cum pietate tum studio Reipublicæ Christianæ tuen:
dæ nemini prorsus concedit, dubitare me nequaq3 oportet,
qui Nuncius his de causis veni, ad tam pium tamq3 verè
Christiano pectore preditum Imperatorem, quin breui sim
ad Serenissimum Principem et dominum meum, rebus hic ex sen:
tentia confectis exorator rediturus.

Quæ nunc Reipublicæ Christianæ pericula et discrimina im:
pendeant, etsi non est obscurum Sacræ Mti Vræ, tamen
secundum Serenissimum fratrem illius Regiam [illegible] Romanorum
Mtem nemo sentit magis, q3 qui periculo iam proximus
est propter vicinam Regno suo Hungariam, Serenissimus Rex
et dominus meus, nam qui absunt longius, eos non perinde
fortasse mouet ingens Hungariæ clades, Quæ cum tanta
in conspectu Serenissimi Principis mei edita sit ac toties ite:
rata, nullus vt ferè locus iam sit paulo munitior, qui
non in hostis potentissimi potestatem reciderit, quid sibi
Regno suo formidandum, quid Germaniæ vniuersæ et
reliquo orbi Christiano metuendum sit facilè perspicit,
quo magis excruciatur animi, cum in tantis Reipublicæ
Christianæ periculis imminentibus, fraterno sanguine

madere manus Christianorum et in sua ipsorum viscera saevire eos malle videt, quàm in eam curam et cogitatione incumbere, ut sinceritissimo quod aiunt, facto, coniunctis viribus commune incendium curent restringuendum. Tenere itaque se non potuit, cum inter Christianos Reges principem locum teneat Sacra Mtas Vrã, quin me ad illam mitteret ac summo studio contenderet, ut compositis rebus inter fratres, et qui eiusdem corporis membra sunt. Sacra Mtas Vrã pro eo ut verè Catholici Regis et Imperatoris officium postulat tuendae Reipublicae Christianae curam suscipere dignaretur. Quod si qui sunt quibus quietis esse non libet qui ultro Sacram Mtem Vram armis provocant: etsi cum his qui pacem quoquo modo confectam cuperet, Serenissimus et dominus Rex meus tamen contra eiusmodi suo iudicio Sacra Mtas Vrã utatur licebit, Sed qui à quietis consiliis non abhorrent, eos ut amicos habere quam inimicos sibi sumere malit. Sacra Mtas Vrã, id verò Serenissimus Princeps meus summo studio contendit et elaborat quanto enim fuerit minor hostium Sacrae Mtis Vrae numerus, tanto magis expedita ratio fuerit, feliciter contra eos rem gerendi Cum itaque eo semper animo fuisse cognouerit Mtas domini mei Serenissimum dominum Christiernum Daniae Regem, ut pacē semper optauerit, qua nihil ei fuerit prius et antiquius, à Mte Vrã Serenissima petit ut authoritatem suam interponere velit, quò quam optauit semper pacem eam consequi possit. Etenim quantopere cordi semper fuerit Sermo Regi Daniae quieta consilia, locuples eius rei testis esse potest. Serenissimus Princeps meus, qui inter illum et eos qui sunt ditionis Mtis Vrae Burgundios pacis interpres aliquando fuit et sequester, qui toties etiam et ad Sermam Mtem Vram et ad Sermum atque excellentissimum fratrem illius. literas ea de re dedit, atque

omni ope missis etiam Nuncius admixtus est, ut positis simul: tatibus inter Ser:mum Daniæ Regem et Burgundiones, con: cordia inter eos sanciri posset. Quaquidem in re non ipsi Daniæ Regi prospectum voluit maxime, qui cum præter vicinitatem, quæ et ipsa in propinqua amicitiæ parte putatur, nihil ei intercedit: Neque privatis aut suis aut suorum ratio: nibus præcipue consulendum putavit, verum id secutus est ante alia Ser:mus Princeps meus, quod cum primis Sacræ M:ti V:ræ conduceret quod sibi tam arctis amoris amicitiæ et propinquitatis vinculis colligatam habet, arctiora ut alia requirenda non esse videantur, Neque mortalium quisque exi: stat, cui magis obstrictus sit et obligatus, quam Sacræ M:ti V:ræ et fraternæ illius Ma:ti, est ita quidem, quod omnibus dulce no: men est pacis et concordiæ, qua parvæ res crescunt, quemad: modum discordia maximæ dilabuntur, neque est quisquam cui ea non expetenda esse videatur, cum sapientissimi quique certam pacem incerta victoria duxerint potiorem. Itaque et Ser:mo Daniæ Regi expedit, pace et ocio ut frui po: ssit, quod ea nihil est hominibus magis salutare

Et, quoniam aliquid mali propter vicinum malum evenire solet si quod in Dania bellum geratur, fieri non potest, quin ad fini: timas illi Regno provincias, quæ Ser:mi Principis mei im: perio subsunt, incommodi ex eo aliquid redundet quarum utilitates impediri videntur, dum libera in Mari naviga: tio non permittitur. Sed nulli tamen minus est commodum, quam Sacræ M:ti V:ræ et terris illius inferioris Germa: niæ, ut bellum geratur in Dania, quo pluriúm enim amici: tia suffulta fuerit Sacra M:tas V:ra, quo sibi pauciores inimicos reperit, hoc minore negotio domare illi inquietos licebit, sociorum auxilio destitutos. Communis ille Christi: ani nominis hostis quos coniunctos vincere non posse videt

eos separatim aggreditur, atque illud maxime cavet, ne simul et eodem tempore cum pluribus sit ei decertandum. Itaque finitimos quosque quibuscumque tandem rationibus conciliare sibi studet, quorum presidiis destituti facilius hii quos petit, superari queant

Quod illi consilium felicius cadere cum videat S. Mtas vra quam vellemus, eodem et ipsa utatur, atque hoc agat, ut quotquot in partes suas pertrahere potest, nihil in eo studio laboris et diligenciae praetermittat. Si qui vero ultro cupiunt in gratiam cum Sacra Mte vra redire, eorum amicitiam ne respuat, atque in suorum numero eos omnes reputet, quos contra se non facere cognoverit. Ita futurum est ut qui bello lacessendam Mtem vram putaverunt, posteaque et hunc et illum a societate sua desiuisse, et in partes S. Mtis vrae concessisse ac suas hac ratione vires imminutas intellexerint aut ultro pacem petitum a Sacra Mte vra veniant, aut certe minus magno labore ab ea debellentur, accesserit enim ex horum amicitia Mti vrae plurimum firmitatis, illis contra permultum decesserit.

Interest itaque Mti vrae pacem cum Daniae Rege confici, sed multo magis interest idem populorum Sacrae Mtis vrae, eorum praesertim qui sunt inferioris Germaniae. Quae enim vel ad vitam sustentandam pertinent, ut est frumenti genus omne, vel ad naves fabricandas spectant, cuius generis sunt robora ad malos conficiendos, pix, rudentes et alia eiusdem generis, ea provinciis Mtis vrae inferioris Germaniae, quin et ipsis etiam Hispaniae Regnis, non aliunde suppeditantur copiosius, quam ex terris Serenissimi Principis et domini mei: quemadmodum ex hominibus suis Mtas vra cognoscere poterit quibus cum populis Serenissimi domini mei est commercium. Si ergo, quod deus omen in hostes potius

vertat Christiani nominis, contra Danos Mtas Vra bellu[m]
geri permiserit, necessario consequetur, ingens ut sit apud
populos Mtis Vrae, ita ut esse iam dicitur, annonae caritas
et earum rerum difficultas, quae vel ad Naves fabricandas
vel ad pannos conficiendos pertinent. Maius etiam erit
illud incommodum terris Mtis Vrae, quod si minus libe:
ra fuerit navigatio his qui subsunt Sermo Principi et
domino meo in terras inferioris Germaniae, viam aliam
reperire cogentur, qua possint ea quibus abundant distrahe:
re, Quam invenire difficile non est, et ubi semel fuerit re:
perta, futurum est, ut desinant deinceps in terras Sacrae
Mtis Vrae merces suas deportare. Quae cum aegre illis ca:
rere possint, videt Sacra Mtas Vra, quae sint et quanta
ad populos illius inferioris praesertim Germaniae incommoda
redundatura, si bellum in Dania geratur. Consiliu[m]
ergo Sermi Principis mei de ineunda cum Rege Daniae co[n]:
cordia, cum non alio magis quam ad utilitatem Sacrae
Mtis Vrae referatur, et ad commoda populorum eius in:
ferioris Germaniae augenda, hortatur et monet Sermus
Princeps meus, atque etiam orat Sacram Mtem Vram ut
quibus cum Sermo domino Daniae Regi simultatis non:
nihil intercedit, eos authoritate sua adducat, ut aequis
conditionibus pacem et concordiam cum eo ineant atque ar:
ma sua in hostes potius Christiani nominis, quam in membra
sui corporis convertant. Quod si facere dignata fuerit Sacra
Mtas Vra quemadmodu[m] facturam pietas illius Chri:
stiana pollicetur, non cum Burgundionibus modo, sed cu[m]
Illmo etiam domino Friderico Palatino Rheni de pace deque
concordia Sermus dominus Daniae Rex facile rem
agi patietur: atque una cum omnibus his libenter transi:
get qui ad Regnum Daniae Iuris aliquid se habere prae:
tendunt, quantum illi salva sua dignitate facere licebit

Ad multa hoc Sacrae Mti Vrae pertinebit, si cum toto (quod animi) pectore in pacem hanc conficiendam incubuerit, illius ope, opera et authoritate pax confecta fuerit. Nam et egregiam ac propè depositae Reipublicae Christianae commodabit cuius interest plurimum, vt inter Christianos Principes positis armis succedat amor mutuus et fraterna charitas et suis priuatis rationibus consulet, si non postremo Rege sibi adiuncto inferiores eos effecerit, per quos à Ciuili bello quiescere Mti Vrae non licebit, et populorum inferioris Germaniae commoda augebit, si bello maritimo non fuerit eorum nauigatio impedita qui ex terris Serenissimi Principis mei, quae ad victum et amictum et fabricandas et sustinendas Naues pertinent, ea aduehere consueuerunt. Nominis etiam sui famam propagabit, cum pius, pacificus ab omnibus Imperator audiet, quique à fundendo sanguine Christiano multum abhorrere videatur.

De Illmo domino Alberto in Prussia duce, crebris et Nuncijs et litteris egit cum Sacra Mte Vra Serenissimus Princeps et dominus meus, atque ab ea petijt, vt decretum proscriptionis à non suis Judicibus contra eum latum, abrogari iuberet, Cum Judices Camerae Mtis Vrae Imperialis, nullam in eos Juris ditionem habeant, qui sunt in Serenissimi Principis mei fide et potestate. Responsum est semper à Sacra Mte Vra, atque à Serenissimo et excellentissimo fratre illius perhumaniter et re aliquoties ad Imperij Comitia reiecta, ita ad extremum conuenit vt à Sacra Mte Vra, siue à Mte illius fraterna, et à Serenissimo Principe meo certi Commissarij Judices designarentur, qui vnum aliquem in locum congregati de hoc proscriptionis decreto, deque illius abrogatione cognoscerent. Quod cum Serenissimo Principi meo minimè displiceret, ita multa sunt tamen postea consecuta

consecuta, quę huius deliberationis progressum impedirent, ut in hunc usque diem nihil sit prorsus constitutum. Interea temporis et Serenissimus Princeps meus et Illustrissimus dominus Albertus in Prussia Dux Nepos illius charissimus vacuo ab omni cura animo esse nequeunt, dum soliciti semper esse coguntur, nequi novi contra terras Prussię motus excitentur. Quam solicitudinem auxit etiam rumor, qui ad Maiestatem domini mei, de novo quodam ordinis Magistro constituto, nuper fuit allatus. Cui rei scriptis ad vestram et Regiam Romanorum Maiestates literis intercedebat sed scriptione hac sua nihil sibi profectum esse videt, Quę Serenissimo Principi meo cum Sacra Maiestate vestra et fraterna illius Maiestate necessitudo intercedit, quantoque studio necessitudinem hanc non modo retinendam, verum etiam augendam et amplificandam Serenissimus Princeps meus semper curauerit pluribus à me commemorari necesse non est. quandoquidem res ipsa satis clamat, Per hanc ergo necessitudinem mutuam rogat Sacram Maiestatem vestram Serenissimus Princeps meus ut ut causas omnes perpendat, quamobrem fieri secus aliquid oporteret, quam vinculum hoc mutuę propinquitatis postulare videtur. Quis sit Illustrissimus dominus Prussię Dux Maiestas vestra non ignorat, nam prêterque quod est vasallus Princeps Serenissimi Regis mei, est etiam illius ex sorore filius quę fuit eadem vestra quoque Sacrę Maiestatis soror. Duplici itaque nomine eum Serenissimo Principi meo non tueri non licet. Nam neque eum deserere fas est, qui in eius potestatem concessit in qua etiam Magistri ordinis priusque rebellare coepissent, fuerunt. Neque licitum videtur propugnationem eius non suscipere, quem tam arcta sibi habet propinquitate coniunctum. Quo nomine, cum nec à vestra sit Maiestate alienus, et illam facere ęquum est, ut propinqui sui rationem habeat, nec ei negotium exhiberi permittat: cum presertim

quicquid illi factum fuerit, sibi id fieri Ser^mus Princeps meus interpretatur, Neq; enim minore conatu vim ab eo sit atq; iniuriam propulsaturus, q3 si sibi ipsi Regno q3 suo quo cum corpus vnum terræ Prussiæ sunt effectæ vim eandem afferri videret.

Quando ergo in hac proscriptione semen quoddam belli latere Sacra M^tas V^ra intelligit, erit pietatis illius erga Rempublicam Christianam, erit amicitiæ, quæ inter V^ram M^tem et Ser^mum dominum meum intercedit, vt funditus euellat, extirpet, eradicet omnia, quæ fundendo sanguini Christiano, et bello inter Chr^ianos Principes gerendo, dissuendæ amicitiæ, quæ avita Ser^mis Poloniæ Regibus cum Inclyta domo Sacræ M^tis V^ræ intercedit causa præbere possint.

Legatio ad Ferdinandum Romanorum Hungarie Bohemie regem eidem Mishkow: ski data à Sigismundo Rege Polonie

SACRA et Serma Regia Mtas, et domine domine clemenme. Sermus Princeps meus et dominus dn̄s Sigismundus Rex dominus meus clemenmus. Sacram Mtem v̄ram, fratrem suum et consanguineum charissimum q̄ fieri potest officiosissime salutari iussit. longam incolumitatem, ac rerum omnium secundos progressus Sacre Mti v̄re ex animo precatur et optat. Quedam in mandatis mihi dedit vt Sacre Mti v̄re exponerem: quod vt maiore cum fide atq̄ authoritate facere queam has illi fidei p̄mis l̄ras offerro.

SI cuiusquam Regum et Principum v̄re Serme Mtis precipue, videtur interesse vt pace inter populos firmata, eorum impetus propulsari queat, qui fidem nomenq̄ Christianum armis prosequuntur ac funditus exterminare conantur, Nam bella ista Ciuilia quibus feruet orbis Christianus, quanto fuerint Regnis et ditionibus Serme Mtis detrimento, vel potius exitio, quis est qui absq̄ lachrymis commemorare queat? Porro grauiora etiā nobis metuenda sunt, nisi que summa fidei nr̄e, que propria filiorum dei nota est, charitatem inter nos retinuerimus, ita vt qui membra sumus vnius corporis nostra ipsorum membra lacerare, ac tanto corpus nostrum imbecillius reddere desinamus. Ac si stringendum ferrum est, in eum stringamus potius, qui et noster, et

Christi hostis est quam in eos qui, communem nobiscum patrem Deum in caelis cum invocent communem in terris Ecclesiam matrem agnoscant, vinculo quodam fraternitatis mutuae colligati nobis videntur. Cum itaque Legationis meae summa sit haec ut quantum possim persuadere coner, quod mutuis nos vulneribus conficere, in membra mea invicem saevire desinamus quo maioribus viribus communi hosti resistere queamus.

Bona spe est Maiestas domini mei Sacram Maiestatem vestram Legationem hanc meam non modo non libenter auditurum verum etiam consilio atque auxilio mihi futuram, ut quod suadeo persuadere possim. Quamquam vestra Sacra Maiestas id genus hortationibus et persuasionibus opus non habet, quae antequam etiam sibi regnisque suis tantum impendere periculi vidisset, ita se nihilominus semper gessit ut quoad eius fieri posset, a fundendo Sanguine Christiano manus abstineret. Nunc vero non alia in re cogitationes illius omnes defixae sunt, quam in una defendenda rerum dicionum suarum cura, quibus gravem et potentem admodum hostem videt imminere: non minus ut hoc ipsum optare Serenissima Maiestas vestra videtur, quod optat Serenissimus Princeps meus quo pace confecta, et Christiana charitate inter Christianos Reges et Principes conciliata, communibus viribus commune incendium restingui.

Quare cum non minus ardeat Sacra Maiestas vestra pacis conficiendae inter omnes studio, quam ipse Serenissimus Princeps, quo nemo est in terris pacis amantior, quod persuadeam Serenissimae Maiestati vestrae: nihil est: nam currentem hortari supervacaneum est. hoc tantum peto Serenissimi

Principis mei nomine, vt suas preces Mtis illius precibus coniungat, quo minore negocio, quod petit ab Imperatoria Mte, impetrare queat, vellet si fieri possat Serenissimus Princeps et dominus meus, vt quecunque sunt inter Christianos Reges et Principes animorum dissidia, ea tolli prorsus possent: ac in odii et bellorum locum pax optata et charitas succederet. Haec enim vnica esse posset ratio, qua et Serma Mtas vra et Serenissimus Princeps meus tutior ab his periculis, quae vtrisque Regnis et dominiis plurima et graviora opinione multorum impendet, reddi posset. Coniunctis enim Christianorum inter se populorum animis, futurum esset Christo bene iuvante, vt non perinde nobis potens ille Christiani nominis hostis insultaret, ac gravis illius, et quem vnum Regnum minime sustinere posse videtur, impetus coniunctis viribus propulsaretur. Sed siqui ad officium Christiani Principis revocari nequeunt, atque hoc agunt, vt Sacrae Imperatoriae Mtis, pios contra Crucis hostes conatus impediant, etsi hos quoque redire ad mentem meliorem Sacra Mtas Regia cuperet tamen per quos quiescere a Civilibus bellis Imperatoriae Mti non licet: cum his arbitratu suo quum agat. Serenissimus Princeps meus non impedit.

Quoniam vero Serenissimus Danorum Rex Christiernus, iam inde ab annis aliquot non obscure tulit, se a quietis consiliis minime abhorrere: petit Serenissimus Princeps meus ab Imperatoria Mte quandoquidem interest hoc illius vt pauciores adversarios plures amicos habeat, vt eum in societatem atque amicitiam receptum sua cum his etiam in gratiam reducere velit, quibus cum nonnihil ei simultatis et inimicitiarum intercedit, hoc

est, cum Illmo domino Friderico Palatino Rheni et cum Burgundiæ statibus. Qui vtriq; in fide et potestate cum sint Imperatoriæ Mtis, imperata illius omnia procul du=bio sunt facturi: quo minori etiam negocio quod petit Serenmus Princeps meus obtinere posset, vtram quo Sacram Mtem rogat, vt suam et illa authoritatem interponat cum apud fraternam Mtem, tum apud eos quibus cum est dimicatio, quo possit vtriusq; partis commodo et di=gnitate, vtilis vtriq; pax confici, omnibus dissidiorum causis sublatis: ita vt non modo bella ipsa sint subla=ta, verum etiam et semina bellorum omnium sint radi=citus extirpata. Hæc est prior Legationis meæ pars

Porro posterior ad communes liberos, et Sermæ Mtis vræ et Sermi Regis mei pertinet, vt maturo consi=lio quieti eorum et tranquillitati prospici queat, odiosa enim illa proscriptio Illmi domini Alberti Marchio=nis Brandeburgensis, et in Prussia Ducis, quorsum spe=ctet quas aliquando Tragedias excitare possit pro sua prudentia facile Serma Mtas vra perspicit latet in ea recenti belli semen, quod funditus eradicari non vræ minus quam Sermi domini mei Mtis interest. Ete=nim Sermo domino meo acta est iam ætas, quominus Prussiæ terræ nomine sibi quis negocium exhibere au=deat, prudentia sua Deo recta consilia suppeditante, facile prouidebit. Sed posteaquam quod sero vt contingat Deum precamur, æternam illam in dominum ex vita hu=ius diuersorio Mtas eius migrauerit, ad quos terræ Prussiæ peruentura sint, non est clam Sermam Mtem vram nempe ad communes vtriusq; et vræ et Sermi domini mei Mtis liberos. quibus tempori prouidere, ne quibus aliquando difficultatibus vexentur quan=

doquidem

quandoquidem aequè Mtas Vrá atqz Sermus dominus me:
us parens eorum est, aequè etiam tenetur

Ratio verò providendi haec est potissima, ut abrogato proscri:
ptionis decreto, in qua latere belli civilis clam crescentis semen
videtur, Causae omnes praecidantur, quae utrisqz liberos
committere cum his aliquando possint: qui nescio quid Iuris,
cum nullum habeant in terras Prussiae sibi vendicant
Qua in re ut et apud fraternam Mtem, et apud omnes
Imperii status atqz ordines Sacra Mtas Vrá authori:
tatem suam interponere dignetur, etiam atqz etiam petit
Sermus Princeps et dominus meus. Cui non solum illud
curae est, ut vivens ipse pace frui, sed ut eandem com:
munibus etiam utrisqz Mtum vrarum liberis reli:
quere, et quasi per manus ita firmam et stabilem tra:
dere possit, ut non facilè violari posse videatur.

Agenda inter Principes in Conventu Imperiali

Nuncius meus cum ad Imperii Comitia venerit, utetur eius
consilio quemadmodum eadem Comitia Illmus dominus Dux
legavit ex eo qui sint pacis studiosi, et rationibus domini
Dnais faveant cognoscere poterit. Ac adibit quidem omnes
Principes Electores, eos etiam ad quos praeterea literas
habet fidei, Sed non cum omnibus eodem modo aget,
nisi quod salutabit omnes meo nomine, et meam illis
benevolentiam deferet, Quos magis esse propensos in par:
tem meam intellexerit, cum his aget apertius: quod non
perinde cum illis faciat, quos à causa de qua missus
est alieniores esse perspexerit: qua in re iudicio Illmi
domini Dnais utetur.

Si cistabitur ab Imperatoria Mte, num velit a nobis quo arbitros mitti ad ea loca ubi de concordia tractabitur, ac si ita visum fuerit Mti eius, primo quo tempore nos de eo reddet certiores. Illmi domini Ducis nomine laborabit, ut proscriptionis decretum prorsus abrogetur, quodsi obtinere non poterit, futurum est proculdubio ut ab Imperatoria Mte ratio proferatur aliqua, qua postulationi meae locus esse datus videri possit: fietque ab illa parte Commissariorum mentio, qui si ultro offerentur accipiet, Si vero, quod non putamus, nulla fieret ab illa parte Commissariorum mentio, posteaque omnia fecerit, ut proscriptionis decretum minui possit, neque tamen id obtinuerit, Regiam Romanorum Mtem promissi admonebit quae scriptis litteris facturam se recepit, ut a Commissariis causa haec cognosceretur.

Instabit etiam atque urgebit, ut ab Imperatoria Mte Commissarii nominentur, et locus ac tempus ad quem conveniendum sit designetur. Remque quid erit ea de re constitutum, celeriter nos faciet certiores. Sed Commissariorum tamen primus non faciet mentionem, qua nihil sibi profici viderit, multum contendendo, ut odiosum hoc proscriptionis decretum a non suis Judicibus latum, abrogetur

Regiam Romanorum Mtem uero nomine petet, quandoquidem in terris Slesiae receptum habere dicitur Lipski, ut serio cunctis edicat, ne receptum ei dent.

Nicolao Mischkowski ad Cesarem Nuncio

Generose fidelis dilecte: Cum ad Comitia Spiram venerit F[tas] tua, Ser[mis] et Excellentis[mis] fratribus semotis arbitris, haec meo nomine referet. Quod quos ad nos M[tes] eorum Legatos miserunt iis faciles nos et benignos pre:buimus. Venit autem ad nos sub id ipsum tempus à Vai:voda Valachie Nuncius qui iam aliquoties periculum se fecisse innuit, si qua ratione secreta sua consilia ad Sermos et excellentissimos fratres perferre posset, verum semper id infoeliciter sibi cecidisse, variam is fortunam expertus est, nam è ditione sua per Caesarem Thurcarum pulsus, exul aliquandiu fuit in Hungaria, Inde Caesari traditus cum esset, vidit apud illum eas quas ad M[tem] Regiam Romanorum dederat litteras que sibi fraudi magne fuerunt. Ditioni postea sue restitutus, tributa:rius factus est Caesaris. Hoc omnibus modis contendit et elaborat, ut ex hac servitute se vindicare posset: nisi quod neque litteras neque Nuncios malo suo doctus mit:tere audet, à nobis petiit ut voluntatem hanc eius et se:creta consilia ad Sermos fratres perferenda curaremus. Est homo potens, ab equis et à viris paratus, qui confi:cere posset Exercitum 50 milium qui si adiunctum sibi habeat Moldavie Palatinum, qui et ipse in meas partes propensior est, plus centum milia levis armature militum utrique confecerit qui possent Ser[mis] fratribus magno esse usui: ac ad M[tes] eorum libenter confugerent, dum:modo vistas vires eos habere videant. Admonebit itaque F. tua M[tes] eorum meo nomine ut hunc hominem

ne contemnant, sed enim adiungendum sibi quoquo modo curet.
nam qui subest illi populus, bellicosus est ad bella cum Turc:
cis gerenda cumprimis exercitatus, ita ut ex illius socie:
tate Maiestas eorum uigentem fructum sint consecuturae,
haec S. tua solis Serenissimis fratribus uestris verbis nun:
ciabit, ut alius praeterea sciat nemo Datum Pietercovie
secunda Martii Anno domini M D° XL iiii°

Responsa in Conuentu Ratisbonensi Oratori Nicolao Mishkowski data

Magnificus dominus de Granuela tenere se memoria respondit
quid actum fuerit in proscriptione Illustrissimi domini Prussiae
Ducis, Quamquam diligenter Maiestas Regia de abroganda
ea per Oratores et per litteras frequentes apud Caesa:
ream Maiestatem solicitauerit, Quia uero negocium hoc, non
ad solam Caesaream Maiestatem pertinet, nec est in solius ar:
bitrio et potestate, sed omnium Germaniae Principum:
non aliud facere potuit, quam ad Comicia ista reiicere.
Ad quae cum uentum est, daturam se operam quam ma:
ximam est pollicitus, ut Serenissimi domini Regis Polo:
niae petitio, optatum ferat exitum, semperque namque se ma:
gno studio S. sue Maiestati, hoc in loco constitutus, impense
gratificari, uobisque omnibus parere cupere se dixit,
si Maiestas Caesarea plenam huius negotii potestatem ha:
beat. Itaque absque Germaniae Principum uoluntate et
assensu hoc uel illud de eo statuere posset, fruniter per:
suadet sibi dominum iam facturam Caesaream Maiestatem, hoc
quod Serenissimus dominus Poloniae Rex toties iam apud
suam Sacratissimam Maiestatem contendit.

Caesarea Maiestas exaudita Legatione, per Doctorem Navium Secretarium suum, gratissimo se accepisse animo amicam salutationem ab Serenissimis Principibus Rege et Regina Poloniae factam, respondit benignam se habiturum rationem postulationum utriusque est pollicitus, ita ut homines intelligant, quanti Maiestatum suarum amicitiam faciat. Litteras à Serenissimo fratre suo domino Romanorum Rege allatas, non minori gratitudine excepit: atque ad singula in eis contenta se facilem prebere obtulit. Capita autem petitionis in charta summarie annotata, propter faciliorem expeditionem dari sibi mandavit.

Illustrissimus dominus Joachimus Marchio Brandeburgen in hoc omnem curam suam et cogitacionem consumi respondit, ut Serenissimo domino Poloniae Regi parenti suo observandissimo in omnibus morem gerere et obsequi possit, in negocio Illustrissimum dominum Ducem Prussiae concernenti, omnes vires suas intendere, cum ad illius cognitionem ventum erit, recepit optatque ut eum consequatur exitum, qualem cupit esse.

In eam fere sententiam Reverendissimus dominus Cardinalis Maguntinen, quamvis verbis aliis, respondit.

Nuncij Illustrissimi domini Joannis Friderici Ducis Saxoniae cum plena potestate deputati exaudita Legatione responderunt, sibi id imprimis negocii datum à Principe suo esse, tunc cum à sua Illustritate discessissent, siquid in negocio Illustrissimi domini Ducis Prussiae fuerit intentatum, omni ratione id curent et solicitent, ut proscriptio haec ignominiosa penitus aboleatur. Non minore autem studio se id facturos obtulerunt, cum authoritas et intercessio Serenissimi domini Poloniae Regis accessit, quam apud Principem suum magnum pondus habituram esse sciunt.

Illmus dominus Fridericus Palzgravius, etsi magni se facere postulationem Serenissimi domini Regis Poloniae respondit, quantum in se est cooperaturum ut proscriptio ipsa tollatur, verum mirari se magnopere dixit cur ad Salviconductus literas dominus Dux Prussiae non paruerit ipse in Comitiis istis et loci oportunitate.

Illmi domini Otto, Henricus et Philippus fratres, ad Legationem à Serenissimo domino Poloniae Rege factam non responderant, volentes ea de re benè deliberare. Et post dies aliquot missis quatuor Secretariis suis ad dominum meum, referre mandarunt, omni ratione et studio se operam daturos quo et Serenissimi domini Poloniae Regis, cui se plurimum debere existimant, peticio non postremo loco habeatur, et Illus dominus Dux Prussiae solutus hoc proscriptionis onere, quietam deinceps et tranquillam vitam agere posset.

Serenissimus dominus Romanorum Rex, etsi plurimis se propriis occupationibus impeditum respondit: omni tamen occasione, et oportunitate, partes suas apud Caesaream Mtem interpositurum promisit, quo Serenissimi domini Poloniae Regis de Ducatu Prussiae peticio optatum ferat exitum.

Illmus dominus Fridericus Palzgravius ad meam secundam instanciam, recenti se tenere memoria Serenissimi domini Poloniae Regis petitionem dixit: nec dubitare, nisi Mtas Caesarea aliis gravissimis Reipublicae Christianae fuerit negociis impedita, aliquid iam eade re facturam. Se autem operam daturum omnem, omne studium, habita ratione Serenissimi domini Regis Poloniae peticionis, ut finis et celer et optatus negocio Ducatus istius imponatur, promisit.

Responsum à Sigismundo primo rege Poloniæ datum Oratoribus Cæsaris Caroli Quinti ac Ferdinandi Romanorum, Vngariæ, Bohemiæ regis Baltasaro Epõ Wratislauiensi et Georgio Zabka Vicecancellario Bohemiæ Dat. Piotrconiæ quinta Marcii 1544

Quod domini Oratores Ser^morum^ et excellentis^morum^ fratrum Imperatoriæ et Regiæ Romanorum Mtis, quæ sunt à Sacra Mte Regia propositæ conditiones, de iis ad Sermum dominum Romanorum Regem et ad Slesiæ Status referre se velle dicunt: ac quicquid fuerit ab eis constitutum, de eo se, aut Regiam Mtem, aut si forte abesse eam à regno contingeret Rmum dominum Archiepm Gnesnensem certiorem facturos, in eo Sacra Mtas Regia libenter acquiescat.

Quo magis autem dilucida res sit, breuibus qua ratione fieri possit, vt libera sint inter Polonos et Slesios commercia repetendum duxit.

Duplex est pecuniæ genus quod nostris debetur est enim quædam, de qua soluenda Judicum Commissariorum qui Wschowe fuerunt congregati decreta intercesserunt est alia de qua nulla fuit Judicum cognitio.

Quæ, Decreto, nostris est adiudicata, eius iterum duo sūt genera. est enim summa cuiusdam expressa iam et liquidata. est alterius summa adhuc liquidanda.

Liquidata summa est centum viginti quinque florenorum, qui pro Judeo quodam in vinculis detento debentur. Et

quatuor millium ac quingentorum florenorum, quos Jostus Ludouicus Joanni Schlegel numerare coactus est quos etiam se Schlegel accepisse confessus est.

Liquidanda summa est quae debetur pro mercibus quibus Posnamienses idem Schlegel spoliauit quae quidem merces aestimatae sunt sex millibus sexingentis octuaginta quinque florenis, rursus pro aliis mercibus quibus idem Gedanenses spoliauit, quae aestimatae sunt nouem millibus florenorum

Rursus quae debetur a Senatu Pragen[si], Casparo Gorasdowski mille et centenorum aliquot florenorum.

Quas summas iuxta Commissariorum sententiam Posnamienses Gedanenses, et Caspar Gorasdowski iuramento praestito liquidare tenebuntur Quod quidem Posnaniae ab eis fieri debebit, si locus is Regiae Romanorum Maiestati videbitur oportunus, Simulatque vero dato iureiurando, quantum sibi liquido debeatur confirmauerint tum eorum quae per Commissarios decreta lata sunt, executio fieri debebit, Quae vbi facta fuerit libera statim erunt commercia, et interdictum Sacrae Maiestatis Regiae abrogabitur.

Summa autem, partim liquidatae pecuniae, partim eius quae restat adhuc liquidanda, quam soluendam Judices Commissarii decreuerunt, est plus minus 22000 qua soluta omnia erunt complanata, vt ad pristinam commerciorum libertatem redire liceat.

Numerabitur autem haec summa S. Maiestati Regiae vt ipsa postea inter eos quibus debetur, eam distribuat. Est aliud pecuniae genus, de qua Judicum Commissariorum decre:
tu[m]

decretum intercessit nullum Et ipsum duplex

De certis enim pecuniis cognitio facta est, sed sententia Ser:mis Regibus reservata ad quorum M:tes res est vtrinque relata.

Actio contra Berka estimata est aliquot millibus per certos quosdam Nobiles illi intentata.

Actio contra Ill: dominos Duces Monsterbergenses per dominum Roschrazowski itidem aliquot millibus aestimata.

Actio contra Opavienses per Cives Zathorienses aliquot centenis aestimata.

Hae tres actiones cum ad Ser:morum Regum decisionem sint relatae, apud eos satagat quisque aut quod suum est obtineat. Ita vt in Aula domini Romanorum Regis summarie et de plano fiat cognitio porro si quid est ad Sacram M:tem Regiam Poloniae relatum, itidem in Aula summarie et de plano cognoscetur.

Si quae autem a Polonis solui debere Judicium Commissariorum Decreto pronunciatum est ea citra vllam controversiam numerari debebunt Quoniam vero actio est intentata per Henricum Raczbor Melchiori Gorasdowski, ac decretum est vt assertionem suam iuramento probaret Juramentum hoc itidem vt alii Posnaniae prestare debebit.

Quandoquidem autem est et alia pecunia non parua quae debetur nostris, de qua nulla facta est cognitio, cum auditae querele non sint: et verisimile est vicissim a nostris deberi Silesiis. De his si visum erit Sacrae M:ti Regiae Romanorum compensationem fieri licebit. Si minus, qui sunt Ser:mi domini Romanorum Regis in Aula mea

Nostri contra in Aula Ser^mi domini Romanorum Regis iudicio experiantur: ita ut summarie et de plano cognoscatur.

Si haec ita ut supra scripta sunt Ser^mo domino Romanorum Regi probabuntur, iam causa nulla erit, quin statim ut executio facta fuerit interdictum antiquetur et libera fiant ut ante commercia.

Quod si vero propositae condiciones non visae fuerint dictae eius accipiendae, tum Commissarios ab utraque parte certo die et loco convenire oportebit qui de controversiis cognoscant, ultro citroque illata damna sarcienda curent, ut cum erit eorum iudicio utrisque populis satisfactum, tum primum iudicatur, et libera esse incipiant commercia.

Atque quo stabilior inter utrosque populos amicitia permaneat utque omnes dissidiorum causae praecidantur, qui facti iam sunt limites ita ut facti sunt permaneant. Qui vero nondum sunt constituti ad eos regundos certi Commissarii designentur

Legatio ad Paulum Papam tercium data Ioanni de Valentinis Preposito Crac. Piotrco: nię quindecima Marcii 1544.

Orator ne cum ad Sanctissimum dominum nostrum venerit, ad oscula beatorum pedum illius venerabundus accidet, studium illi nostrum et observantiam quam poterit officiosissime deferet, ac longam incolumitatem et prosperos rerum omnium successus, meis verbis à Deo optimo maximo precabitur.

Oblatis deinde litteris meis in hanc sentenciam verba faciet. Redditas nobis esse litteras Sanctitatis eius quibus de prorogatione concilii nos facit certiores. Quę etsi nonnihil animum nostrum perturbarunt, quod intelligimus nihil ęquè Reipublicę Christianę interesse, atque unum hoc, ut primo quo tempore concilio congregato fidei et religionis dissidia tollantur, atque à Sanctitate eius dispersę iam oves, in unum ovile congregentur, non mediocrem tamen nos consolacionem ex eo accepisse, quod ex isdem litteris in eam curam incumbere Sanctitatem eius cognovimus, ut potentissimos Christiani orbis Reges Imperatoriam et Regiam Gallorum lites, armis inter se disceptantes in graciam et concordiam reducat Ita enim nobis certò persuademus, nihil esse posse reipublicę Christianę magis salutare, quàm si tam pij conatus hi Sanctitatis eius optatum exitum sorciantur Duobus enim his dissidentibus, non est quod speret quicquam, vel domestica vel externa dissidia sopiri posse Quanto in periculo constituti simus non ignorat procul: dubio

proculdubio Sanctitas eius. Nam cum florens olim Vnga:
rie Regnum in Thurcarum potestatem reciderit, cum eo:
rundem imperio pareat Valachia, vndiqz iam cincti ab
illis et circumsessi simus: vt nisi conciliatis Christianorum
Regum animis, et Syncretismo quod aiunt, facto coniunctis
omnibus viribus, commune omnibus periculum propul:
setur, quid metuendum nobis sit intelligamus, quid spe:
randum sit non videamus. supplicabit igitur Sti eius.
si qua cura illi est non de meá modo Regniqz nostri
verumetiam de multorum aliorum Regnorum, ac vrbis
etiam ipsius salute, vt quod facit diligenter faciat, atqz
in pacificationem hanc ita se interponat, vt laboris
sui fructum aliquem ferat, Nam nisi maturè suorum
incolumitati prospexerit, periculum est, ne sero postea
medicina paretur, quę et nunc si adhibebitur, quod spe:
ramus et optamus serius nihilominus adhibebitur qz
Christianę Reipublicę expediebat, porro, vbi Christo
gratiam suam suppeditante inter Christianos Principes
sublatis odiis pax coierit, et amicitia erit conciliata
tum Sanctitas eius Concilium toties prorogatum, tandem
aliquando congregare ne cunctetur, in quo et opinio:
num dissensiones tolli, et ratio aliqua inueniri possit
qua afflictę et propè desolatę iam Reipublicę Chri:
stianę succurreri possit.

Haec sunt de quibus Sanctitatem eius breuiter admonen:
dam putauimus, quę vt pectori suo infixa esse velit.
ac pro boni Pastoris officio omnem curam impendat, vt
gregem suum custodiat, et à luporum impetu defendat,
Orator meus etiam atqz etiam Sti eius diligenter suppli:
cabit.

Adibit vna ad Rmum dominum Cardinalem Protecto:
rem, verbis meis eum salutabit, ac iisdem de rebus

cum Rma Pternitas eius aget, ut Sanctissimo domino nostro persuadeat, quod dum temporis adhuc aliquid superest, periclitanti reipublice Christiane succurrerat.

Ad Illmum dominum Ducem Ferrariensem cum venerit, quam poterit officiosissime nostris verbis salutabit, atque ea omnia a nobis officia deferet, que amicus amico prestare debet et possit.

Sigismundus primus Rex Polonie
Alberto Duci Prussie Marchioni

Illmi Princeps domine Nepos noster charissime. Jam cum essemus in procinctu itineris, quod Varschemiam versus Piotrcouia instituimus, allate nobis sunt littere Illtis vre quibus breviter respondere, nos hoc tempore oportuit, alioqui si vacasset prolixius responsum fuissemus. Quod de finibus regundis nobis respondit Illtas vra eam cognitionem submittere se nostre voluntati id gratissimo accepimus animo, Neque nos id voluimus ab initio ut aliqua finium regundorum prorogatio fieret, Sed cum per nostros Consiliarios edocti simus incommodo hoc tempore quo statueramus, fines cognosci non posse de ea prorogatione, cum Illte vra consulendum et constituendum esse putavimus. Quo tamen tempore fines hos cognosci volemus, cum primum cum Consiliariis meis rem ut est communicaverimus, reddemus per literas meas Illtem vram certiorem.
Pecuniam etsi non solemus de Marienburgo libenter dare, rebus meis et necessitati publice eam illic servantes: verum tamen ut comodemus Illti vre, dedimus ad Thesaurarium terrarum nearum Prussie mandata, ut eam pecuniam Illti vre illinc numeret Cuius

Cupimus Illustritatem vestram bene valere Dat. Proskomie XXVIIJ Martii M°. D°. XLIIIJ°

A Ioanne Marchione Brandeburgen summa literarum ad regem scriptarum

Fatetur ante mortem Illmi domini Parentis sui et mortuo etiam illo pontem fuisse, sed tamen in minis esset Pr. deiiceret sepe, quod nunc se fecisse q° exemplo paterno, causam autem deiectionis affert, quod in eo Ponte receptu predones habuerint quod ibi et S. M. Regie et ipsius subditos sepe spoliarint. Negat aliquid ea in re factum contra contractum inter se et Oratorem S. M. Regie nam nihil aliud inter se et dominum Nissseq conclusum fuisse nisi ut pax esset et concordia inter utriusque subditos, ad id usque tempus quo fines disterminarentur, neque interea sibi quisque novi aliquid vendicaret. Pontem autem nonnisi in commodum utriusque subditorum deiectum fuisse ut essent a predonibus tutiores. Quod vero postulavit Maiestas Regia, ut denuo Pontem a suis pro dimidia parte extrui permitteret ipse q° dominus Marchio alteram dimidiam partem eius fabricandam curaret id etsi facere minime sit obligatus, tamen ut gratificetur M. R. se facturum promisit, cum ea tamen protestatione, ut salvum sibi ius permitti velit cum Pontem legitimis de causis denuo deiiciendum, habuisse autem se in animo, non dimittere Nuncium donec Pontem edificasset ut promisit, utque expectaret, mandasse, sed eum expectare noluisse et subito evolasse. Interea allatum esse ad dominum Marchionem quod Pons

aedificatus iam sit, quod sibi permolestum accidisse. Quoniam vero non sit ferendum domino Marchioni, ut in sua ditione quis aliquid aedificet, scripsisse, se ad Mag^{cum} dominum Castellanum Posnanien, ut dimidiam Pontis partem in ditione sua fabricatam detruncari iubeat intra tres hebdomadas, ut ex incluso literarum ad eum exemplo patebit, id si fecerit tum se dimidiam istam partem domno construeturum ea tamen lege, ut sub habeat, si visum sit iterum detruncandi, etsi hanc conditionem S. M. Regia recipere non recusauerit. Significat preterea S. M. Regiae se nullos interea fines nouos fecisse, nullam arborem signasse, neque noui quicque attentasse, aut attentari permisisse, ut eodem modo se gerat et subditos suos se gerere mandet S. M^{tas} Regia rogat, ut partius vectigal a suis exigatur.

Ioannes Marchio Brandeburgensis Sigismundo primo Regi Poloniae

Noluimus celare M^{tem} V^{ram}, quod pro festo Purificationis anni vertentis subditi mei, Franciscus Marcus, et Brandus Brecki ex Falkenburgk, questi sunt nobis, quod Castellanus Posnanien miserit ad eos atque venatione omnique usu siluae Turberensis eis interdixerit, quam Syluam a nobis et a maioribus meis Iure feudi obtinet et in pacifica eius possessione longi temporis prescripserunt. Neque hoc contentus ipse cum equitum caterua in ea syluea venatus, volendo quasi de possessione eius meos depellere Cumque nos Castellano scripsissemus et significassemus, quod mei semper in pacifica possessione eius Syluae fuerunt quodque nulla de eo controuersia fuerit, quodque in concordia

in concordia que est inter Regnum Poloniae et Marchionatum continetur istud, quod si que controversia de finibus orta sit ut Commissarii utrinque mittantur, qui eam terminent medio vero tempore nemo in sua possessione turbetur, quodque nos semper ita gesserimus ut bonum vicinum decebat, et omni studio providerimus ne qua damna Regni atriperet, sperabamusque Dominus Castellanus aequa omnia facturus esset, neque novas res aliquas moliturus animadvertimus contra rem habere, atque ita eum esse animatum, ut velit inter meos et Maiestatis vestrae populos lites et dissidia suscitare, Nam significaverunt nobis Brencones quod ipse ea deierit que locaverant subditi Maiestatis vestrae longo tempore.

Neque hoc contentus, feudalem meum Christopherum Fulicken [?] lreis [?] vestrae Maiestatis evocavit, Et in alia causa ad instanciam Domini Miskowski Castellani Miedzirecen Posnaniam citavit, neque ullam habuit litterarum postulationumque mearum rationem. Qua de re etiam fratri meo Domino Joachimo questi sumus, Nunc petimus ut edicat domino Castellano Posnaniensi, ut ne mea occupare, neve res novas moliri conetur, verum ita se gerat, quemadmodum pater eius Dominus Episcopus quem nihil eiusmodi tentasse accepimus quodsi aliqui sunt errores et controversie facile patimur, ut iuxta concordiam inter Regnum et Marchionatum utrinque Commissarii mittantur, Sed si molestus esse perrexerit dominus Castellanus nos non poterimus, quin vim vi depellamus, et fratris mei, et aliorum amicorum opera adiuti, Sed speramus fore ut Maiestas vestra Castellanum suum in officio contineat.

In eandem sententiam scribit Dominus Joachimus inter Capitaneum Magistri ordinis S. Joannis et inter famulos Domini Misskowski

orte fuerint lites: vocatus est in Jus Posnaniam Mgr ordinis Non tenebatur venire, quemadmodum ex hoc exē: plo Contractus apparet, qui factus est inter Regnum et Mgros nihilominus misit suos, q causas dicerent Quam: obrem venire non teneretur et exemplum Contractus sive concordie exhiberent, q autem ei acciderit postea ex Mgri scriptis scriptis liquebit et intelliget, Sacra Mtas Regia num aliqua sit Juris forma servata, et an licuerit, Judicare dominum Castellanum contra lras regias atq; eas arbitrio suo interpretari, . Praeterea novatione quadam utitur contra Mgrm, cum litteris Polonicis quarum ipse interpretem non habet, cum semper mos iste fuerit inter maiores meos, et nunc etiam sit inter omnes qui sunt in regno Polonie ut latine scribant.

Et quamvis Mgr posset hoc facile ferre qui Senatus vi: detur onore respondendi, cum Polonas lras non intelli: gat, neq; interpretem habeat, tamen ex eo colligi potest quemadmodum sit erga nos animatus, Scripsimus do: mino Capitaneo Posnanien, ut ne se intromittat in bo: na Mgri aut ordinis eius, Alioqui non solum ptatem ei defendendi sui permittere, sed ipsi etiam auxilio meo ei non deesse cogeremur. Rogamus Mtem Vram ut mandet suo Castellano, quo se ab omni novatione et intromissione in bona Mgri abstineat Quod si ne: cessarium videbitur Mti Vre causam cognoscere, designet ad eam rem suos Commissarios

Simon Dreilnig et Valentinus queruntur ademptos sibi equos per publicanum in Swetzen, petit restitui.

Sigismundus primus Rex Polonie Coesari Carolo Quinto

Serenissime et excellentissime Coesar et domine frater et consanguinee noster charissime ac honorandissime. Detulimus ad Ser.ma filiam nostram dominam Isabellam Reginam Vngarie, eam Legationem quam Rev.mus Do. Baltasar Epus Vratislavien. et Mag.cus Georgius Zabka Vicecancellarius Regni Bohemie, nomine sacre vestre Coesaree Mtis et Ser.mi domini Ferdinandi Regis Romanorum apud nos obierunt, cohortantes illius Mtem Rlem, vt ipsa, expensa secum hac legatione Sacrarum vestrarum Mtum responsum certum ac deliberatum, eisdem Mtibus vris daret. Idcirco ipsa Ser.ma filia nostra, et nostre hortationi et desyderatio Mtum Vestrarum satisfacere volens, misit hunc Nunctium suum Nobilem ac Generosum Martinum Volski, per quem voluntatem suam nostrumque consensum, vestre Sacre Mti notificat, postulamus itaque ab ipsa Sacra Mte vestra, vt ipsum Nunctium Serenissime filie nostre, humaniter audire, et fidem ei dicenti adhibere dignetur, eamque propensionem animi erga se et erga Ser.mum do. Romanorum Regem Ser.me filie nostre gratiose accipere dignetur. Commendamus nos amori ac benevolentie fraterne Mtis vestre Ser.me, quam dominus Deus pro defensione ac salute reipublice Christiane, diu salvam et victoriosam servare dignetur. Varssovie penultima Aprilis 1544 Regni nostri anno 38.

Legatio ad Ferdinandum Romanorum Vngarie, Bohemie regem ab Isabella vidua Regina Vngarie, Mense Maii 1544 Martino Volski data, dicta Spire coram ipso Ferdinando et Carolo eius fratre Coesare

Ser^mē et excellentissime Rex Princeps et domine, domine colendissime, Ser^ma Princeps domina Isabella Dei gr̃a Hungarie Regina, domina mea clementissima, Sacre vr̃e Regie M^ti per me seruitorem ac Nuncium suum salutem dicit, et omnia fausta lataqȝ Sacre M^ti vr̃e precatur, Serenissimus etiam Princeps dominus Sigismundus Rex Polonie, Pr̃ Ser^me domine mee salutat Sacram M^tem vr̃am, et pro syncero affectu atqȝ amore suo M^ti vr̃e Ser^me faustos et foelicissimos successus a Deo optimo Maximo optat ac precatur. Commiserunt mihi ambo hi Principes, nonnulla de mente sua, Sacre M^ti vr̃e refferre: verba que dixero vt fidem habeant, offero Sacre M^ti vr̃e litteras Credentiales

Lectis Credenciis. dicendum.

Ser^me et excellent^me Rex, domine clementissime, Meminerit vr̃a Sacra Regia M^tas vna cum Coesarea M^te fratre suo excellentissimo ad ipsum Ser^mū dominum Polonie Regem Rdum dominum Baltazarum Epm Vratislamien. et Spectabilem ac Mg^cum dominum Georgium Zabkam Vicecancellarium Regni Bohemie Oratores suos per quos nunciarant Sacre M^tes vr̃e vt Ser^mus ille Rex Polonie exquireret a Ser^ma filia sua Hungarie regina, domina mea clementis^ma

quidnam illa animi haberet ad descendendum ad amicabiles tractatus et condiciones de accipienda conuenienti cõtentatione et dimittenda Transsyluania Sacris Matibus vris. Et ut ipsa per suum proprium Nuncium mentem ac voluntatem suam

Qua in re Serenissimus ipse Rex Poloniae, amicus ac frater integerrimus Sacrarum Matum vrarum, volens eis gratifficari et commodare misit mox ad ipsam Sermam dominam meam, cohortans illam, ut de amica et Christianitati utili compositione, sibi uti patri suo et Matibus vris aperte declararet, obtemperans illa et gratifficari cupiens patri ac Matibus vris Sacris, tanquam filia obedientissima, declarata primo paternae Mati animi sui certa deliberatione, mox me ad Sacram Caesaream ac ad vram Sermam Matem expediuit, cum ea renunciatione, quam nunc ex me Sacra Mtas vra cognoscet, quam ut in bonam partem accipiat, et me dicentem benigne ut audiat. S. Regiam Matem vram oro.

Serme Rex, domine clementissime. Serma Princeps, domina Isabella Hungariae Regina, filia Mtis vrae obedientissima: cum sua sponte ac natiuae suae bonitate, tum etiam consilio ac voluntate Sermi patris sui, omni studio, cura ac diligentia sua id egit semper et omnes suos conatus eo dirigebat, ut Regnum Hungariae ab hostili occupatione saluum conseruare, et Sacrae Mati vrae integrum tradere potuisset.

Omnis voluntatis ac studii sui testes habet Mtas sua Regia alis, cum alios plurimos, quibus archana mentis suae credere ausa est, tum vero Spectabiles ac Magcos dominos Comitem de Salm, Oratorem Sacrae Mtis vrae

et Andream de Gorka Comitem Castellanum Posnamien clarissimi Regis sui Oratorem et Consiliarium, Item Petrum Sabbo et Emericum Missam Cives urbis Budensis Qui, quo tempore Civitas illa Budensis, in potestatem Exercitus Maiestatis vestrae dari debebat, illinc ex urbe illa ad Sacram Maiestatem vestram profugerant, ex quorum testimonio ac vera relatione Sacra Maiestas vestra cognoscere tunc potuit quod propensa fuerit voluntate domina mea clementissima ad cedendum Regno et Sede illa Regia Maiestati vestrae Serenissimae, quo victute atque presidio eiusdem vestrae Sacrae Maiestatis, Regno illi periclitanti succurrere potuisset. Contenta si quidem erat Serenissima domina mea, mox a morte Serenissimi domini Joannis Regis propter pacificationem et conservationem Regni sui Hungariae, stare illis pactis, quae inter Maiestatem vestram et inter Serenissimum Joannem Regem constituta erant et Caesareae Catholicae Maiestatis iuramento comprobata.

Quominus autem haec confecta fuerint et per quem id steterit, Sacra Maiestas vestra non ignorat. culpa certe penes Serenissimam dominam Reginam nulla eius rei remanet. Nam Maiestas sua Regnalis, si promissa illa pacta, adimpleta tunc fuissent, mox illius Maiestas, et Buda Sede regni et universo illius Imperio, perlibenter Sacrae Maiestati vestrae cedere volebat, sed fatis, vel deo potius sic volente, tota haec res deduci in effectum non potuit: id quod Regis illius Maiestas, summo cum animi sui dolore tulit, et in foelicitatem hanc suam domino Deo commendabat.

Budensi enim illa obsidione ab exercitu Maiestatis vestrae, qui tunc Budae summam potestatem tenuerunt, vehementer offensi, et Oratores Regis Poloniae cessionem hanc suadentes

vrbe eiecerunt, et Rlem Mtem, Reginam suam, dem:
pto illi omni Imperio, veluti captiuam tenuerunt, sic vt
Mtas sua Rlis Iuris potestatisqȝ sue non fuerit.
Attamen pactis illis mariti sui libenter statura fui:
sset, nollens sicuti prudens et Catholica domina, vsa
etiam patris sui fideli consilio, parua sorte fortunarum esse
contenta, modo vt Regnum illud Hungarie dare Mti
vre potuisset. Et qua parte potuit Sacre Mti vre co:
modare semper studuit. Captiuos subditos Mtis vre
sua pecunia ex hostium manibus redimendo. Turcis id
indignantibus et sinistram inde opinionem de Mte sua
sumentibus.

Ex his que dicam Sacra Mtas vra luculentissime per:
spicere poterit, quantum Serma domina mea Sacre
vre Mti faueat, qȝ bene regno Hungarie et toti Rei:
publice Christiane cupiat, neglecta non modo spe fortunarum
suarum, verum et dignitate sua Regali, modo Sacre
Mti vre et rei Christiane suo incommodo, commodare
posset.

Non obscurum sane est Mti vre Sacre, quod Impera:
tor Turcorum totum patrimonium regis Joannis et
vniuersam Transylnanie prouinciam, eamqȝ opulentam
ditionem, cum pleno Imperii dominio, ac vsufructu Serme
domine Regine et Sermo eius filio tradidit, id ptatis
Mti sue illic permittens, et per crebros Nuncios hortās
vt in ea prouincia Regni Hungarici parte potissima
Mtas sua Rlis arbitratu suo imperaret, Suadens
etiam ac permittens Mti sue Rli, ex Regno Polonie
Capitaneos et copias militares sumere, quarum presidio ac
virtute Rlis eius Mtas, cunctos illic incolas ad obe:
dienciam suam facilius traducere, et sub Imperio suo co:
tinere posset

At Reginalis eius Maiestas haec tam ampla omnia ad par:
tem reijciens, quamprimum cognouit Serenissimi Regis patris sui
voluntatem hortantis, vt in partem Christianam inclina:
ret, ac ad consilia pactaque Principe Christiana digna
descenderet: mox Maiestas eius Regalis vti Catholica Re:
gina, omne studium suum eo conuertit, vt Regnum
suum Christianitatis propugnaculum ab extremo inte:
ritu vindicari Sacrae vestrae Maiestatis praesidio posset.

Nunciat igitur per me Maiestas sua Regalis Sacrae vestrae
Maiestati, quod de scientia ac voluntate prudentissimi patris sui
ad ea pacta et conditiones, quae videri cunctis debent mo:
derata, vel potius modica vult descendere, vult inquam
Maiestas sua Regalis Transylnaniam potissimam Regni
Hungariae prouinciam Sacrae Maiestati vestrae in manus
et potestatem dare, et illa cedere in effectu.

Sed hac lege et conditione, vt Sacra Maiestas vestra sibi
et filio suo det vicissim in Slesia Ducatum Opoliensem
Ducatum Ratiboriensem Ducatum Glogouiensem,
cum omni Iure et pleno dominio tamdiu possidendos
vtifruendosque, donec Christo Deo nostro res Christianas
fortunante, Sacra Maiestas vestra tota Hungaria à Tur:
cis recuperata patrimonium et possessiones omnes de:
functi Ioannis Regis dare et restituere valeat, ipsi
Serenissimae dominae Isabellae Reginae, et Serenissimo eius filio
in manus suarum Maiestatum seu alterius earum.

Conditio haec de Ducatibus praedictis leuis est ac minuta
in respectu et comparatione ad ipsum patrimonium Re:
gis defuncti, quod plus septuaginta Arces et Castra con:
tinebat, quod ipsum Sacra Maiestas vestra recuperatum

Ser^mo Regis defuncti superstiti filio ex pacto restituere obligatur, Quod eo usque redditibus affluebat ut duo illius Castra utpote Trenauium et Kiesmargk intra: ta sua annua tres hosce Ducatus Slesiticos superaret. Et tamen Ser^ma Princeps mea, intelligens patrimonium hoc filii sui, non posse tam cito tamque facile per vram Mtem recuperari, reddique sibi et filio suo: obmissa hac patrimonii ex pacto debiti petitione, obmissa etiam ampla fructuosa honorataque Transylvanien possessione ad supra: dictam et eam infimam de Ducatibus conditiones descendit, qui et non magno redimi poterunt et iidem non sint ad sustentationem eius Mtis sufficientes: publici tamen boni causa Mtas sua Regiualis, ad hanc minimam conditio: nem descendere et in moderatis, vel modicis potius consi: stere non est gravata.

Ex his Ser^me Rex cognoscat Sacra Mtas vra Ser^ma dominam meam, egregia semper erga se voluntatis incli: natione propensam fuisse, rebus et successibus Mtis vre favisse. Regnum et ditionem suam dare voluisse: et nunc etiam in ea voluntate constanter permanere, vel: leque ex animo Regno ipso et tota Transylvania cedere, oraraque ut has aequissimas et Mti vre honestas ac faciles conditiones a se propositas, Sacra Mtas vra acceptare, et in rem ac effectum deducere, et extremam his manum citra moras imponere dignetur.

Quae si Sacrae Mti vre placuerint, ne diu in hoc negotio conficiendo cunctari velit, sed facta cum mandatariis Ser^me domine mee certa hisce de rebus ordinatione Ducatus prefatos in manus eorum dare et celeriter exercitum suum ad Transylvaniam mittere velit, qui provinciam et

ditionem illam totam à Regniali M^{te} per manus in posses-
sionem V^{rae} M^{tis} accipiat. Cuius pars autem B^{lem} do-
minam meam clementissimā, illinc ex Transylvania ad Du-
catum usq[ue] Opoliensem, per Hungariā et per omnia M^{tis}
V^{rae} dominia, cum decenti honore et securitate deducat.

Non dubitat Ser^{ma} Princeps domina mea, de benignitate
ac benevolencia erga se Sacrae V^{rae} M^{tis}. Spem etenim
magnam M^{tas} sua B^{lis} reponit, in Sacra M^{te} V^{ra}
veluti altero parente suo indulgentissimo. Tum quod ve-
tusta est inter Austriae et Poloniae Regum genus ex quo
ortum ducit, sanguinis necessitudo et arcta coniunctio,
multis, magnisq[ue] amicitiae officiis et affinitatibus fir-
mata: tum etiam q[uod] V^{ra} Sacra Regia M^{tas}, uti pru-
dens et Catholicus Princeps huius cessionis Ser^{mae} domi-
nae meae sibi factae, et tantae illius gratificationis erga
se, memor erit, et grata illam semper recordacione pro-
sequetur.

Haec est Ser^{me} Rex, q[uae] Ser^{ma} domina Regina Hungariae,
domina mea clementi^{ma} de voluntate patris sui, fidelis
et constans ad Sacram M^{tem} V^{ram} Regiam nunciatio
quam à me M^{tas} V^{ra} Regia, bono et clementi animo,
quo caetera solet, accipere velit, et me cum grato responso ad
Ser^{mam} dominam meā cito redire sinat et quid facere in-
tendat M^{ti} suae Regniali significare dignetur.

DIXI

Ad Caesaream autem M^{tem} haec eadem dici
poterunt, paucis mutatis, et nonnullis additis,
in eā sentenciā ut Caesar ipse harum rerum
sit arbiter, unà cum Ser^{mo} Poloniae Rege et

In collocutione

Si vel Caesar vel Rex Ferdinandus dixerint, quod nollet Reginae dare tres istos Ducatus, eo quod videatur haec conditio magna esse, dicet Nuntius Ducatus istos numero quidem ac titulo rem speciosam videri amplamque his prae: cipue qui horum cognitionem non habent. Caeterum re ipsa, et experientia, nihil angustius aut minus fructuosum esse: qua: doquidem tres hi Ducatus, et exiles habeant redditus 12000 florinorum, et non sint ad alendam et sustentandam suam Maiestatem sufficientes. Et idcirco Serenissimus Romanorum Rex in concedendis his Ducatibus difficilis aut restrictus esse non debet, nam plus accipit quam dat, accipit siquidem pro his Ducatibus exilibus amplissimam et eam opulentam Transylvaniae provinciam, ex qua et bellum contra Turcam sustinere et Regnum recuperare poterit

Dicet etiam longe facilius esse Serenissimo domino Romanorum Regi Ducatus istos Reginae dare, quam pacta illa cum defun: cto Rege Joanne constituta adimplere. Nam minore expen: sa, Ducatus isti redimi ex oppignoratione poterunt, quam pa: trimonium vel redimi, vel recuperari queat. Non verissi: mile est, prout nunc res sese habent, ut Serenissimus Rex Romanorum, Castra et possessiones patrimonii Joannis Re: gis queat recuperare, quae partim sunt in gravissimis summis obligata, partim vero ab Hungaris diversarum factionum, partim a Thurcis, potenter possessa tuentibus sunt per vim occupata, ut plane spes nulla tam cito tamque facile eorum recuperandorum superesse videtur.

Si Serenissimus Romanorum Rex loco istorum Ducatuum offerret Reginae Scepusium pro Transylvania, dicet Nuntius

quod Scepusium antea dum distractum non fuisset, erat aliquid habens plus minus 12000 annui redditus flor., quod tamen ne in centesima parte patrimonio Joannis Regis respondere et aequari poterat. Nunc Scepusium ipsum et distractum est, et multa sunt ab illo alienata, ut ex eius intrata Castrum sese de anno in annum sustentare non sufficiat. Et ideirco quamvis Regiae Maiestas nihil nuncio hac de re agere commiserit, dicet tamen Nuncius certo id sibi constare Reginam Scepusium non esse acceptaturam

Caeterum de tractatione et constitutione rerum, nihil sibi Nuncius commissum esse dicet, nec tractet.

Responsum a Carolo Caesare et a Ferdinando Romanorum rege datum Martino Volski nuncio Isabelle regine Spire in Comiciis ii Iunii

Sacratissima Imperatoria et Catholica Regia Mtas dominus nre clementissimus per benigne audivit et intelle: xit unacum Sermo Romanorum Hungarie, Bohemie etc ea omnia que Serme Principis et domine Isabelle Regine Hungarie etc vidue Nuncius illius nomine coram ambabus Mtibus suis diserte exposuit.

Et susceperunt utraque Mtas tam Imperatoria quam Regia grato et clementi animo, studium, curam, ac diligentiam illam, quam Serma domina Isabella Regina Ungarie etc cum sua sponte, tum eciam ex consilio et voluntate Sermi domini patris sui Regis Polonie etc sese ad conservan: dum Regnum Hungarie ab hostili occupacione adhi: buisse et adhibere confirmat, quo coram Mtibus illud ipsum salvum et integrum tradere posset, deque istiusmodi voluntate, animique propensione, eiusdem ambe Mtes dictam Reginam Isabellam vehementer laudant et tanquam filiam charissimam paterne complectuntur

Non dubitat vicissim Mtas Romanorum quin palam om: nibus liquido constet, ut nihil ardentius Mtas sua opta: vit, nihilque maiori studio petierit et laboraverit, quam ut initi Contractus pacis statim ab obitu Sermi Regis Joannis ad debitum et speratum effectum deducerentur. Ut autem per Mtem suam hactenus non stetit, quominus id

fieret, ita qd ambe Mtes hec ipsa infortunia, tantamqz infoe:
licitatem et calamitates, tum que postea consecute sunt, tum in
quibus nunc miserum et afflictum Regnum Hungarie cu
communi hoste colluctatur, vel fatis iniquis, vel irato Deo
nos propter peccata nra affligentis corrigentisqz imputare
malunt quam quibuscunqz aliis causis. Caeterum q eade
Serma domina Isabella Regina per Nuncium suum de:
claravit et obtulit se velle Transylvaniam potissimam Re:
gni Vngarie prouinciam Mtibus Imperatorie ac Re:
gie in manus et potestatem eorum iam nunc dare et cum
effectu cedere, Idqz de sciencia uiuorum et voluntate Sermi
parentis sui, sed hac tamen lege, vt Mtes eorum sibi et
filio suo vicissim dent in Slesia Opolien, ac Ratiborien
et Glogovien Ducatus, cum omni sgt Iure et pleno domi:
nio tamdiu possidendos, utendos, fruendosqz, donec domi:
no Deo iuuo res Christianas fortunate Mtes eorum
tota Vngaria a Turcis recuperata patrimonium et
possessiones omnes defuncti Regis, ipsi Serme domine
Isabelle Regine et Sermo eius filio in manus suas
utrum seu alterius eorum dare et restituere valeant,
ad haec Mtas Imperatoria paucis respondet, se minimum
ex sermone et relacione Sermi fratris sui Regie Mtis
Romanorum, tum cum inter se super hoc ipso negocio con:
silia conferrent, perspicue intellexisse illam oblationem et
peticionem Serme Regine Isabelle longe aliam esse pri:
oribus tractatibus concordie, qui habiti et confirmati fui:
ssent inter Mtem Regiam et ipsam Sermam Reginam
Isabellam illmisqz primarios Consiliarios, precium medio
Mgri domini Casparis Scheredi, in quibus tractatibus
inter alia expresse continetur, nempe q Sermus dominus
Ferdinandus Rex cum dicta Serma Regina Isabella
et cum Illmo Joanne Duce filio illmis, infra spatium duorum

annorum paterne, amice, benigneque super alijs quoque rebus
et negotijs tam Reginam quam filium eius concernen
hoc est tam de patrimonio eiusdem filij sui, quam de bonis pro
contradote ei inscriptis et obligatis, remotis, exteris arbi:
tris concordiam iniret, quae si nullo modo interueniente
posset aliquibus causis interuenientibus, tunc negotia omnia
quae inter illam et Illmum Joannem Ducem filium eius
ac prelibatum Sermum dominum Ferdinandum Regem
dirimenda essent, ad Caesaream et Catholicam Mtem
Necnon Sermum Principem dominum Sigismundum Re:
gem Poloniae etc patrem ipsius Reginae Isabellae reffer:
ri deberent, qui quicquid super negotijs controuersijs, co:
muni iudicio et deliberatione decreuerent, tali iudicio
vtraque pars acquiescere et modis omnibus obtemperare de:
beret. Deinde verò Pragae anno superiori per speciales
et solemnes Oratores tam Sermi Regis Poloniae, quam
Sermae Reginae Isabellae filiae ipsius acta et proposita
vbi scilicet Mtas Regia ad fraternam petitionem et
requisitionem dicti Sermi Regis Poloniae benignè huma:
niterque concessisset et permisisset vt ipsa Regina Isa:
bella vnà cum filio suo (saluis tamen nouissimis trac:
tatibus) in possessione eorum bonorum, quae tunc in po:
testate sua habuit, permanere posset, et quod interim iux:
ta nouissimum Tractatum omnia negotia quae inter Mtem
suam et Sermam Reginam Isabellam eiusque filium
dirimenda forent Caesareae Mtis simul et Sermi Re:
gis Poloniae arbitrio, iudicio, decreto et voluntati pe:
nitus determinanda et complananda committerentur de
quo nuper Mtas Regia Sermum Regem Poloniae per
Oratores suos admonendam curasset pro certo sperans
fore, vt Mtas sua simul et Serma filia illius Isabel:
la Regina suos Commissarios et legatos cum instru:
ctione

instructione et pleno mandato huc Spiream ea de re expedient.

Que cum ita se habeant et subinde accedat hoc quod hii Principatus, quos Serma Regina Isabella sibi dari postulat hodie non sint in potestate Mtis Regie, neque etiam si libenter vellet Mtas sua illi integrum sit eos ipsos Ducatus utpote gravissima pecunie summa oppignoratos, et ad tempus aliquanto longius inscriptos tam cito redimere. Cumque preterea ambe Mtes sue presentium temporum plurimas incommoditates difficultatesque considerent et altera Mtas Caesarea propter bellum Gallicanum in presenti occupatissima existat altera vero Regia scilicet Mtas Turcico bello in Hungaria vel maxime distrincatur, ita ob istiusmodi perturbatiorem presentium rerum statum conditionesque et plusquam ardua maximaque negocia tutande reipublice Christiane causa tam ab intestinis quam externis hostibus hoc tempore suscepta a cogitatione istius rei vel minime avocentur, illudque negocium universum in aliud commodius pauloque quietius tempus suspendi haud inconsultum putent. Stantibus scilicet rebus in Hungaria uti nunc stant

His itaque aliisque de causis visum est ambabus Mtibus ex re et commodo utriusque partis fore, ut negocii istius actiones vel saltem ad proxima Comitia imperalia sub hiemem futura differantur, tunc enim per Mtem Caesaream Sermo Regi Polonie tanquam arbitro et illius filie Serma Regine Isabelle facile licebit cum volent Consiliarios et Commissarios suos plenum habentes mandatum et instructionem ad suam Mtem Caesaream, utpote dictis Comiciis personaliter deo dante prefuturam commode et opportune amandare quo eciam Mtas Regia ventura, vel suos mandatarios eo omnino

missura est, in hunc finem et effectum scilicet, ut super pre:
missis omnibus et singulis negociis amicabili aliqua com:
positione facta. Interueniente inprimis authoritate et
deliberatione tam sue Caesareae Maiestatis quam Serenissimi Regis
Poloniae, ad executionem iam tandem tum nouissimi tum
prioris tractatuum, quoad eius fieri queat, deueniri
queat. Circa quod Maiestas Caesarea omne paternum stu:
dium se inter vtramque partem adhibituram esse sincere
pollicetur.

Ne autem interim spem omnem defendendi Regni Hunga:
riae Serenissima Regina Isabella ac sui abiicere cogitent,
ambae Maiestates illam etiam atque etiam vehementer et ex
sincero animo hortantur, vt forti et constanti animo
vna cum suis esse velit, easque vias et rationes ex
prudentissimo consilio tum Serenissimi parentis sui, tum eorum
quos habet praecipuos Consiliarios pro presenti rerum statu
et conditione inire studeat, quibus se ipsam ac fideles sub:
ditos suos illamque Regni partem in qua habitat, ab
immani Turcarum iugo Tyrannideque conseruare et te:
neri posse confidit, ad quam rem eo magis adiuuanda
non patientur neque Caesarea neque Regia Maiestates opem
praesidiumque eorum iuxta possibilitatem praesentisque status
turbulentias requirit quippe quae iam nunc pro defensione
istius Regni Hungariae haud contemnenda auxilia
a statibus et ordinibus Sacri imperii obtinuerunt,
eoque negotia huius Conuentus direxerunt, vt Deo
optimo Maximo opitulante prorsus confidant generalem
et eam quidem offensiuam expeditionem in Hungaria
aduersus communes Christiani nominis hostes in
proxime futuro anno personaliter facere, adiunctis
uiribus totius imperii Regnorumque et dominiorum

ambarum Mtum suarum Necnon aliorum Principum
et potentatuum auxilijs, et quia Serma regina Isabella
per Nunctium eius hoc Mtibus suis significare non du:
bitauit, Nempe quod Imperator Turcarum totum patrimo:
nium Regis Joannis et vniuersam Transylvaniæ pro:
uinciam suæ Rli Mti et Sermo filio eius tradiderit
cum ea nimirum potestate, vt in ea prouincia Mtas sua
Rlis pro arbitratu suo imperaret etc. hinc sanè
fit, vt Coesarea et Regia Mtes planè credant Re:
ginalem Mtem suam tanto magis hoc tempore in Trā:
sylvania cum suis populis tutam et securam fore,
tantisper, donec ad futuram æstatem Dei auspicijs ambæ
Mtes miserum et afflictum Regnum illud à faucibus
Turcarum eliberare queant, ad quod sese omnes opes
viresque suas collaturas esse pro certo pollicentur atque
adeò dictæ Sermæ Reginæ persuasum esse volunt
Mtes illorum ad exhibenda quæque paterna et beneuola
nola studia et officia clementer propensas et incli:
natas existere Datu Spiræ secunda Junij
Anno domini Mo. Do. XLiiij

Samuel Maczieiowski Vicecancellarius regni Polonię Reginę Bonę Polonię

Sacra et Ser^ma^ R^lis^ M^tas^ domina domina clementis^ma^

Commendata seruitute mea in gratiam Sacrę M^tis^ vrę dominę meę clementissimę. Litteras Burgrabiatus ita vt mandare dignata est Sacra M^tas^ vrā pub: lice in Pretorio domino Georgio Scherska obtuli, ac iuxta prescriptum illius hortatus sum, quandoquide commendatione Sacrę M^tis^ vrę officium est hoc con: secutus vt ita sese gereret ne commendationis factę pœnitere illam posset, Quod se summa fide et dilige: tia facturum est pollicitus, Porro excepti sumus hic valde honorifice, R^mus^ dominus Wladislaviensis à Clero et à Magistratu cum solenni cantu ad templum est deductus, ac eo die nos omnes conuiuio excepit. Po: stridie mane quęri iussit Pancratium et ad se vocari: sed cum semel atq iterum misisset, domi non est inueni: tus. Dixit mihi dominus R^mus^ Wladislaviensis quod per totum illum diem delituerit in ędibus do Scher: ka, sub meridiem venimus ad Pretorium Sacrę M^tis^ Regię mandata exposuimus; de quibus coram deo bene iuuante suis rebus in Pretorio confectis, quum se prius deliberaturos respondissent, vna cum collegis meis dominis Oratoribus, pransi sunt apud me Consules et Senatores omnes, vna cum suis vxoribus, Mihi vrbs hęc plurimum arridet, video in eo splendorem magnum, magnas opes, vt mihi preter Venetias cum omnibus aliis quas vidi in Italia Ciuitatibus con: ferenda videatur. Quo maiore nobis cura prouiden: dum est, vt in regum fide et potestate permeat. Qua de re agam cum S. M^te^ vrā: deo bene iuuante cu

eam videre incolumem licuerit. Ego omnis diuturna sanitate ac rerum omnium prosperitate Deum precari nunquam intermitto, Meque gratiae Sacrae Mtis Vrae diligenter commendo. Dat. Gedani XVij Mensis Maij Anno domini M° D XL iiij°

Sigismundus Augustus Rex Poloniae
Sultano Soleimano Sach Turcaru Coesari

Ser^me et potentis^me Princeps, et domine vicine et amice nr^e charis^me et honoran. Est hoc amicorum offitium ut alter de alterius successibus subinde certior fieri cupiat, atque ideo mutuo, si minus possunt ipsi, vel per Nuncios, vel per literas visant, quod nos praetermittere minime volentes, cum hoc tempore Nuncium ad Mtem vram mittere non potuerimus, litteris illam visimus, ac omnia illi foelicia precamur, de nostroque in Mtem vram animo prolixe quidius pollicemur omniaque nos semper facturos promittimus, quae non modo ad retinendam, verum etiam ad augendam et amplificandam cum Mte vra gratiam pertinebunt. Quoniam vero per Generosum Joannem Ocieski Succamerarium Cracovien et Secretarium meum quem ad Mtem vram in finibus faciendis quae sunt inter illius et meas terras, nihil opus esse magno aliquo negocio, quod ij facile constitui possit, quandoquidem Arx Oczakovien a Coesare Precopen Mti vrae donata est, Quamobrem si is quem limites nosse oportet, Nuncium suum mittat qui fines indicet, Mtas vra Nuncium suum adiungere illi vellet qui limites constituat. Nobis vero minime videtur ut sine meis hominibus inter diciones meas fines statuantur: illud enim Mtas vra

scire debet, atque nos nosse vbi sunt fines ditionis meæ ac
Caesarem Przekopensem, cum et arcem ipsam Oczakomien
in ptate maiorum meorum fuisse, que non vi a Przeko:
pensi Caesare, sed permissu maiorum meorum, ob seruitu:
tem quam illis præstabat aliquando, ab eo fuisse possessa,
rerum magis probatur nobis id quod ante Mti Vræ
visum erat, vt cum ab illa tum a nobis designarentur
homines, qui limites inspicere et de iis cognoscerent, nam
ad vnius partis tantum informationem limites terminari
qd sit iniquum ipsa etiam Mtas Vra perspicere potest,
quominus autem processerit ea ratio, de qua inter vtrumque
nrm conuenerat, nulla mea culpa accidisse iam antea no
semel abunde docuimus, neque opus est eadem toties repete:
re. Nihil est qd moueant Mtem Vram Monasteria
et Ecclesiæ ritus Machometani, quasi hæc certa deberent
esse limitum indicia, nam iis ipsis locis habuerunt habue:
runt maiores mei subditos suos Tartaros qui eorum im:
perio parebant, quemadmodum hodie quoque nos habemus in
media ditione mea Tartaros nobis subiectos, qui Eccle:
sias et Monasteria sui ritus habent. Sed et vltra Co:
stantinopolim habet Mtas Vra ad eundem modum non
paucos Christianos imperio suo subiectos, qui nihilominus
et Monasteria et Ecclesias mei ritus et religionis pos:
sident, absurdum itaque foret ex iis de limitibus coniecturam
facere velle quorum certiora solent esse inditia fluuij,
qui plerumque vnius regni ab alio fines determinare
consueuerunt. Quare a Mte Vra postulamus vt ne
in ea perstet sententia, vt Caesarem Przekopen, absque
nobis, aut absque iis omnibus qui fuerint a nobis de:
signati, aliquid de finibus constituere velit, cum quo si
esset nobis negotium, ne Arcem quidem Oczakomien
ei possidendam diutius permitteremus: in cuius possessione

cum sit Mtas vra, nos de ea nullam disceptacionem ha:
bere volumus: modo vt limites ex testimonio senum tam
Mtis vrae quam nrorum hominum constituantur, neqz
vllius rei qz Juris et aequitatis ratio habeatur. Nos
enim hi sumus qui, quemadmodum initio scripsimus, omni:
bus modis non modo retentam, sed eciam auctam cum
Mte vra amicitiam cupiamus. Cui ingentes gratias eo
nomine habemus, qz Serme filie nrae domine Hungarie
Regine hactenus rationem semper habuerit: quod dein:
ceps qzo vt semper faciat, neqz aut ab Hungaris aut a
Thurcis aliquid ei negotii exhiberi permittat, a Mte
vra petimus, vicissim omnia facturi que ad bonum vi:
cinum et Mtis vrae fidum amicum pertinebunt. Nihil
enim aeque curae nobis est atqz salus et dignitas charme
filie nrae quam haud aliter atqz meam ipsorum salute
et dignitatem vrae Mti cupimus esse commendatam. Nos
vero in ea que cum vra Mte nobis intercedit amici:
tia perpetuo perstabimus, ac omnia prius facturi su:
mus qz foedera, que nobis sunt cum Mte vra, vlla
ex parte violemus, que semper inuiolata per nos ser:
uabuntur: ac omnia que sunt amici officia cumulate
a nobis Mti vrae prestabuntur, quod sibi de nobis
firmiter vt polliceatur licebit. Cupimus Mtem vram
bene foelicem et incolumem valere. Dat Varsse:
ine septima Maii Anno domini 1544.

Charis^me^ in Chro fili nr et char^ma^ in Chro filia nra
Salutem et Apostolicam benedictionem. Dudum foelicis
recordationis Clemens Papa septimus predecessor nr
vobiscum quod impedimento tercii consanguinitatis gra:
du, quo, vt tunc expressum fuerat, inuicem coniuncti era:
tis non obstan, sponsalia celebrare et matrimonium inter
vos contrahere ac in eodem Matrimonio perpetuo rema:
nere libere et licite valeretis per eius litteras inter alia
dispensauit, ac prolem exinde suscipiendam legittimam nu:
ciauit, prout in dictis litteris latius continetur. Cum
autem sicut nobis nuper exponi fecistis a nonnullis as:
seratur vos tempore datarum litterarum predictarum,
duplici tercio seu secundo et tercio gradibus inuicem con:
iunctos fore, propterea dubitetis lras predictas, quanto vi:
gore sponsalia celebrata et matrimonium huiusmodi co:
tractum et consumatum et proles suscepta fuerint de
surreptionis vitio notari vobisque minus vtiles reddi
posse tempore procedente. Nos qui illius in terris vices
gerimus, qui pacem et concordiam in sublimibus nutrit
vobis ne dictarum literarum frustremini effectu pro:
uidere volentes, ac vos et quemlibet vrm a quibusuis
excommunicationis sententii, si quas propterea vel als
quomodolibet incurristis, absoluen et absolutos fore
censen, necnon prefatarum literarum veriores te:
nores praesentibus pro sufficienter expressis et insertis
habentes, vris in hac parte supplicationibus inclinati necnon

consideratione charmi in Chro filii nri Ferdinandi Romanorum etc Regis, Illtris tui in Chro filia Elisabet genitoris, nobis super hoc humiliter etiam supplicantis volumus et Apostolica autoritate vobis concedimus, quod litterae praedictae cum omnibus et singulis in eis contentis clausulis et inde secuta, quaecumque ab illarum dat valeant, plenamque roboris firmitatem obtineant, et vobis ac cuilibet vestrum suffragentur in omnibus et per omnia, perinde ac si in eisdem litteris quod vos tempore dictarum litterarum duplici tercio, seu secundo et tercio gradibus invicem coniuncti eratis expressum ac vobis desuper per easdem literas dispensatum fuisset, prout nos potiori pro cautela vobiscum et cum quolibet vestrum ut premissis et aliis pro expressis habitis impedimentis consanguinitatis et affinitatis huiusmodi non obstantibus in per vos sic contracto matrimonio remanere libere et licite valeatis dicta authoritate Apostolica per easdem presentes ex certa nra scientia et Apostolicae potestatis plenitudine [illegible] quorum forsan non recordamini, aut alias apparuerint, dummodo in ulteriori gradu sint vobiscum dispensatum esse, et aliquid de premissis contra matrimonium ipsum allegari aut obijci minime posse ac prolem ex sic iam contracto matrimonio predicto susceptam et suscipiendam legitimam fore, necnon presentes de surreptionibus vel obreptionis vitio, aut intentionis nrae defectu etiam ex eo quod gradus et impedimenta huiusmodi specifice expressa, seu prout existunt narrata non fuerint aut quovis alio pretextu occasione vel causa notari seu impugnari vel in aliquo alterari non posse nec notatas, impugnatas seu alteratas censeri, sed validas et efficaces existere suosque effectus sortiri deberi, Sicque in premissis omnibus et singulis per quoscumque quavis authoritate fungentes, iudices et personas etiam causarum

de specialis dono gratiae dispensamus, decernendo quod si qua alia impedimenta tam remotiore consanguinitatis quam affinitatis aut publicae honestatis

palatii Apostolici auditores et sancte Romane Ecclie
Cardinales etiam non expectata alia mentis meae super
hoc declaratione ac . r . sublata eis et eorum cuilibet quovis
aliter iudicandi et interpretandi facultate et authori:
tate iudicari et definiri debere, ac irritum et inane, si
secus super iis a quoquam quavis authoritate scienter
aut ignoranter contigerit attentari ac supplens om:
nes et singulos iuris et facti defectus etiam speciali nota
et expressione dignos, si qui forsan intervenerint in pre:
missis non obstantibus premissis ac Apostolicis necnon
in Provincialibus et Synodalibus Conciliis editis ge:
neralibus vel specialibus constitucionibus et ordinatio:
nibus, ac omnibus illis que prefatus predecessor in dictis
literis voluit non obstare ceterisque contrariis quibus:
cunque Datum Rome apud Sanctum Petrum sub
annulo Piscatoris die xvj^a Maij Anno 1544
Pontificatus nri anno x^o.

PAulus Epus servus servorum Dei. Ad futuram rei memoriam. Promissionis nostre debet provenire subsidio, ut unus suum cuilibet conservetur. hinc est quod nos tenorem quarundam litterarum foelicis recordationis Clementis Pape septimi predecessoris nostri compertum in registro ipsius predecessoris pro eo quod sicut exhibita nobis nuper pro parte dilecti filii Nobilis adolescentis Sigismundi secundi de Polonia, et dilecte in Christo filie Nobilis domicelle Elisabeth de Austria Viennen et Cracovien seu aliarum Civitatum et diocesis, ipsi huiusmodi tenore ex certis causis dinoscuntur indigere, de Registro ipso de verbo ad verbum transcribi et ipsorum Sigismundi et Elisabeth supplicantium instantia presentibus annotari fecimus, qui talis est Clemens Epus servus servorum dei dilecto filio Nobili Adolescenti Sigismundo secundo de Polonia, et dilecte in Christo filie Nobili domicelle Elisabeth de Austria Viennen et Crac. seu aliarum Civitatum et dioc Salutem et Apostolicam benedictionem. Romani Pontificis precellens authoritas concessa sibi desuper utitur potestate, prout personarum, negociorum et temporum qualitate pensata id conspicit in domino salubriter expedire. Sane dilecti filii Andreas de Brego Roman, et Stanislaus Rzeczica Sigismundi Polonie Regum illustrium charissimorum in Christo filiorum nostrorum apud nos et Sedem Apostolicam Oratores, ipsorum Regum nominibus, prout per eorum litteras ad eosdem Oratores respective desuper scriptas et nobis

ostensas in mandatis expresse habuerunt, cum eo quod de:
ovit et mentis et devotionis affectu nobis exposuerunt
quod Ferdinandus qui etiam Archidux Austrie et Si:
gismundus Reges prefati qui etiam magnus Dux
Lithuanie existunt pro conservandis inter eos ac eorum
posteros consanguineos et affines presertim ex sanguine
regio descendens, pacis et amicitie federibus summopere
cupiunt, ut tu fili Sigismunde qui Sigismundi, et in Christo
filia Elisabeth qui Ferdinandi regum predictorum
nati estis matrimonium invicem contrahatis, sed quia
tercio consanguinitatis gradu invicem coniuncti, tuque
Sigismunde in duodecim, et tu Elisabeth in infantili ut
dicitur etatum vestrarum annis, vel circa constituti
estis, Matrimonium huiusmodi contrahere non potestis
dispensatione Apostolica super hoc non obtenta. Quare
dicti Oratores nominibus predictis humiliter suppli:
cari fecerunt, ut vobis in his de opportune dispensa:
tionis gratia providere de benignitate Apostolica dig:
naremur. Nos igitur qui inter cunctos Christi fideles,
presertim reges et Principes pacis et concordie unitatem
et amenitatem vigere syncere desideramus affectibus
ex premissis et certis aliis nobis expositis causis huius:
modi nobis super hoc porrectis supplicationibus incli:
nati, vobiscum ut tercii consanguinitatis gradus im:
pedimento ac defectibus etatum huiusmodi et quibusuis
Apostolicis Nec non in provincialibus et Synodalibus Co:
aliis editis generalibus vel specialibus constitutionibus
et ordinationibus, ceterisque contrariis nequaquam obstan:
tibus, vero prefatorum regum consensu pariter et as:
sensu ac conventionibus sufficientibus et formam ma:
trimonij legittime representantibus ad hoc intervenien:
tibus, Sponsalia celebrare, et Matrimonium inter vos

contrahere, et in eadem Matrimonio perpetuò remanere libe:
rè et licitè valeatis ex certa nra scientia, ac de Aposto:
licè potestatis plenitudine, authoritate Apostolica tenore
pntium de specialis dono gratiè dispensamus, ac sponsalia
et matrimonium huiusmodi ex nunc prout extunc et econ:
tra, cum ad ætatem legittimam perueneritis, ac si in
ipsa ætate legittima constituti essetis, valida et Ca:
nonica fore, Nec postquam ad dictam ætatem legittimam
perueneritis alium consensum alicuius vestrum requiri
debere, neque Matrimonium ipsum dirimi posse, sicque per
quoscumque iudices etiam causarum Palatii Apostolici au:
ditores et Sanctæ Romanè Ecclesiè Cardinales in:
terpretari, iudicari et diffiniri debere, ademptâ aliter
iudicandi et interpretandi facultate decernimus, ac pro:
lem inde suscipiendam legittimam nunciamus, nulli er:
go omnino hominum liceat hanc paginam nrè dispen:
sationis decreti et nunciationis infringere, vel ei ausu
temerario contraire si quis autem hoc temerè attentare
presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et beato:
rum Petri et Pauli Apostolorum eius noverit se incur:
surum Datum Romè apud Sanctum Petrum anno incar:
nationis dominicè millesimo quingentesimo trigesimo
secundo octauo Calendas Septembris Pontificatus nrì
anno octauo. Cœterum vt earundem tenor literarum
prèdictus sic insertus, omnimodam rei seu facti certi:
tudinem faciat, authoritate Apostolica decernimus, vt
illud ad robur idem eandemque vim, eundemque vigorem di:
ctus tenor per omnia habeat, què haberent originales
litteræ supradictæ, et eadem prorsus eidem tenori fi:
des adhibeatur, quandocumque et vbicumque siue in iudi:
ciò siue alibi vbi fuerit exhibitus siue ostensus, et eide

tenori firmiter stetur in omnibus sicut eisdem originali:
bus litteris staretur si fuerint exhibite vel ostense per
hoc autem nullum ius cuiq de novo acquiri volumus. sed
antiquum tantummodo conservari. Nulli ergo omnino
hominum liceat hanc paginam nostri decreti infringere vel
ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare
presumpserit indignationem omnipotentis dei ac beato:
rum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursu:
rum Datum Rome apud Sanctum Petrum anno incar:
nationis dominice 1535 decima nona Calendas Ja:
nuarii. Pontificatus nostri anno secundo

Sigismundus Rex Poloniae
Paulo Papae Tertio

Sanctissime. Renunciatum est nobis Alexandrum Sculteti e custodia in quam suo merito coniectus erat dimissum esse, idque eo nomine, quod quae sunt de illo constituta, insciente me constituta sint, cum ego nunquam eum proscriptum sententia mea voluerim. Mirari satis non possum, quae sit tanta istorum hominum audacia atque impudentia, ut haec de me comminisci non vereantur. Quos etiam eo amentiae progressus accepi, ut me aetatis vitio laborare, ac plane iam repuerascere, coram Rmis D. Cardinalibus dicere sint ausi: itaque facile concedere omnia: quibusuis literis subscribere: neque multum attendere quid illud sit quod mihi subscribendum offeratur. Qua sua ficta narratione, scriptis meis omnibus fidem apud Sanctitatem Vram derogare conantur. Quod mihi molestius accidit, quam credi queat. Sed magis etiam illud molestum: commentis hominum levissimorum fidem istic haberi maiorem quam subscriptis manu mea et signo meo obsignatis litteris. Ipsa secum animo reputet S. Vra: quandoquidem aequales esse dicimur, nihilo ut mea sit quam S. Vrae aetas provectior. Si eadem de illa dicerentur ac fictis eiusmodi sermonibus: dyplomatis eius, fides detraheretur quomodo id esset latura? ac quemadmodum iniuriam sibi fieri existimaret, si ego tam impudenti figmento credere in animum inducerem: ita quae sit mens in hac re mea, ex ipsa coniecturam faciat. Cum esset apud me Stis Vrae Nuncius, qui nunc est Epus Augustensis dominus Otto Truchsess ipse ex ore

meo audiuit quę sit mea de proscripto Alexandro sen:
tencia. Quod si litterę meę pondus non habent, quo earum
fidei detrahitur: certe ex Amcito illo teste cognosci potuit:
quę sunt in Alexandrum Statuta: summa mea esse
voluntate statuta. Tot grauium virorum testimoniis
fidedignis conuictus est: libello preterea Sacramentarii
manu sua diligenter notato: nichilominus hęc omnia
parum sunt animaduersa ab hiis, quibus inquirendi
in eum à Ste vrã fuit cura mandata. Plus apud
illos valuit leuium hominum commentum, quam vel scripta
mea: vel tot tam aperta testimonia. Sed illi quod vi:
sum illis fuerit de Alexandro statuant: mihi fixa
manet sentencia Decretum proscripcionis semel à me,
latum nunquam inducere. Orent illi eum si volent quã:
tum volent, si tali homine tantopere delectantur, in Re:
gno dicionibusque meis locum eum minime habiturum
certum est. Nam hoc genus Lupos qui sub ouina pelle fe:
rinam suam rabiem tegere conantur: quam longissime
ab omnibus esse arcendos existimo. Quare, si, ad quos
ea cura proprie pertinet, eos qui manifesto hereseos
crimine sunt notati animaduertendum sibi esse non
putant per me vt eum etiam orent istic licebit: ego
nichilominus Christiani Regis fungar officio: neque
pestibus eiusmodi loci apud me est unquam futurum.
Sed illud Sti vrã supplico vt ex Rmis dominis
Cardinalibus diligenter sciscitetur qui nam sint illi,
qui me propter ętatem errore mentis affici affirmant:
ac quę scribuntur à me litterę, eas preter scientiam
et voluntatem meam scribi, vt quid mihi in audaces
istos homines statuendum sit racionem inire possem.
Deinceps verò vt fidem habeat Stas vrã scriptis meis
peto, ne me quoque qui studio et obseruantia erga Stem

vram concedo nemini: iustus dolor adigat, par pari re:
ferre. Quandoquidem vtriusqz nrum eandem esse dicitur
aetas: curae sit vtriqz, vt is qui debetur huic aetati ho:
nos ab omnibus habeatur potius qz vt indigna nobis
de ea fingendi leuissimis hominibus potestas permittatur.
Ac sicut ego non modo non auditurus, verum etiam
grauius aliquid in eum essem consulturus, qui haec spar:
gere de Sanctitate vra auderet: vt idem in mea cau:
sa faciat etiam atqz etiam Sti vrae supplico. Datum
Varssouiae die iij Junij 1544

Sigismundus primus Rex Poloniae
Cardinali Protectori

Rme. Perfertur ad nos esse quosdam isthic leues homines
et quidem meae ditionis, quod minus etiam nobis est feren:
dum, qui et coram Rma. P. vra. et coram aliis Rmis
dominis Cardinalibus, litteris omnibus quae istuc a
nobis mittuntur fidem detrahere conantur, ac indi:
gnos de nobis sermones audent spargere, quasi aetatis
vitio laboremus, et nullo plane iudicio vtentes, quid:
uis quibusuis litteris subscribamus: non magnopere quid
illud sit quod nobis datur subscribendum attenden:
tes. Quorum fictis narrationibus dum fides habetur
fit ex eo, vt nullum istic litterae meae pondus obtineat,
dum plus leuissimorum hominum commentis creditur
qz his litteris quae manu mea subscriptae, quae signo
nro atqz adeo Regni mei afferuntur obsignatae. Hic
adeo factum esse accepimus, qd qui suo merito coniectus
erat istic in Carcerem Alexander Sculteti mea sententia

proscriptus, is non modo debitas sibi poenas euolauit, è Car:
cere dimissus: uerumetiam viris bonis negocium nunc fa:
cessere dicitur. Ita enim narrare istic audaces quosdam
et impudentes, nobis inscientibus, eum proscriptum esse
ac quęcunque datę sunt à nobis litterę, preter scientiā
et voluntatem datas esse: quod nos propter ingrauescentem
aetatem nostram non satis nobis mente constamus, atque
ex aliorum quasi nutu pendeamus. Credibile non est,
quantam ea res animo meo perturbationem attulerit. Neque
vero tam nobis accidit molestum vanissimos homines haec
de nobis spargere, quam hoc non deesse istic, qui impudenti:
ssimis eorum commentis fidem habeant, apud quos nihil
manus nostrae subscriptio: nihil signi mei valeat ex:
pressio: prae eo quod ab istis summa impudencia confingitur
Quid hoc est aliud, quam precidere nobis cum absentibus
per litteras colloquendi facultatem? Quis enim erit lit:
terarum mearum usus? si quanto fuerit in homine ali:
quo plus leuitatis, tanto maior ei, quam meis litteris fi:
des habebitur? Praestiterit nobis nihil habere cum Ro:
mana Curia negotii, quam hanc ab ea indignitatem repor:
tare. Nihilo est grandior aetas nostra, quam S.ctissimi d.ni
mei, ita ut nihil de nobis dici possit quod non idem
de Sanctitate illius liceat suspicari. Quis erit qui vitio
nobis vertere possit, si cum meis litteris fides detraha:
tur: nos quoque his quę istinc proficiscuntur, à viro aequę
prouectę aetatis, minus credere in animum inducamus?
Quanto autem foret hoc satius, ut aetati utriusque meum
qui debetur honos deferretur potius quam haec de ea tam
indigna comminiscendi potestas quibuslibet permitteretur!
esset hoc certe officium R.me P.tis v.rę istorum
effrenatam impudentiam coercere, ac dignitatem con:
tra illos nostram tueri. Quorsum enim Protectore regno

ncō opus fuerit: si fides erit litteris meis derogata? aut quid habebit quod protegat, si de veritate litterarum mearum dubitabit? Nos vero à R.ma P. V.ra peti:mus, ut non modo fidem deinceps non habeat istorum va:nißimis commentis: verum etiam nomina istorum ad nos deferat, ut documentum in eos statuamus eiusmodi quo à simili dementia alii possint deterreri. Porrò quod Ale:xandrum attinet, si Romane Curie tantopere collibuit sibi eum habeat, et quibus velit ornamentis eum mihi prosequatur licebit, in Regno meo locus ei nunquam est futurus, serio enim Venerabili Capitulo Varmien mandavimus, ut ne litteras in causa eius à Romana Curia profectas reciperent: in eadem, qua proscriptus poena affici vellent. volumus enim palam omnibus fieri mente nos adhuc consistere, et ea esse qua debe:mus animi firmitate, si ad quos proprie pertinet, huius officio suo fungi recusant, nos nihilominus Christiani Regis officium in nobis requiri nunquam patiemur, et quo ad eius à nobis fieri poterit, ab omni hereseos labe repurgatum Regnum nostrum Deo bene iuvante conabimur conservare. Datum Varsaviae prima die Iunii Anno domini 1544

Mathias Loboczki severino Boner zupario
.S.P.D. nova ex Kiesmark scripta die 25 Iu:
lii anno domini 1544

W. iprawa Woienna Stolicze thi samo odwolaza, i poslali
Posly do Heithmanow, ze niechczą cziągnącz alizbi Crol
był w Węgrzech wpolin a tak niewiem iesli ze ich nie:
przimuszą Hethmani ku cziągnieniu.
N owiny nasze Węgierskie są niedobre, wsobothę przeszłą
Thurczi Miszkolg Miasto dossicz wielkie polne wi:
palili i wissiekli, ieno sszesnaszie mil odemnie, i przi:
szła wczora wieścz ze i Schikssowo takież, bo iedno
dwie mili liezi od Miskolga, aiss w Szikszowie wie:
lie Shlachthi pobrali bo tam iarmark bil na ten
czas, a wssakoss o Szikszowie iescze rzecz niepewi:
na, alie o Miskolgu pewna zabiegi samo wielkie,
omnia plena timoris et tremoris.

N a tem ziezdzie abo na tem Rakoschu wdobroczinią to
bilo, prossil Mnich wsseh Stanow Węgierskich prze
bog abi sie iusz sami nad sobą smilowali, abi wszi:
szi bili iednothni Croliowi Ferdinandowi, aissbi
się iusz sami miedzi sobą zgadzali, a swich lotra:
skich mięsnassek abij przestali

P ossel Czessarza Thureczkie(o) sthim posselsthwem był
przieчhal do fratra dziwedzia to iesth do Mnicha,
przikazuiącz wssem abii zadnij pan ani Ziemianin słu:
zebnich sług niechowal, abij tesz zadny sszablyją
niechodzil ieno gdo bi bila nadwie piendzi

JV Abii kozdi swoiem Chlopom wienczei niz nierozkazo:
wal bo sa iusz Czessarszi, a sami sobie abii robili
a wdomiech swich siedzili ziemianskich spokoiem, a
gdi Czessarz roskaze abii bili gotowi iechacz na woine
tam gdzie kaze.

JV Mnichowij tesz roskazal, aby dworu nie chowal ieno
aby Mnichi swoie mial okolo siebie czobi boga modlili
za Czessarza a isz Czessar ich chcze bronicz, a iem
samem nie trzeba mislicz oobronie.

JV Roskazal do Mnicha i do Siedmigrodzanow aby Sobi:
now Miasto, y Zamek Dewe dali ie^o Heithmanom
ktore on poslie wrzencze.

JV Roskazal, aby Czizow Zamek i Fugaracz Zamek,
i Kikiel Zamek, dali Voiewodzie Valaskiemu
a iesliby Starostowie ich dacz niechczieli, thedi aby wssi:
szi Siedmigrodzanie ziaxgneli dobywacz ich, a Cze:
ssarz tesz da lyudu ku dobywaniu.

Wssitkog dobre a wesole poselsthwa ktore Vengrowie
nathim Dobrzaczinskiem Rakoszu uslisszawszi, insch
wienczei radzei chczax z gniax nisliby mieli wtakowax
niewolax przicz. Abowiem asz do tego czassu mie:
li wsobie te sszalionax fantazyax, izbi Czessarz
Thureczki mial ie chowacz przi ich wolnosciach, y przi:
ich prawiech i mawiali to wienczei niektorzi iawnie
isz woliemi pod Thurkiem bycz, nisz pod Niemczem
iusz terasz widzax, isz niewiedzieli ogo boga prossili

Pod them tesz Rakosszem przisszli iem listhi od Czessarza
Carola, gdzie ie^o Czessarska Msc przirzeka iem, ze

chcze ossobach swach skoro na przisslych wiosnach przijdz a bronicz ich od Turka etc. stego pissania barzo poczu:
schni bilij i poslali do Czessarza Carola, ij do Crola
Ferdinanda ij do wielia panow Chrzescziianskich, à
iusz wiencz obiezali bicz dobrzi ca strobarz Crolia
Ferdinanda boze dai to, iusz zibij tesz zas bilo po:
lepssicz sie ijm.

Poslali tesz Posli do Czessarza Thureczkie° spokornem
posselstwem Abi sie iesthcze temi swemi zradosczia:
mi nami nierkwapial etc. odwlocza sobie niebozenta
zgimiemi, wnadzieij ratonku Czessarza Carola

Theras tesz Chlopi swego pana wlasnego zlowieka
zacznego Dzolaffij Jsthwana vlapiwschi domiesli
na Budzin, i wnet hiego dal sczianecz Bascha. Jn
summa chlopi radzi wiencei Turkom nisli Chrze:
sczianom

JTho tesz Czessarcz Thureczki roskazal do Mnicha
abij gdzie kolwiek moze ktorego zacznego Hmega
abo dobrego męza vlapicz abij kazdego poslal na male
Constantinopolie a tam stand abi bil wiezion do Con:
stantinopolia, bo iusz Czessarcz Tureczki Budzin ka:
zal zwacz, krzik Stambolda id est male Constan:
tinopolie. Atak insche, et leges ponit Vngaris et
nomina Ciuitatum immutat, Sed dominus qui deponit,
potentes de Sede, et exaltat humiles, exurget sicut per
diuinum Psalmum pollicetur super miseria inopu et
gemitum pauperum, nec patietur hoc superbum caput do:
minari populo suo, et sicut humiliantium se Niniuitarum
misertus est, sic et nri miserebitur, cum nos ad pedes
sue misericordie humiliter prostrauerimus. Quod superest
M. vram cum tota domo foeliciter me valere cupio Datum ex
Vngarie Cammiencz in festo S. M. Magdalene 1544

Sigismundus primus Rex Polonie
Senatui Craconiensi

Famati fideles dilecti. Que de ratione exigende vasarie pecunie queritis, ea sunt nobis certa. Quoniam vero in maioribus Regni Comitiis omnis eius pecunie exigende ptas Regni nri Thesaurario permissa est, non esse nobis licitum videbatur statuere quidq eo insciente, ac illius de ratione exigende pecunie iudicio refragari. nihilominus cum que postulantur a vobis, ea iusta videantur, scripsimus ad illum, vt ne discederet a veteri et vsitato more, quo in Pretorio et non alibi pecunia semper exigebatur. Quod eum ita facturum non dubitamus. De miseris hominibus qui in custodiam Pretorii traditi sunt, sententia mea et mandatum hoc est, vt liberos eos dimittatis, Neq enim quemq nunc non conuictum plecti volumus.
De processu quod ita festinatis nobis non probatur, Prius enim necesse est, vt eum legendum iis committamus, qui Iuris habent intelligenciam, ne quid in lucem exeat parum diligenter excussum. Quoniam vero processus hic per annum hunc integrum, quo vagati semper, neq vllo in loco diutius sumus commorati, ad manum non fuit, ita vt legi et expendi diligenter non potuerit, Mandabimus vt quod in hunc vsq diem non est, fiat adhuc, et perlectum diligenter libellum, ac si qua in parte opus fuerit, emendatum vobis remittemus.
Que scribitis de racione vinarie pecunie exigende, ea sciens nobis videntur, Neq enim quanti propinatores a vectore vas integrum emerit, sed quantum ipse post emptum vas, pecunie ex eo confecerit, a singulis grossis vnum denarium solui volumus, et mandamus, scimus enim longe

pluris propinari in Cellariis vinum collocatum, quam quanti singula vasa in foro sunt empta. Quod cum frans admissa est, universa eius brasei vasa commisso vendicantur, nobis probatur, is enim est sensus constitucionis Piotrcoviensis facte. Datum in Brzesczie prima die Mensis Julii Anno domini M° D. XLiiij°

Sigismundus Rex Polonie
Isabelle regine Hungarie

SERma etc. Eum ipsum quem ad nos miserat Mtas vra, ad Sermos fres Spicam legaueramus. Et quoniam que istic acta sunt, que spes ostensa est, nemo alius dicere pt melius quam is ipse, ad Mtem vram remittendum eu duximus. Quod responsum attulit, eius exemplum unu apud nos retinuimus, aliud afferet Mti vre: ac nonnulla eciam ipse referet. Nos certe faciemus omnia summo studio, que ad salutem et dignitatem Mtis vre tuendam pertinere iudicamus, sed ut quimus aiunt, quando ut volumus non licet. Quid agatur istic, quo in loco sint res Mtis vre, faciet nos per omnem occasionem cerciores: ac rationibus interea suis, ut poterit, providebit. Quecunque a nobis prestari poterunt ad Mtis vre rationes adiuuandas patris beneuolentissimi officium in nobis requiri, nequaquam patiemur. Hoc sibi de nobis fre: miter persuadeat licebit. Datum in Brzesczie XVI Julii M° D. XLiiij°

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali sanctorum quatuor Coro:

R.me in Chro Pr. et domine amice charissime. Virum
bonum cui Deus magnam in verbo divino inter nrates
propagando gratiam dedit. Doctorem Martinum Krossowianu
ad Aulam nram accersendum curavimus, qui nobis
multis nominibus charus est, et quod vite integritate
doctrinaque Christiana insignem esse iudicamus: et quod
in iis nunc propter rationes Reipublice necessarias
versamur solitudinibus, ut absque eo cum summo anima:
rum discrimine carere nos verbi Dei Precone oporteret
hunc in Franciscanorum ordinem redigere conantur Pre:
fecti Monasterii Cracovien Franciscanorum ob aliquan:
diu gestatam cucullam huius instituti. Sed cum ille preter vesti:
tum sumptum nullam religionis Franciscanorum professi:
onem fecerit, id quod clarius ex hoc Venerabili Tho:
ma Conopniczki Preposito Chelmen subdito nro qui
has illi dabit, cognoscet R.ma P. V.ra. Rogamus
operam det pro authoritate sua, qua apud Sedem Aposto:
licam fungitur, ut liber absolutusque ab hac, quam nun:
quam est professus, Monastica professione fiat. Etsi
enim, quod ex Iurisperitis nris accepimus possit ille absque
quavis absolucione, bona consciencia libertate sua per:
frui secundum Ius commune: tamen quod boni viri piique
faciunt timent culpam ubi culpa non est, ubi liberi:
ori tranquilliorique consciencia in ministeriis divinis ad
que est vocatus versetur, petimus maiorem in modum
ut hoc Pietas V.ra R.ma efficiat ne invitus Mona:
sticen quam nunque est professus, profiteri cogatur, neve

qua servitute et onere conscientie eius graveture. Fecerit nobis Sermis que liberis meis ac Xule universe, rem valde gratam. Quam ad cetera que in nos singularia officia Rme P. vre constant, simus accumulaturi. Cupimus P. vram Rmam diu esse sospitem et incolumem. Datum in Brzesczie XXij Julii Mo D xliiij

Sigismundus primus Rex Polonie
Duci Pomeranie

Illtris Princeps Nepos me charissime. Cum essemus in Oppido meo Varszemien, scribere nobis meminimus Illtem vram, atque a nobis postulare ut Mgratum Civitatis mee Gedanen mandaremus quo Civem quendam Stolpen subditum Illtis vre, quem profugisse a se capitis reum querebatur, illi traderent ad poenas debitos luendas. Quod cum nobis non esset visum, dederamus, nihilominus Nuncijs Illtis vre litteras ad Mgratum nostrum Gedanen, quibus illi mandaueramus, ut si via Juris repetiuisset subditum suum Illtas vra quod Juris est et iustitie decernerent. Quoquidem tempore, quomodo se causa haberet Civis Stolpen cognitum non habebamus. Postea vero producte sunt coram nobis littere Cesaree Mtis fratris et consanguinei mei charissimi, in quibus grauiter admodum fert Mtas eius, quod Mgratus Ciuitatis mee Gedanen, non attento Saluoconducto Mtis illius, neque eius rei ratione habita, quod causa iam introducta in Judicio Camere ibidem Judicio sisti Simon satis actorum se obtulerit, eum in Custodiam coniecerit, ac liberum eum dimitti vult. Etsi autem nos neque ipsi agnoscimus authoritate

authoritatem Caesareae Mtis: neq agnosci à subditis meis Gedanen aut à quibuscunque alijs Imperio meo subiectis, volumus. Quoniam tamen iustam causam expostulandi cum Ciuitatis meae Gedanen Magistratu habere Mtas eius visa est, iniquo animo tulimus quod haec ab illo tam inconsiderate facta sunt. Nobis enim non licet, multo minus subditis meis aliquam Iurisdictionem in eos exercere quorum subditi nobis non sint apud dominum suum superiorem causam habent introductam. Quoniam tamen fecisse id Gedanen affirmant conseruandae bonae viciniatatis cum Illte vra causa, ferimus vtcunq factu hoc illorum. Sed ab Illte tamen vra postulamus, vt ne quid ab eis exigat eiusmodi, quod et meam cum Caesarea Mte necessitudinem dirimere: et subditis meis fraudem aliquam afferre possit. Nam quemadmodum ipsi nollemus de subditis meis aliquid à Caesarea Mte statui, cui nihil in eos Iuris competit, ita in eos quos Mtas eius suos esse subditos profitetur, nihil et ipsi decernere volumus, tantum abest, vt subditis meis licere debeat, quod nobis ipsis licere nolumus. Quod Illti vrae significandum duximus, neq tamen interea de Ciue hoc Stolpen statuendum quicq putauimus, nisi habito prius ab Illte vra responso. Quod si intra mensem vnum perlatum ad nos non fuerit, nos vinctum è custodia liberum dimitti iubebimus ne quid ipsi sibi periculi accersant subditi mei Gedanen dum vrae Illti nimio plus gratifficari student Datum in Brzesczie Lituaniae die XXiij Mensis Julii Anno domini Mo . D. XLiijo

Sigismundus primus Rex Poloniae
Carolo Quinto Romanorum Imperatori

SERme et excellentisme Princeps, frater et consanguinee ch. charissime et honorande. Cum a nobis omnia fiant sedulo, que non modo ad retinendam, verum etiam ad augendam et amplificandam amicitiam cum Vra Mte pertinent: mirari satis non possumus, et a Judicio Camere et a Cancellaria Mtis Vre fieri nonnulla que magnam nobis adferant molestiam. Nam cum nos nihil nobis Juris in eos arrogemus, qui sunt Imperio Vre Mtis subiecti, audent illi nihilominus obliti necessitudinis, que cum Vra Mte nobis intercedit, sibi hoc sumere, ut ad subditos meos Gedanen qui nullius preterquam meam authoritatem agnoscunt, mandata dent, adscripta etiam mulcta, nisi dicto fuerint audientes. Cuius generis cum alia nonnulla coram nobis producta sunt antea, tum quod nuper scriptum est, eius exemplum Vre Mti mittimus a qua petimus ut edicat suis, ne designent id amplius: neve Juris aliquid sibi sumant in eos, qui non alterius cuiusquam preterquam meae Jurisdictioni subsunt. Erit hoc aequitatis Mtis Vre et ad mutuam meam necessitudinem augendam pertinebit Datum in Brzeszcie Lituanico die XXVij Julij Anno domini Mo D XLiiijo

Sigismundus primus Rex Polonie
Paulo tercio Pontifici Maximo

SAnctissime P. Migrauit non ita pridem æternam illa in domum ex huius vite diuersorio Reuerendus dominus Sebastianus Branniczki Posnaniensis Episcopus. In cuius locum alius mihi cum esset nominandus, cum primis dignus dignus occurrit Magnus Paulus à Volia Cancellarius Regni. Qui etsi seculi huius rebus vacare magis visus est: insigni tamen pietate semper fuit et religione ut non modo Sacerdotibus, sed iis etiam qui arctius quoddam vite institutum sequuntur, in Deo pie colendo, nihil concedere viderentur. Quibus rebus ego adductus cum perspecta mihi esset singularis hominis integritas, eum in demortui locum renunciaui. S. vestre supplico ut renunciationem hanc meam ratam habere dignetur, neque enim aliud in hoc nominando secutus sum: quam pietatem viri: et quod interesse Reipublice Ecclesiastice vidi, et viri authoritate prediti, claroque loco nati, Ecclesiis presint, qui sua integritate preducere alios possint Quoniam verò egit is aliquandiu Arcium et Ciuitatum mearum Prefectum, ac necesse habuit in facinorosos animaduertere Supplico Sti vestre, ut eum legibus soluere dignetur, per quas non licet iniciari iis, qui capitis de aliquo suplicium sumpserunt. Rem fecerit Stas vestra mihi vehementer gratam, et obsequiis meis compensandam Datum in Brzescie Lituanico tercia die mensis Augusti Anno domini M°. D°. xliij°

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali Sanctorum .4. Coronatorum

R^me. Non dubitamus esse iam istuc allatum de morte R^di D. Sebastiani, in cuius locum alius nobis renunciandus cum esset, iterum atque etiam deliberantibus, dignus cum primis occurrit Magnus Paulus vir in seculo quidem versatus, sed seculi tamen vitiis minime inquinatus, Qui summam erga deum pietatem et religionem pretulit semper, fuitque victus eius et integritas spectata et probata omnibus. Fecimus itaque non inviti, ut eum in demortui locum nominaremus, Nam ad tuendas Ecclesie facultates visum est hoc plurimum pertinere, ut et excelso loco hominem, et qui non modo non esset offendiculo cuiquam: verum aliis probitate sua perluceret, In iis presertim locis, ubi propter vicinam Germaniam, pullulare nonnihil nova dogmata ceperant, Epm nominaremus. Quamobrem a R. P. vra petimus ut suam apud Sanctiss^mum dominum nrm operam interponat, quo nominationem hanc nram ratam habere dignetur, illud una efficere velit R. P. vra quandoquidem Nominatus hic nr Arcium nonnullarum et Opidorum nostrorum fuit aliquandiu Prefectus, ut necesse habuerit de sontibus nonnunquam supplicium capere, quo solutus esse queat legibus per quas Sacerdotibus et Epis esse non licet iis, qui mortis alicuius causa fuerunt Cuius generis Diploma primo quoque tempore mitti velimus, una cum his litteris, quibus potestas ei fiat extra statuta tempora sacros ordines suscipiendi Que omnia, cum Brevi possessionis quanto celerius nobis R. P. vra

miserit: tanto rem nobis gratiorem fecerit Datum in Brzesczie die quinta Mensis Augusti Anno domini M°. D°. XLiiij°

Rndo in Chro Pri domino Joanni Epo Varmien. Et Generosis ac Venblibus Joanni Sokolowski Castellano Culmensi, Joanni a Baisen Succamerario Mariemburgen et Paulo Plotowski Preposito ac Canonico Varmiensi, Secretario meo, syncere fidelibus ac devote nobis dilectis Graciam meam Regiam, Rnde in Chro Pr et domine, Generosi ac Venerabiles, sincere devoti et fideles dilecti Que ad nos transumpta Jurium et Privilegiorum Civitatis mee Gedanen, super bona mea Pucensia. S et F. ac. D. vre miserunt, ea legi diligenter fecimus, Neqz aliud in eis reperiri potuit nisi quod inscripta eis et obligata bona haec fuerunt in summa quinqz millium Florenorum Hungaricalium, Anno domini Millesimo Quadringentesimo, nonagesimo primo, per divum parentem meum et iterum in mille per Serenum fratrem Alexandrum Anno domini Millesimo Quingentesimo Secundo. Quam summam, hoc est sex millia florenorum Hungaricalium illis deberi, si modo litteris originalibus idem comprobaverint, negari non potest nullas preterea summas alias in bonis istis meis inscriptas videmus, Nam quas produxerunt litteras. C. lra signatas, ee videntur eiusmodi, ut non modo bona Pucensia, sed omne id quod ordinis tempore Commendator

Gedanen possedit, nempe Molendina, Exactio Thelonei Pfundczol dicti, ac Ciuitates, villeq[ue] omnes, quas eum habuisse constat pleno Iure iam ad nos rediisse vide: atur, nulla etiam pecuniarum summa per nos persoluta. Cum enim diserte scriptum in his litteris habeatur, quod ipsi Commendatoriam Gedanen, et officium Mag[ist]ri Pisca: toris quondam ad Puczk pertinens, ac Villam Leibe cum omnibus ipsorum Ciuitatibus, Villis, Censibus, fructibus teneant usq[ue] ad summe pecuniarum, quas Sti: pendiariis in Stargarth, in Nowe et aliis locis impen: derent perceptionem et extenuationem, qua habita est summa extenuata, dicta Commendatoria, et officium Magistri Piscatoris, ad nos reuertetur pleno Iure, facile coniecturam ex eo facere licet, quandoquidem isti prouentus Commendatorie et Mag[ist]ri Piscatoris, vberes sunt, et eos nonaginta iam prope annis perceperunt. Etia[m] si quod asserere dicuntur ducenta Millia florenorum eis debita fuissent, quod tamen non credimus, non percepisse modo eos iam summam istam intra tempus ta[m] longum, sed etiam in pari et maiori summa debitores nobis remansisse. In quibus tamen litteris illud anim: aduertimus, si modo errore in data erratum non est, quod sunt posteriores his litteris, quibus Ciues, qui: bus ea bona primum inscripta fuerunt, cesserunt eis pre: ter consensum nostrum Ciuitati Gedanen pecunia, in qua impignorata bona fuerunt ab ea accepta. Quatuor enim Mensibus post id factum est, quam sunt ille latine lre date, Que quo tempore date sunt, certi illi Ciues in possessione bonorum Puczko fuerunt, non Ciuitas vniuersa, cui cessio nondum facta erat. Sed quicquid hic residet scrupuli, facile dissoluent littere origina: les, aut saltem littere quas habent super commendatoria

quas et ipsas produci ab eis volumus, quibus exhibitis
omnis erit procul dubio dubitatio sublata. Committi:
mus itaque S. et F. ac D. vris, ut quo loco et quo tem:
pore visum illis fuerit, vocent iterum ad se consules
Gedanenses et eis authoritate mea Regia mandent
cum originalibus lr̃is suis non modo super bona mea
Pucensia, sed etiam super Commendatoriae prouentus,
quos possident, coram vobis compareant. Quibus vos
si originales lr̃as produxerint, et idem in illis, quod in
transumptis continebitur, de fisco meo numerari per Ge:
nerosum Stanislaum Kostka de Stenbergk, Castella:
num Elbingensem et Capitaneum Golubens. ac Ter:
rarum mearum Prussiae Thesaurarium sex millia
florenorum hungaricalium decernetis, ac eidem meo no:
mine possessionem bonorum Pucensium, semota quauis cu:
ctatione assignabitis. Nam quod volunt Gedanen.
uno anno ante se certiores de redemptione fieri debere:
quod cum tribus illis Ciuibus primum oppignorata fui:
ssent, haec in lr̃is eorum clausula est perscripta, non
videmus quo Iure praerogatiua solis illis tribus concessa
gaudere possint, cum nullas ipsi suas producant litteras,
in quibus haec eadem clausula sit perscripta: atque adeo
ne id quidem doceant, nos in cessionem a tribus Ciuibus
illis Ciuitati faciendam consensisse. Si vero, quod non pu:
tamus, originales lr̃as non produxerint, nihilominus meo
nomine, eidem Generoso Stanislao Costka Castellano El:
bingen. bonorum Puczko possessionem assignabitis. Ita
tamen ut prius meo nomine idonee Ciuitati Gedanen.
caueatur de solutione sex millium florenorum predictorum,
cum ea deberi lr̃is originalibus probauerint. Protestatione
tamen facta, si doceri quandoque per nos possit summam
istam sex millium esse persolutam ut eam restituere nobis

tenerantur. Florenos autem Hungaricales quando non est ad-
iectum in auro, vsuales volumus intelligi per triginta gro:
ßos iuxta Regni mei Statutum. Mille verò florenos
hungaricales iusti et boni ponderis cum scribatur in aliis
lr̃is nec ibi additum est in auro, tamen quoniam pondus
adiectum est, in auro volumus numerari. Quę omnia ante
Comitia proxima Graudentina, ita per S. et F. ac. D.
vras confici volumus, vnius vrm absencia non obstante
non attentis eorum quibuscunque diffugiis et friuolis excep:
cionibus aut appellationibus, Quibus non obstantibus po:
ssessionem bonorum meorum Precensium capiant, aut capi
faciant, per eos per quos de more possessio capi consueuit.
Si qua verò in re se grauatos putauerint, nos de eo cogno:
scemus: ac ne quam sibi iniuriam esse factam iure queri
poßent prouidebimus dummodo, ne quid more afferatur
ademde meo nomine possessioni Quod, nisi statim eorum
possessione cesserint tum anthoritate mea Regia poe:
nam decem millium florenorum contra eos decernent, ir:
remißibiliter ab eis exigendorum. Dat in Brzescie
Lithuanico Sabbato in crastino Assumpcionis glo:
riosissime Virginis Marie Anno domini
M. D. XLiiij.

Commissio Sacre
Regie Mtis

Paulus Papa tercius Carolo V.° Romanorum Imperatori

Charissime. Ex edicto Mtis tue. Acta Conventus tui Spiren. cognominius, de quibus cum nostram sententiam dissimulare pateremur nec erga te amor non patitur, tum verò officii et muneris à Deo nobis per Christum co̅mendati ratio in cura universalis Ecclesie, vt aper: tis verbis te admoneamus nos compellit, nec verò parum nos ad hoc monet, graue illud seueritatis diuine in Heli Sacerdote exemplum, in quem, liberos indulgentius trac: tantem et ad eorum peccata conniventem, extat illa seue: ra Dei in hec verba sententia Quia nouerat indigna agere filios suos, nec corripuit eos, Idcirco (inquit deus) non expietur iniquitas domus eius victimis et muneribus vsque in aeternum. Hec quidem dei sententia fuit, quam statim liberorum primum, deinde ipsius Heli repentina et violenta mors consecuta, totiusque posteritatis à Sacer: dotio repulsa, verbum domini verum et ratum fecerunt. Nos verò fili, cum te indigna quedam decreta in Con: uentu Spiren. statuisse ex ipsis actis animaduerteri: mus, indigniora verè designata esse, et talia que si pro: positum exitum (quod deus auertat) consequantur no̅ solum te in certissimum anime salutis periculum addu: ctura, sed Ecclesie paci atque vnitati, cui super omnia studere debemus, maiorem quam qua hactenus laborauit per: turbationem sint allatura: Noluimus sane pretermittere, quin te à deo nobis et honore et amore primogeniti com: mendatum, his meis litteris de tanto tuo et Ecclesie

periculo admoneremus. Quanquam quidem te non vt Heli li:
beros admonendum duximus, quos depravata voluntas
et consuetudo peccandi, indociles prorsus ad rectam discipli:
nam reddiderant, sed vt eum potius qui multorum anno:
rum cursu non abiit in consilia impiorum, quo maiorem
in spem venimus, non frustra nos admonitionem paternam
apud te esse vsuros. Omnia vero fili in eo sunt, si ab
vnitate Ecclesię te abduci non sinas à consuetudine
maiorum tuorum religiosorum Principum non recedas
sed eundem vt debes morem in omnibus quę ad Ecclesię
disciplinam, ordinem et instituta pertinent obserues, quem
multos annos summa cum pietate animi tui sanctifica:
tione coluisti. Is verò est eiusmodi, vt quoties de his
quę ad religionem pertinent disceptatur ad Sedem Aposto:
licam omne Judicium semper referatur, nihilo illo inco:
sulto statuatur. Tu verò nunc fili cum vel de Conci:
lio generali tanquam de remedio omnium opportunissimo
afflictis Ecclesię rebus et ipsius Germanię mentionem
facis, vel de Nationali cuius etiam meministi, vel de
futuro ad proximum autumnum Imperiali Conuentu
quo de religione cęterisque rebus quę ad illam pertinent
tractare promittis. Ita agis, ita statuis vt supprimas
vbique eius nomen, cui diuina et humana approbante
tot seculorum consensu supremam cum cogendi Concilia,
tum statuendi in his et ordinandi quę ad Ecclesię vni:
tatem vtilitatemque spectant, authoritatem dederunt. At
verò neque hęc sola sunt, in quibus conquerimur, Eccle:
się et maiorum abs te morem atque institutiones diuinas
minime seruatas fuisse, sed alia prœterea, et ea quidem
non pauca peracta, iam Conuentus decreta loquuntur:
quę maximè ad pietatem lędunt, et omnem legum ordi:
nem confundunt. Nam quod laicos de rebus spiritualibus

iudicare vis posse, neque laicos modo, sed nullo discrimine
laicos, et damnatorum haeresum assertores, quod de bonis
Ecclesiasticis, et de eorum futuris controversiis statuis.
Quod eos qui extra Ecclesiam sunt et per edictum etiam
tuum pridie damnati, honoribus pristinis in iudiciis ac
tribunalibus restituis: atque haec pro tua et Imperatoria
potestate facis, minime approbantibus caeteris, qui in antiqua
et sancta obedientia ~~praefuerant~~ perseverant. Quid tandem his ad
divinis institutionibus et legibus, quibus perpetuo Ecclesia
est gubernata convenit? qui omnem potius disciplinam
omnem ordinem (sine quo nullus hominum coetus regi potest)
ab Ecclesia prorsus tollunt. Haec vero quo magis ab omni
recta disciplina et consuetudine maiorum sunt aliena,
eo minus nobis persuadere possumus, e tuo ipsius sensu
illa unquam emanare potuisse sed eandem pietatem animo
tuo suppressam quidem ad tempus malorum consiliis, qui
huic sanctae Sedi sunt rebelles, putamus qui si a te impe-
trare non potuerunt, ut quae contra eam volebant facere
saltem ut huiusmodi edictis aliquam abalienati animi
tui significationem dares, abs te contendisse facile possu-
mus existimare. Impetrasse vero tanto magis dolemus
quanto id tibi et Ecclesiae (nisi cito ad te ipsum redeas)
maiori damno et detrimento fore nobis maxime est per-
suasum, id quod non possumus non in dies magis ma-
gisque timere, quo attentius consyderamus quibuscum ami-
citiam inieris. Sine ut inquit Apostolus corrumpunt
bonos mores colloquia prava. Quanto gravius si quis cum
malis coniuncta consilia et foedera habeat? hoc de eo
timendum erat: quamquam quidem non dubitamus sub
specie pietatis, utilitatis, honoris ad haec eos te sollicitasse,
sed nullum prorsus tam malum consilium quod non spe-
cioso aliquo huiusmodi nomine, quasi res preciose se ornet:

Tu verò fili interroga potius patrem tuum et annunciabit
tibi, maiores tuos et dicent tibi. Sic etiam omnes una
voce te ad unitatem Ecclesiæ, atque favorem et obedien-
tiam huius sanctæ Sedis hortabuntur, atque iam pridem,
factis sunt ipsis hortati. Si verò sanctissimum quemque
et in divinis legibus peritissimum consulas, gravissimas
in eos divinæ iræ vindictas proferent, Qui quacunque
de causa, quacunque pietatis specie adducti, summi sacerdo-
tis sibi munera sumere voluerunt. est verò ea maxima,
quam rebelles adducere solent, cum Principes eius Cathe-
dram ascendant, atque ut ius et authoritatem cognoscendi
causas religionis, et iudicandi sibi assumant, hortantur,
Sacerdotum enim negligentiam pro stimulo ad impellendum
eos utuntur, et Ecclesiæ curam in componendis religi-
onis controversiis, et in ordinandis Ecclesiæ rebus in se
suscipiant. Quis enim hoc factum non dignum summa lau-
de iudicet? nemo quidem si factum tantum respiciat sed
ut in domo bene instituta, in qua divisa officia et mune-
ra non licet unicuique suo arbitratu omnia exercere
etiam si singula in suo genere sint preclara: quod qui
tentant, quamuis bono animo id faciant, à patre tamen
familias merito reprehenduntur. quippe qui suo intem-
pestiuo zelo, quod pulcherrimum est in domo, nempe ipsum
ordinem, sine quo nulla domus diutius stare potest, quan-
tum quidem in ipsis est tollunt, et prudentiæ eius qui il-
lam instituit summam iniuriam faciunt. Sic prorsus in
Ecclesia Christi, quæ est domus dei, in qua omnia nu-
mero sunt dispartita, et singula singulis ita distributa
ut inferiores superiorum officiis non fungantur, eo
minus licet ordinem perturbare, quo maiori prudentia
est ordinata Ecclesia, quàm de ulla domo cogitari possit,
estque ea semper gravissima in dei sapientiam atque pruden-
tia

prudenciam iniuria. At non omnes hoc vident, sed nec te etiam adhuc satis videre arbitramur. Caesar quantam iniuriam inferas diuinae prouidentiae, in hac domo Dei, in qua supremum munus Sacerdotibus est commendatum, cum eorum tibi partes et honorem sumis. Nec vero vidit Oza, cum honoris causa, arcam dei curru boum vectam prosequens, illis calcitrantibus, manu admota dum ruinam timet, sustentare voluit. Quis vero hominis hoc factum improbare ausus esset? vel quis non illud potius summopere laudaret, si sacerdotibus absentibus, in praesenti periculo ruinae ipsius Arcae, quam bos lasciuiens (ut inquit scriptura) iam inclinauerat, manum ut eam sisteret, admouerit? Nemo quidem hoc non ut pie factum laudasset, nisi seueritate vindictae minime id sibi gratum fuisse Deus ostendisset. Cuius quidem ultio Ozam statim e vita sustulit, nullam aliam ob causa scriptura testante, nisi quia temere quod ad Sacerdotum et Leuitarum officium pertinet, supplere ipse ausus esset. Tantum vero peccatum in hoc facto fuisse quis unquam cogitasset? Sed ex hoc exemplo deus nos admonere voluit, ne in eundem diuinae irae laqueum incidamus, de quo nunc fili te admonere voluimus, ne vel fallacibus illorum persuasionibus adductus, qui in ore semper habent reformationem Ecclesiae, in tanto non bonum, sed Sacerdotum quasi lasciuientium, currui quorum illa humeris sustentatur, tu manus temere admoueas: est enim hoc Sacerdotum Dei, munus atque officium.

In eundem fere laqueum inciderunt. Dathan et Abyron atque Chore qui egreferentes, in sancto populo, virum prae caeteris dignitate summi sacerdotii fulgore, se tam Moysi quam Aaroni opposuere, cum dicerent, sufficiat vobis, quod omnis multitudo sanctorum est, et in ipsis est dominus

quid elevamini super populum? Licet haec verba contra ambos dicta videantur, tamen Moyse interpretante didicimus omnem eorum indignationis causam, summum sacerdotium Aaronis fuisse, Non enim ubi omnis multitudo est sancta, unum aliquem eminere dignitate aequum esse censerunt. Quam verò graviter haec res displicuerit Deo, insigne in eos divini Judicii severitatis exemplum ostendit, quos terra dehiscens una cum universa suppellectili et omnibus bonis, vivos absorpsit. Haec verò vetera nunc recito, quia (ut inquit Apostolus) in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines saeculorum devenerunt, ut discant omnes si in Sacerdotio quod deserviebat tabernaculo et umbrae, quodque una cum tabernaculo divina providentia statuerat, tantam deus curam ostendit ut ne minimam quidem in ea mutationem ab humano ingenio nullam permiserit: quanto maior reverentia tribuenda sit illis sacerdotibus, qui non amplius serviunt typo et umbris abolendis, sed ipsi verò tabernaculo, quod nunquam transfertur: quantoque minus de mutatione, vel minime ordinationis, quae ad eos pertinent, cogitare debeant: quanto denique graviori et magis intollerabili superbia, putabimus eos in divinam providentiam peccare qui vel hanc confundere vel ad se transferre postulant, vel alio modo de illa statuere volunt, quam longa Ecclesiae consuetudo fundata in testimoniis scripturarum permittit et declarat. Quocunque verò modo, quacunque specie pietatis proposita haec tententur, radicem quidem mali superbiam Deo semper odiosam esse non est dubium: id quod maximè declarat Oziae Regis exemplum in quo simul et radicem huius mali, et gravem illius vindictam scriptura nobis exprimit. Hic autem Rex alias

laudatissimus: idque testimoniis scripturae in hoc tantum su:
perbiae arguitur, quod incensum thimiamatis ad altare ado:
lere voluerit. Quis vero hanc voluntatem non piam po:
tius quam superbam iudicasset? Sed spiritus Dei in scriptura
cum ad huius facti narrationem perueniret, Eleuatum
inquit, est cor Oziae, in quo vero eleuatum? nempe quod
alieno ministerio fungi voluit, de quo postquam à Sacerdo:
tibus esset admonitus nec illis paruisset, statim à deo lepra
est percussus. Haec vero nunc charissime fili recensemus
vt intelligas, si superbum fuit Oziae factum in adolendo ince:
so super altare thimiamatis, quanto superbius esset hoc tandem
adolere incensum super altare corporis Christi, caeteraque quae
religionem ipsam comitantur persequi. Quid autem an nō
putas hoc incensum esse coram Deo, leges de religione san:
cire, Est quidem incensum, idque omnium Deo gratissimum
(nullum enim tibi persuade, odorem Deum gratius susci:
pere) sed non est tuum munus Imperator illud, sed est
Sacerdotum domini, Est nostrum imprimis, quibus deus
potestatem ligandi atque soluendi dedit. Vide vero in
quam tu partem templi irrueas, cum hoc tibi ministerium
sumis. Non quidem in Atrium aut in sancta vt Ozias:
non enim tantum sanctum est hoc factum, sed sanctissimum.
Cum ergo prudentia tua huc tu penetras, in domum domini
tu penetras, et in sancta sanctorum atque ipsum corpus Christi
penetras eius officium tibi arrogans.

NEc te excusat quod sanctum sit factum, vel quod non per:
petuas sed ad tempus, hoc est, vsque ad futurum Concilium
duraturas leges laturum te esse dicas, vt enim id per se
pium sit, tamen in eo cui deus hoc ministerium non dedit
maxime est impium, sumis enim tibi eam personam, quae
proprie est Dei, cui soli de Sacerdotibus iudicium relin:
quitur

relinquitur: quam ne ad tempus quidem cuiquam sumere licet. Dei enim vox est ad malos sacerdotes. Ego ipse (inquit) super pastores requiram gregem meum de manu illorum: quod et suo tempore penitus facturus est Deus. Ita si quis interim quasi de manu eius praeripere hoc tentauerit, is semper pro tali ausu poenas grauissimas dedit, velut cõtra nullo unquam seculo intermisit certis quibusdam signis testari illos maioribus gratiis, cum internis tum externis et omni genere honoris dignos esse, qui augendo et ornando sacerdotum genus Ecclesiae suae unitatem ac principẽ sedem auxilio et gratia fouerunt, ut in Constantino magno, in Theodosiis, in Carolo magno accidisse videmus, quibus nulli unquam Christiani Imperatores, vel diuinis gratiis vel victoriis illustriores fuere. Contra verò Deus eos qui sacerdotibus resistere, non solum passus est in omne genus turpitudinis labi, sed saepè et insignibus quibusdam poenis, in testimonium diuinae irae suae castigauit. Nec verò nunc de illis loquimur, qui Ecclesiam adhuc nascentẽ extinguere conati sunt, Neronibus, Domitianis et eiusque generis reliquis, sed de illis qui illam persecuti sunt iam adultam aetate, incipientem in principes authoritatem sui muneris exercere, postquam iam constituta et confirmata est Petri Sedes in oculis omnium Principum. Qui verò huius authoritati restiterunt, à Deo sic castigatos constat ut manifeste appareat, quàm grata sit ac semper fuerit Deo huius Sedis obedientia. Contra autem quam ingrata et odiosa in eandem inobedientia. Primum enim ex Imperatoribus, qui in apertam defectionem et contemptum huius Sanctae Sedis coepit legimus fuisse Anastasium, quem à Gelasio Pontifice Romanorum admonitum, ne Acacii Epi Constantinopolitani à Sede Apostolica damnati partes foueret. Quando nec monitis eius paruisset

et Hormisdæ eiusdem successoris Legatos ad eum ea de cau=
sa missos vt à communione cum hæreticis desisteret, conte=
ptè primum auditos contumeliosius dimisisset, diuina tandē
vea fulmine è vita sustulit. Sequuntur huius impieta=
tis successores, sed per internalla multi alii Imperatores, qua=
les fuere Mauricius constans secundus Iustinianus Con=
stanti Pogonati filius, Philippus Leo. Sed hos numera=
re longum esset, qui diuerso quidem genere mortis, sed
omnes aut violenter aut ignominiosè spoliati antea Impe=
rio, et omni dignitate perierunt, vt manifestè appareat
in eis vltrix inobedientiæ vindicta diuina, quæ series
vsque ad Henricum illum perduci posset, qui cum grauissimè
Sedem Apostolicam vexasset, tandem eum à filio suo captum
Leodii vltio diuina in carcere mori iussit, iustissima
quidem inobedientiæ pœnam ab ipso repetens, vt à filio
castigaretur, qui eum quem patris loco diuina ei proui=
dentia in Ecclesia constituerat, tot modis vexauerat
eiusque authoritatem neglexerat: id quod et de Friderico
secundo, dici potest, nisi quod infoeliciorís mortis genere
est sublatus, qui filio suo ipso carnificis munere fungēte,
strangulatus interiit. Tametsi non omnes Deus hoc
modo rebelles castigare soleat, quandoquidem nonnullos
sic desyderiis suis frui permittit, vt quod ad extremam
castigationem attinet impunè peccare, et in magna re=
rum omnium affluentia quasi foelices viuere videan=
tur, id ea ratione factum à diuina prouidentia sancti
patres piè existimarunt, ne si omnes hic impii casti=
garentur nullum aliud tribunal diuinæ iustitiæ re=
liquum esse homines iudicarent Quosdam ergo hic
in aliorum exemplum Deus vt iustus agnoscatur
apertè castigat: quosdam verò hic dum castigare dissi=
mulat, ad tribunal summi futuri seuerius iudicandos reseruat

nullum verò peccatum impunitum dimittit divina iusti:
tia Ea autem omnium est gravissima castigatio, cum
hi qui Deum gravissimè offendunt, impunè id se facere
existimant: omnes enim tales caecitate mentis sunt percussi
et in passiones ignominiosas ac reprobum sensum traditi
quae certe propria impiorum flagella Apostolus enumerat
Cum autem haec omnibus impiis sunt communia, tum
verò maximè illorum propria qui suam impietatem in
oppugnanda Principe Sede, in Ecclesiae unitate scindē:
da exercuerunt. Hoc quidem in quibusdam animadverti:
mus, qui quo pluribus, dum sanctam erga illam obedientiā
servarunt virtutibus splendere sunt visi, eo magis post
impiam ab ea defectionem in prodigiosas animi passiones,
avaritiae, libidinis, et crudelitatis fuerunt traditi, id
quod Anastasio primo, de quo supra mentionem fecimus,
evenisse historiae narrant.

Similibus verò exemplis in hac mea aetate utinam quidē
caruerimus nec verò in singulos tantum homines haec
ultio divina castigans eorum inobedientiam erga hanc
Principem Sedem, est peragata: sed in nationes etiam
et provincias, in quibus videmus, quod gravissimè omniū,
hii sunt castigati, qui Christum domini habere recusarunt.
Proximum miseriae locum eos sortitos esse qui Vicarii
Christi authoritati restitere. Duas verò nationes à Deo
inprimis castigatas atque afflictas videmus, quae olim
florentissimae fuere: quarum una pertinax in negan:
do Christo permansit: altera aliquandiu cum Vicario
eius prae caeteris omnibus contendit. illa est Judeorum,
qua nulla maiori miseria est oppressa, haec verò Grae:
corum, quae proximè ad Judeorum miseriam accessit, quum
proximè ad eorum impietatem accesserat. Quare si Christus
ipse in caeteris Imperatoribus, Regibus, populis, et natio:
nibus

nationibus, nunquam multam Vicarii sui spectatam authori:tatem, ea interim perpetua successione conservata: si tum se:veris iudiciis eorum inobedientiam castigando odiosos ff sibi fuisse huiusmodi conatus ostendit. Quanto tu te Caesar (quod deus avertat) si hanc impugnares cum apud deum tum apud homines, hoc odiosius iudicaretur, qui ex illis Imperatoribus originem ducis, qui non plus honoris Sedi Apostolicae detulerunt, quam ipsi ab ea acceperunt.

At neque haec charissime fili scribimus quasi nullo modo nobis persuaderi possimus, huiuscemodi te consilia in animo rata et confirmata habere, sed ut amans patris salutis filii et honoris, ac de utroque sollicitus, simul atque edictum ipsius Spirensis Conventus vidimus, te admonendum duximus, eo quidem gravius quo magis exploratum periculum in quo versaris habemus, denique si pluribus dissuasimus, ne in disceptationes super his quae ad reli:gionem pertinent componendam, Ius tibi et authoritatem sumeres non ob id scripsimus, quod disceptationes componi non maxime optaremus, qui (teste mea conscientia) ut hoc rite fieret, vitam et sanguinem libenter fun:deremus. Sed ut exemplis cum e divina scriptura tum ex Ecclesiasticis historiis citatis te admoneremus, ne quod ad tantum ministerium non pertinet, ipse tibi ar:rogares, et pro tua et imperatoria authoritate iube:remus, sed potius in Constantini Magni, servi dei ma:ximi ac foelicissimi Imperatoris exemplo te horta:mur, quod tunc facimus, ut eos primum suo iudici et suis iudicibus, iudicandos et corrigendos relinquas. Ille vero cum rogatus esset et ab ipsis sacerdotibus, ut in eorum disceptationibus, se iudicem praeberet, id pror:sus recusavit cuius verba in hanc sententiam ab historia:

rum

scriptoribus qui adfuerunt citantur. Deus vos constituit sacerdotes et potestatem vobis dedit de nobis quoque iudicandi et ideo nos a vobis recte iudicamur, vos autem ab hominibus non potestis iudicari. Dei solius inter vos expectate iudicium ut et vestra iurgia quecunque sint ad illud divinum reserventur examen. Haec ille magnus non tam Imperio quod erat maximum, quam pietate et ceteris virtutibus dixit. Cui te Caesar in omnibus persimilem cupimus et optamus.

Quod vero pretefers studium et desiderium, ut componantur controversiae in religione et ut aliqua disciplina morum in universa Ecclesia renovetur. Te in hoc quidem magnopere laudamus et abs te petimus, ut in hac operam tuam prebeas ei cui Deus curam huius ministerii commisit. ut enim te tanquam caput in rebus huiusmodi tractandis minime ferendum censemus, ita tanquam Brachii accommodatissimi, tuam imprimis operam desyderamus. Hoc vero nostrum desyderium fecit, ut ad omnem quamque spem cogendi concilii Oecumenici, non solum non semper promptos nos prebuerimus ad illud indicendum: sed ubi vel minima spei scintilla illuxerit, cogi posse, eo statim Legatos miserimus, quemadmodum eius ultimo loco etiam fecimus, quanquam non cum eo fructu quem assidue optamus. Sed maluimus sane omnia tentare quam vel minime occasioni deesse quam a divina bonitate semper expectamus.

Cum autem universalis Ecclesiae utilitatis causa, Concilium fieri summopere cupimus tum vero precipue illius inclytae nationis Germanicae, quae iam pridem discordiis, in his quae ad religionem pertinent, plurimum vexata dissidet cuius saluti (et tua etiam utilitas

fatetur) commodissimè per generale Concilium oppitulari
nos posse semper sperabamus. Horum autem consiliis qui
iam ab hac Sede sunt damnati, te usum esse (quod nunc
conquerimur) non ob id quidem conquerimur quod semper
hos remotos à tua amicitia esse cupiamus: aut nec id
optamus quia semel damnati, ut semper damnati maneant
(testis enim nobis est Deus) quod nihil magis in votis
habeamus, quam ut oves perditas ad dominicum ovile redu:
camus, et ut illam Nobilem provinciam universam in
fide et religione cum capite et reliquo corpore in omni
amore à te amicitia coniunctam videamus. Idque ob eas
quas diximus causas sed tu nunc dum hi in discordiis
cum capite et reliquo corpore manent, de his qui tales
sunt loquimur, dum per ipsam Ecclesiam, dum per edi:
ctum etiam tuum damnati, eorum amicitiam pluris quam
par est facis, dum indulgentius eos tractas. Cum haec
tamen tua indulgentia et praedictorum edictorum decla:
rationes, separatim à te factae, non solum hactenus illis
non profuerint, ut ad saniorem mentem redirent, sed
potius quod tibi ipsi compertum est, occasionem dederint
ut insolentiores sint facti, et ad occupanda vicinorum
bona animosiores, dissidium certè ipsum maius hoc fa:
cere quam tollere videris, sed haec quia ad meliorem for:
mam non his quidem viis alienis ab omni more et
consuetudine maiorum, atque ab ipso iure divino: sed
per generale Concilium optimè perduci posse semper in
domino speravimus, et nunc etiam speramus Ideo nos
plus illius illius provinciae commodis quam ullius alteri:
us consulentes ad Germaniae fores Tridentum usque
Legatos nostros miserimus, sed vocavimus, et non erat
qui audiret, venimus et non erat vir. Verum nec
propterea destitimus, sed adhuc vocamus et clamamus

ad te, et ad caeteros Principes clamamus vere cum Pro:
pheta Dauide, Venite ploremus coram domino: nec enim
aptius principium Concilii esse poterit, et cum Danie:
le oro pro peccatis meis et populi accenso, confiteor,
obsecro, domino peccauimus, iniquitatem fecimus, impie
egimus et recessimus nobis confusio faciei, Regibus
meis Principibus meis, et patribus meis, quia pec:
cauimus tibi autem domine misericordia et propitiatio.
Ad tale ergo te Concilium conuocamus, in quo Angelos
ipsos assessores habere speramus, qui si super vno pec:
catore poenitenciam agente gaudent, quanto magis
super vniuersa Ecclesia, cuius ipsi pares sunt ad poe:
nitenciam congregata gaudebunt. Huc accedit quod
saluti Christiani populi ab imminente potentissimo et perpe:
tuo nominis Christiani hoste Turcarum Tyranno alio pa:
cto nisi per Christianorum coniuncta in fide et charitate au:
xilia consuli posse non videmus. Quare sterne viam dile:
cte fili ad tale Concilium, hoc enim tui muneris proprium
erit. Sternes autem, si vel pacem reddas, quantum in te
est, Christiano populo tantopere ab omnibus expetitam, vel
saltem arma cohibeas, cum Ecclesia in Concilio congregari possit
vbi aequius est iure quam per vim vestras disceptationes deci:
di. Hoc vero tu et caeteri Christiani Principes quos etiam
atque etiam de eadem hac re admonebimus, praesertim vero
eum quo cum bellum geris, si faciatis, iam Concilium adest
iampridem enim indictum est, neque vero abruptum est, etsi
bellorum causa in commodius tempus dilatum. Itaque huc
charissime fili incumbe et hanc laeticiam primum populo
Christiano, qui iampridem intestinis bellis est attritus
redde: deinde vero nobis, qui te nihil charius in terris
nos habere indicamus, qui primogeniti apud nos in amore
locum tenes, idque specimen in te diuinae virtutis praebe

ut non modo patrem te pie monentem non auerseris, quod
faciunt hi, quos Deus in signum abdicationis suis desyderiis
tradit, sed ut eundem ad te tanquam Deo iubente, tali tē:
pore missum, qui labantem sustineat et magno tuo salutis
periculo liberet, omni pietate amplectaris, eius vocem li:
benter audies, monitis obtemperes, satis vero obtempera:
bis si cum te a semita sarcata ut appellat Propheta,
que eadem est Regia via, maiorum tuorum religi:
osissimorum Principum, humana consilia ut hominem
deflectere potuere, huc statim, de ea qualis sit, admonitus
diuinam indolem praeferens redeas, atque ita in animum
inducas nullum ut in his que ad religionem pertinent,
tibi Jus et authoritatem vendices, si diuina institutioné
et Ecclesie consuetudinem sequeris ab ipsis Conuentibus
Imperialibus a quibus absunt qui authoritatem de huius:
modi rebus cognoscendi habent, omnes de sacerdotibus
atque religione disceptationes prorsus excludas et ad eorum
proprium tribunal reiicias, si de bonis Ecclesiasticis quo:
rum Judicium ab ipso domino, cui sunt consecrata, sacer:
dotibus relinquitur et commendatur, ipse nihil statuas,
sed positis armis aut paci studeas, aut si aliter pax con:
ciliari non potest Concilio generali iudicandi de his
que tam perniciosa bella in populo Christiano tamdiu
aluunt potestatem facias. Si denique ea que per nimiam in:
dulgentiam rebellibus huic sancte Sedi et contumacibus
concessisti, ipse rescindas ac tollas.

Hec nunc charissime fili potissima sunt, que tuam ipsius
animam in magnum salutis periculum adducunt, et Ecclie
pacem magis magisque perturbabant facile videre potes,
nisi per te quamprimum his malis remedium adhibeatur:
quod te facturum speramus, in quas nos sis angustias com:
pulsurus

compulsimus, ut aut officio aut muneri nobis à Deo per eius filium dato, adesse cogamur, cum maximo Ecclię detrimento, aut tecum severius agere, quàm vel consue; tudo mea, vel natura vel voluntas ferant, Quanqz officio quidem deesse in tanto Ecclię discrimine, nec de: bemus prorsus nec volumus, quantum per eius gratiā cuius vices (licet indigni) in terris gerimus, de no: bis polliceri possumus, insidet enim in animo et ob oculos nobis obversatur illud idem de quo principio diximus divinę severitatis in Heli sacerdotem exemplum, quem non ob id quidem damnatum legimus, quod à filiis cor: ripiendis prorsus abstinuerit (corripuisse enim eos satis ex scriptura constat) sed in corripiendo, ut inquit diuus Hyeronimus, lenitate patris, non authoritate Pontificis sit usus.

Nos verò hactenus tua pietate et filiali obedientia confisi quę sola potest, id quod maximè optamus, partes Pontifi: cis castigantis nobis prętidere, lenitate patris, integris propè adhuc rebus usi sumus, quibus ex edicti forma transactis (quod deus avertat) in Heli exemplo satis vidimus, in quam nos necessitatem sis adducturus, quare tecum considera Caesar, quid te magis deceat, quid ad tuū imprimis officium erga Deum et Ecclesiam magis pertine: at, Quid honori et rebus tuis magis expediat, an ut bra: chium te meę senectutis in his quę ad unitatē Ecclię procu: randā pertinent praebeas, an potius illis faveas per hanc semel ruptam in plures adhuc partes scindere miserabiliter, laborant et optant Deus pacis pro sua immensa misericordia tuā autem ab iniquorū consiliis liberet ac pacis consilia in tuo corde confirmet, ut unanimes uno ore honorificemus Deū prem per Jesū Chrm cui cum sancto Spu sit honor p aeterna secula amen Datū Romę apud Sanctum Marcum 24^a Augusti Anno 1544 Pontificatus mei anno 10

Paulus Papa Tercius Carolo V.o
Romanorum Imperatori

Quę in recessu à Spira tanquam acta reliquisti dilecte fili ma:
gnam profecto multis admirationem nobis autem et ingentem
ingesserunt qui de Imperatore Augusto multo diversa ab
illis et meliora sperabamus. Vt enim ipse facile agnoscas,
quid secundum fidem et religionem quam Deo debebas, per:
peram egeris quod non mei muneris esse nescimus, obsecra:
mus te pro paterna atque erga te peculiari dilectione nostra
vt querelam atque expostulationem meam, et iustam et necessa:
riam patienter audias.

Concordiam et pacem inter Germanię Principes primum
intendere exponis. Hactenus rem sane bonam ac peroptan:
dam modo non fuerit illa pax, quam dominus non venit
in terram mittere, sed exturbare, Subdidisti id fieri mi:
nime posse, nisi quę sunt fidei ac religionis inter illos
controversia simul componerentur, et hoc non abesse à
veritate existimamus. Adiecisti nec per te stetisse quo:
minus legittimo, libero, ac generali Concilio hac esset
iam diffinita, quo in loco nescimus an subdole nos
dissimulare volueris, quod satis ipsa reliqua gesta vi:
dentur pretendere, tanquam per nos steterit, ne tale Conci:
lium haberetur. Quod quam sit veritati proximum, in
promptu est coniectura, cum iam ab exordio assumptio:
nis nostrę, fere continuum de habendo Concilio tracta:
tum habuerimus, nec umquam detrectaverimus quin sepius
ac tribus in locis indixerimus, et novissime Tridenti,
vt postulationi tuę satisfaceremus. Quod autem per te:
porum calamitates hoc contigerit, flagrante universo

orbe Christiano discordiis ac bellis, ne usquam cogi potu-
erit. Remedium interim Christianorum animis exacerba-
tis. Qui non perspicue cernit profecto in luce meridia-
na caecutit, forte nos esse in causa quod in huiusmodi
bellorum incendia vigueruit quisquam obiecerit, scilicet,
quia toto tempore Pontificium nimmis obiuimus, nihil
acceptius curavimus, quam ut videremus pacem tandem
diebus nostris ita ut nec annis nostris pepercerimus, gravi-
ma itinera, et in hac grandaeva aetate admodum peri-
culosa, accipientes saepius et ut testimonium advocare
nobis valeamus universum orbem, non solum non quic-
quam per nos actum esse, quo haec inter nos odia exercerentur
tur, verum econtrario acta multa ut potius extin-
guerentur quod te praecipue Caesar minime latet.

Hoc autem videamus quo facto tu Imperator res fidei ac
religionis ac tanti ponderis controversias componendas esse
in tuo isto a Spira recessu diffinivisti, primum Nationale
Concilium spopondisti, ut ibi hae de fidei nostra dignitatibus
controversiae dirimerentur, quem ausum, quae omnia pru-
dens ex hac natione ac sapiens non admiraretur? Tu
quod illa tibi et nationali Concilio arrogaveris, quae mi-
nime gentium ad vestram agnitionem et Iurisdictionem
pertinent, tu vel maxime, quod attentaveris, quod scire
poteras per legatum nostrum dilectum fratrem recolendae me-
moriae Casparem Contarenum, vobis esse et nostro nomine
et speciali mandato vivis item rationibus interdictum
Namque tibi ad eum primum spectare, qui Christi vicem
in terris gerat, iam ex innumeris sanctorum patrum
sententiis atque gestis poterat esse perspicuum praeterea
quae tibi videlicet, causa nationali Concilio poterit esse
absque nobis ulla determinandi facultas, ea quae ad fid

et Christianam viam et Ecclesiasticos ritus pertinerent, cum et istic pene cuncta sint violata, perturbata, confusa et in praeiudicium factum adversus veritatem. Nemini nisi Petro dictum fuit Rogavi pro te Petre, ne deficiat fides tua, et tu aliquando conversus confirma fratres tuos, et cum ita haec se habeant quam latissime pateant, tu tamen Caesar praesumpta authoritate (quod tua pace dictum velimus) declarasti quaecunque erunt ibi determinata et rata fore usque ad generale Concilium, ita ut si forte, immo si non forte sed iam certe quae factio Luterana ibi procul dubio praevalitura mordicus tenet, et omnis vere pius atque Catholicus execratur determinare: tu ea tu statuis esse rata adeo incircumspectus, ut prius approbes quam scias esse probanda, immo postquam probabiliter noveris improbanda, tu tamen illa rata esse constituis. At vide quomodo hanc tibi arrogare authoritatem possis vel statuendi vel approbandi contra fidei veritatem qui neque ullam habes licentiam fidei veritatibus absque nobis. Cum te deceat audire non docere et iam statuta probataque recipere non statuere aut probare. Cum et illo gladio, quem per nos accepisti, adeo tueri atque defendere usque ad sanguinem, et non adversariis partibus quovis modo adhaerere aut favere, nam eiusmodi audere quae tuandes, quid est aliud, quam Ecclesiam miserabiliter scindere, immo et turpiter et infoeliciter ab ipsa Ecclesia temetipsum gratis scindere et segregare et reliquam Germaniae partem quae Dei gratia hactenus a tanta labe permanserat incontaminata uno exemplo tecum in idem baratrum erroris adducere ut relicto fonte aquae vivae, converterentur ad cisternas dissipatas. Nos autem qui haec iterum fieri per Imperatorem videmus quanto putamus

maerore afficiamur et per eum Imperatorem Carolum cui Deus tanta dedit, tanta credidit quanta post primum Carolum nemini alteri, quae et nos tibi servari et adhuc multo maiora cum Dei benedictione augeri, ut sis perpetuo Augustus magnopere cupimus. audimus enim libenter atque docemus, quae sunt Caesaris Caesari modo et tu libenter audias et observes, quae sunt Dei Deo serventur Non autem abs te praecipiantur, cuius potissimum erat, si ab alio vindicarentur vindicem esse Si enim tu qui iura Caesaris esse putas tanta cura tantaque militia tuearis et vendicas existimas Deum omnipotentem non sua tributum, aut non vindicaturum? Si quis autem, etiam si Caesar, acceperit, an non cogitas fidelium animas quas baptismo regeneravit Ecclesia in spem vivam et suo sanguine Jesus Christus redemit, esse ipsius Dei, et peculium ipsius Christi: porro earum curam numquid Caesari demandavit? numquid Caesari dictum est Pasce oves meas, an vero Petro? et in eius persona cunctis successoribus suis? Haec sunt fidei meae fundamenta, quae qui ignorat, certe cum aberret in foribus, non putamus esse domesticum Qui autem violat etiam hostem experimur, cum qui eiusmodi est, ea quae Dei sunt sibi ut fur et latro surripiat: quae tibi Caesar non convenire ea tantum ratione putamus, quod haec non a tua mentis bonitate sed per surreptionem aliquam malignorum abs te obtenta atque extorta esse existimamus. Quod recte nobis probabit Caesarea circumspectio, si quae perperam acta viderit, protinus ut speramus revocaverit. Ita illud quod in eisdem actis abs te praesumptum perspeximus quantum possimus iusta reprehensione prosequimur: cum timet ille Caesar qui in Augustensi colloquio

Imperiales in eas leges vigere decrevisti, tum itaque ille-
met Caesar, si modo nunc ille idem quaecunque abs te
recte rite, ac magnifice pro Christiana religione gesta
fuerant nunc novo Concilio revocasti ac reprobasti, quod
tamen adeo improbum factum, cum omnes pii qui sunt in
Germania detestarentur? ut mitiore minusque inhonesto
vocabulo lenires, ne in modum religiosa pectora exul-
cerares, suspensionem vocas, quam nos abrogationem
penitus interpretamur, cum quae in Nationali Concilio
probanda sunt facile quisque valeat diuinare, qua
in re quis summopere non admiretur te illud egisse, qui
quod nulli hominum magis quam tibi contumeliam fe-
ceris et detrimentum, nullumque magis quam te ipsum dam-
naveris, si enim quos iam haereticos censuisti nobiscum et
iudicasti, etiam nunc eos tales putas, nulla erit tibi
profecto causa, tuam revocandi aut suspendendi senten-
ciam et Imperatorias leges ne in eos vigeant, cum
tanto magis et nunc haeretici sint, quanto pertinaciores
tanto tempore in sentencia perstiterunt. Sin autem eos
nunc haereticos inficiaris, a te ipso recedens tuamque se-
tentiam damnans non aliud magis, nisi quod te manifeste
declares te in eorum aggregare societatem, et illam fidem
profiteri, quam scelerata et adultera illa factio pre-
dicat, et quam Sedes Apostolica cum omnibus Catho-
licis Ecclesiis anathematizat quod quam sit gloriosum
quamque illo culmine Imperatorio dignum, tue prudentie
tranquilla mente cogitandum relinquimus.

Nos enim tremendum et maxime perhorrescendum tibi exi-
stimamus, non ob inuidiam honorum tantum, apud quos
bone tue fame dispendium patieris, nec ob nomen quod

transmittis in posteros, quod in eorum historiis qui gesta huius seculi enarrando inter eos te ennumeratum perspiciet, qui haereticorum fautores et Ecclesie dei sanctae persecutores fuerunt, et infoelices exitus habuere, verum ob Judicium Dei, de quo diuinum illud verbum audimus potentes potenter tormenta patientur. Quod si vitam meam quoquo modo à Dei visceribus disiungi contigerit, et illis per te periclitaremur, daremus hoc forte Caesari, non obstaremus, dissimularemus at cum fieri nequeat ut contempta authoritate despectisque Judiciis meis, non simul et Dei authoritatem despicies? Jam nobis dissimulare non licet, sed expostulare cogimur atque admonere, ut coeptum pessimum meliore consilio retractes irritumque facias, nec in te iram dei de terra prouoces et de caelo (attende) oramus te atque in domino obsecramus, quod ex ore meo summus tibi deus praefatur quid enim miri, si Pontifex de Cathedra intonans profiteatur? Ego inquit dominus Deus exercituum o Caesar ego sum qui sum, per me Reges regnant et potentes decernunt iustitiam, et in manu mea cor Regis: meumque est et dare et auferre, ac pro arbitrio transferre Regna atque Imperia. Ego qui noui super Aspidem et Basiliscum ambulare, et conculcare Leonem et Draconem. Ego qui aufero spiritum Principum, terribilis in Reges terrae regens in virga ferrea et quasi vas figuli confringens eos, et nunc ô Caesar intellige et audi, qui iudicas terram, recole maiorum tuorum gesta, ac exempla, qui illam ascenderunt celsitudinem in qua tu es, considera iam tristes eorum exitus qui ad impietatem conuersi, meam Ecclesiam sunt persecuti.

Non eos tibi commemorabo, nec aliud quicq[ue] obijciam, nisi ut
in mentem redigas, quam ob causam ego imperium ad Ger:
manos à Graecis per meos vicarios transtulerim, eaq[ue]
gentem despexerim. Hoc tibi magis commentarii loco be:
nigno commemoratum. Haec ipse Christus tibi insinuat per
os meum, dilectissime Carole, cuius vocem te vehementer
velim non obaudires, nec frustra iactam esse interpre:
teris. Nam cum Schismatico Rege et Catholicae Ecclesiae
hosti acerrimo inisse foedera, qui te insigni iniuria
affecerat, Reginamq[ue] amitam tuam veram eius
uxorem tanq[uam] Concubinam et secum adulteram infa:
do repudio a se segregans quam perhorrendo scelere
Romana Sedes, et te postulante et reclamante, dã:
navit, pragmaticam in Regno Hyspaniae tua auto:
ritate Augustensem suam sentenciam, et aliorum q[uo]q[ue] Imperi:
orum sanctiones sanxisse, nuper renovasse nationalem
Synodum haereticis permisisse, et eius acta antequam appare:
ant rata nihilominus fore constituisse, denique nullum uni:
versale Concilium futurum, nisi quod celebratum fuerit
in Germania, nulla est mei nominis authoritatisq[ue] facta
per te mentio quasi nihil ad nos negocia religionis per:
tineant. Quis adeo prorsus stupide mentis non sentiat
quid haec sibi velint, sunt enim certa nimis indicia, quod
ad partes Ecclesiae hostiles defecisti. Quod dum memora:
mus et in gratiam contremiscimus, et stupore quodammodo
cogitamus, hoc ab illo Imperatore Carolo emanare,
qui tantae fidei ardorem in omnibus suis actis antea prae:
seferebat. Dices atq[ue] ego detuli generali Concilio, si
quod liberum et Christianum fuerit, verum nunc locum
adijcis, scilicet in Germania, duo nobis in gratiam haere:
ticorum significas, alterum quod nisi in Germania cele:
bratum fuerit, non queat esse liberum et Christianum

Alterum verò quod ubi demum Christianum et liberum, ubi
maximè Lutherana factio viget et præstat cæteris ut illud
iuxta unam mentem liceat interpretari, Christianum esse
quod Lutheranum fuerit. Nonne sentis Cæsar, nonne
sentis spicula veritatis acerba et nihil ad salutem, fa:
cientia, si resipiscas. Nam rursum quæso quid putas,
meditari ais te velle generale Concilium, hoc si verè
et ex animo cur illis permittis nationale? cur? et hoc
præscribis si solum modo in Germania habeatur? cum
ita Tridenti fuerit per nos indictum, cur de illo verbum
nullum? et tamen si ita necesse fuerit, ut alibi in Ger:
mania celebretur Concilium, fidentes in domino non
abijciemus, modò illud reliquum conveniat, quod suo iure
vera concilia deposcunt, videlicet ut liberum sit Christia:
num, cum sit scriptum non sedere cum Concilio vanitatum
et cum iniqua gerentibus non introibo odivi Ecclesiam
indignantium et cum impiis non sedebo Tu ergo vide
an liberum ibi esse possit, ubi ad arma concurritur, et ibi
Christianum, ubi Christi vicarius dicitur antichristus,
et tamen ibi nihil est. Christi nisi ostentationis ac præ:
textus gratia, nuda vox. quanquam hac contumelia, si
me solum peterent eius exemplo qui etiam quod dæmonium
haberet insimulatus est, mansueto animo ferre deberemus:
at quia blasphemiam habet in se contra dominum (cuius
licet indigni vicem gerimus) ob istam gratiam, nec à nobis
accipienda est, neque à te patienter ferenda, cui dedit gla:
dium deus, ut non frustra portes, sed in Christiani nomi:
nis defensionem, non ad Christi sanguinis effusionem.
Nollemus Cæsar duris ullis verbis pectus tuum exul:
cerare, et tamen veritatem conticere non possumus, ad
quam si æquo animo suspirias, erit tibi profectò salutaris
Ita enim si cœpta persequeris, ea certè facis, quibus præclari

quecunque gessisti magnopere observantur, coinquinatur no:
men tuum, nota sempiterna maneret. Quid ignominio:
sius tibi magis? quidue maiorem conflare potest invi:
diam? quam quod dicatur Imperator Carolus Lute:
ranus. Quocirca tuum nunc erit dilectissime fili Ca:
role consulere nomini tuo et providere saluti et vocem
patris audire sedulo ac paterno amore monentis, nec
in tua et confederatorum quanta uis potencia fidere: cum
omnis humana sub Deo dei omnipotentis comparata cum
non est potentia sed infirmitas. Nos autem, ne quid
habeas unde conqueri de nobis possis, pollicemur tibi
animum meum ad omnia, quecunque petieris, promptum
esse modo divina autem non lædant. vis Concilium?
nec ulla per nos imponetur mora quin fiat, vis illud
in Germania. nec id abijcimus, modo queat esse ibi
liberum et Christianum. ut enim sit Christianum, non
oportet illuc hæreticos admisceri tanquam pars sint ulla
Concilii, qui iam non sunt et seipsos segregaverint.
Qui autem sint eiusmodi non sunt Caesaris aut alte:
rius cuiusque id cognoscere et declarare, sed meum, qui
id Iudicii accepimus ab ipso Chro. At vero ut sit
Concilium liberum, tuum erit hoc facere, quod et
fiet si iusseris arma deponi, si animum inclines ad pa:
cem, aut saltem ad Inducias fideles, et ad pacem pre:
mias. Interim omnis causa nostræ controversiæ ad
cognitionem sanctæ Synodus remiße, has leges et
conditiones, quæ sunt æque et sancte ad pacem faciunt,
si tu recipis pacem, certe reddideris orbi, Sin autem ut
hactenus apud dei maiestatem excusabimur, quod te
paterne admonuerimus, et quæ tibi adversa erunt pro:
phetaverimus, ut minus acerbus futurus sit tibi lu:
ctus, si forsitan quod minime vellemus paternas spreveris

admonitiones meas. Nec minus tamen, que nra erunt partes, cum omnipotentis Dei auxilio ac fauore vt mature meditabimur, ita et magno et firmo animo exequemur.

Responsum nuncio Alberti Ducis Prussie Asswero datum in Brzesczie Lituanico 17 Augusti 1544 a Sigismundo rege Polonie

Sacra Mtas Regia, que fuit Illmi domini Ducis verbis ei renunciata, abunde intellexit, quod tantas agit gras Illtas eius de Nuncio ad Imperatoriam et Regiam Romanorum Mtes misso, qui tanta cura et diligentia odiosum illud proscriptionis decretum induicendum et antiquandum curauit, fecit hoc Mtas eius pro officio suo, factura eciam est deinceps, que ad causa hanc optato fine terminandam putauerit pertinere, neque nisi perfecta re conquiescit, neque enim Illmi domini Ducis magis quam ipsius Regie Mtis res agi videtur, que si ita eciam esset Illmi domini Ducis propria, vt nihil ad Mtem Regiam pertineret, pro ea tamen sanguinis coniunctione, que est inter Mtem Regiam et Illtem eius, factura esset nihilominus oia quibus rationes illius stabiliri possent, quibus Mtas eius nunquam est defutura. Porro quod Illtas eius aduersa valetudini Sacre Mti Regie, qua tum fuit affecta, cum essent eius subditi contumacie rei promiciati amanter, adeo dolorem suum impartiuerit, agnoscit in eo Mtas eius, illius erga se studium singulare

quod illi non mediocriter gratum accidit. Quod vero, innuit
petit an antiquari quod latum est in Comitiis in Contuma:
ciam decretum de eo non habet quod in presentia statuat
Matas eius, cum et extra Regnum sit, et quod in Comitiis
constitutum, id extra Comitia resciendi et abrogari phas
non sit. Caeterum ubi proxime Comitia Regni Matas
eius habitura est, si tum per Illtem eius fuerit admo:
nita non modo de contumaciae decreto hoc verum et de uni:
versa appellationis negocio cum Regni sui Consilia:
riis deliberationem suscipiet, quodque Juri fuerit
et aequitati consentaneum id statuet. Interea vero sub:
ditis suis Gedanensibus edicet, ne quid agant in prae:
iudicium Illtis eius subditorum, ac si quis ius ab illis
sibi postulaverit, sive contra Retingos sive contra
quoscunque alios, ut Jus cuique suum tribuant, quod iu:
stum et decernentes et debite executioni mandantes.

Comitia Prussie ad diem S. Michaelis

Sigismundus primus Rex Polonie. 1544.
Consiliariis maioribus Prussiae.

Rnde in Christo pr sincere nobis dilecte. Qua de causa ad preterita Comitia ex primariis regni nostri Consiliariis et Senatoribus, Legatos nros Mariēburgū miserimus tenet procul dubio p. vra. Neqz illud non meminit quo sint cū responso dimissi. aliam et nostri et illorū habitā iri isthic rationem existimabamus: nunc ita dimissos videmus vt oleum et opera quod aiūt perisse videatur: non sine magna et nra et illorū qui prope principem in Senatu nro locū obtinēt indignitate: duabus enī de rebus missi neutrā obtinuerūt. Quod si altera deliberationis indigere visa est q nova terris nostris Prussie accidisset: at fuit altera vsitata que longiori deliberatione opus non haberet: tū ne in hac quidem nro nomine facte postulationi quicqz fuit concessū q non posse pariter intendi dicerent consiliis parande militie et pecunie cogende. quasi vero vt iam in procinctu essent milites a nobis postulatū esset: cum nra voluntas non alia fuerit qz vt que ratio defendendi vnanimi consensu et voluntate omniū regni nostri ordinū in his que proxime habita sunt Comitiis Piotrcovie fuit cōstituta. ad eandē etiam trarū nostrarū Prussie ordines consētirēt quo cū necessitas postularet tam potenti Chriani nominis hosti cōiunctis viribus resistere nobis liceret: quando autem hac defendendi ratione vtendū nobis sit: nemo est qui scire possit. Nos nihil aliud qz cavere volumus si quid preter spem accideret. ne nos prorsus imparatos hostis offenderet: que quidem cautio nihil erat quod gravis cuiqz videri posset. Nam sumptū facere neminem oportebat nisi vltima vrgente necessitate. fore speramus optamus quidem certe vt eiusmodi expeditione opus nobis non sit. Num ideo contra gravissimos impetus aliorū non erit aliquid pecunie colligendū vnde scribi miles posset ad propulsandā vim si quā inferre aliquis conetur. Videt igitur P. vra nullā fuisse causā quā ob rem vel gravari se nonnulli putarent vel in alia Comitia reicerēt de re tā necessaria cōsultationē. Nam qui satis iam esse pecunie depositū existimāt ex gemina Contributione vt aliquousqz pro ferēdo bello sufficere possit ij qnto sūptu opus sit ad bella gerēda parū adhuc cognovisse videntur. Nos qui periculū facimus certius id exploratū habemus. Quam ob rem P. vrām hortamur vt quod in superioribus terrarū nrārū Prussie

Comitiis neglectum est in iis quae extremo Mense Septembri ad diem diuo Michaeli sacrum de more Grandentini habebuntur curet sarciendum atque ad ea se ipsa conferat ac pro virili sua contendat et elaboret quo de iis omnibus quae Maio Mense per Legatos nostros acta sunt gratum et optatum ad nos responsum perferatur. Pertinebit hoc S. vestrae ad gratiam sibi nostram Regiam demerendam. Datum in Brzeschie X Julij Anno 1544. Regni nostri 38.

Sigismundus primus Rex Polonie
Consiliariis minoribus: et Succamerariis
Prussie.

Generose fidelis dilecte. Quae per Legatos nostros primarios regni nostri Consiliarios in Comitiis quae Mariemburgi proxime habita sunt proposita fuerunt: non ignorat procul dubio f. tua. Quoniam vero nullum eis tum responsum datum sed in haec Grandentina Comitia ad diem diuo Michaeli sacrum celebrandum res fuit reiecta quod eam deliberationis indigere putarent f. tuae mandamus vt ad ea se conferat vna cum aliis et Consiliariis et terrarum nostrarum Prussiae Nuntiis operam suam nauatura quandoquidem nihil nobis nisi salus illarum terrarum queritur vt gratum et optatum responsum nancisci queamus. factura pro fide sua proque gracia nostra. Datum in Brzeschie Lithuaniae X die Mensis Julii Anno domini M D XL IIII. Regni nostri XXX IX

Judicibus et Nobilitati Prussie

Generosi et Nobiles fideles dilecti. Quae per Legatos nostros primarios regni nostri Consiliarios in Comitiis quae Mariemburgi proxime habita sunt proposita fuerint: non ignorant procul dubio F. vestrae. Quoniam vero nullum eis tum responsum datum sed in haec Grandentina Comitia ad diem diuo Michaeli sacrum celebranda res fuit reiecta quod eam deliberationis indigere putarent. F. vestris mandamus ita habere volentem vt ad ea e medio sui Nuntios cum plena et non limitata potestate mittant vna cum aliis et Consiliariis et terrarum nostrarum Prussiae Nuntiis operam suam nauaturos. Quandoquidem nihil nobis nisi salus illarum terrarum queritur. vt

gratu et optatu responsu nancisci queamus. facture f. vestre pro offitio suo progz gracia nra regia. Datu in Brzeschie Lithuanico x july. Anno dni M° D. xl. iiij Regni nri xxxviij.

Ad Capitaneos etia lrẽ scripte sunt. vt lrãs Conventualib et Conventu publicarent

Sigismundus primus Rex Polonie
Paulo plotowski Plto Varmien. Secretario

Ven. lis devote nobis dilecte. Quandoquidem presens adfuit d. tua quo tempore ex primariis regni nri Senatoribus et Consiliariis Legatos ad Comitia Mariemburgen proximo Mense Maio miseramus quid actu ab eis sit quidqz responsi tulerint non ignorat procul dubio d.o tua. Nichil nunc restare videtur quam vt responsu quemadmodu promissu fuit a Consiliariis terraru nostraru Prussie ad nos transmittatur quod quidem eiusmodi esse velimus vt scire omnes possint habita esse Legatoru nroru rationem: quos nos quidem vix alio vnqz tempore graviores ad Comitia terraru Prussie misimus non sine magno sumptu nro. Fuerunt autem Legationis eoru duo capita. Vnu vt que ratio defendendi regni contra maiorem vim atqz impetu Turcaru in proximis Piotrcovien Comitiis fuit constituta quamvis nondu plane determinata ad eam consentirent. Alteru vt conferatur aliquid pecuniae ad sedandos tumultus si qui orti sint in terris nostris Prussie que vacue metu esse non possunt. Quandoquidem in proximis Imperialibus Comitiis designatu esse novu ordinis Theutonicoru Mgrm certo accepimus. Haec itaqz duo vt obtineri a nobis possint, vrgebit atqz instabit d. tua ac quibuscunqz poterit rationibus persuadere conabitur vt postulationi nostre per insignes Legatos nros facte satisfaciant. Mittimus autem d. tue lrãs fidei pntibus annexas quas tum proferet quando Legationem hanc nrãm obibit. Factura pro fide sua progz gracia nra. Datu in Brzeschie Lituanico xa. Julii. Anno dni 1.5.4.4. Regni vero nri Anno. 3.8.

Ferdinandus Romanorum Rex, Sigismundo Regi Poloniae ad Brzescie Lith: allatae ultia Augusti 1544 excusat se Ferdinandus quod dotem regi Sigismundo Augusto ad diem condictam non miserit. solucionis prorogationem petit.

FErdinandus divina favente clementia Romanorum, Hungariae, Bohemiae etc. Rex Sermo. Principi domino Sigismundo Regi Poloniae Magno Duci Lituaniae, Russiae Prussiae etc. fratri et consanguineo nostro charissimo. Salutem et mutui continui amoris omnisque foelicitatis et prosperitatis, continuum ac perpetuum incrementum.

Serme. Princeps frater et consanguinee noster charissime. Redditae sunt nobis literae Sertis Vrae, quas de dote Sermo filio suo debita, proximis diebus ad nos dedit. Quibus literis primum qui animus semper erga nos suus fuerit, quanto studio amitiam illam inter nos necessitudinem, non modo retinendam, verum novo etiam consanguineitatis vinculo augendam amplificandamque curaverit, commemorans, et deinde tractatus matrimonii inter Sermos communes liberos nostros constituti attingens: et preterea quae a traductionis Sermae filiae nostrae tempore, de ipsa dote exolvenda inter nos acta et contracta sint, recensens. Sertas Vra tandem per plurimas amicitiae et necessitudinis nostrae rationes, a nobis petit, ut Sermum filium suum eo nomine contentum reddere velimus. Quae quidem omnia literis Sertis Vrae perscripta, nos non nisi fraterno animo intelleximus atque suscepimus, et quidem de Serte Vra nihil aliud persuasum unquam habuimus, neque etiam nunc

habemus, quod eandem eo animo, quem iampridem plurimis maximisque in rebus, fraternum plane et benevolentissimum semper perspeximus, omni tempore erga nos futuram esse, tanto magis novo isto Matrimonij et necessitudinis ne:xu accedente, Neque ea nos de Serte Vra concepta spes et opinio nra hactenus fefellit postquam præter alias plures maximasque synceræ planeque fraternæ amicitiæ et consanguinitatis significationes, etiam hac in re, de qua nunc agimus, mutuo amori et benevolentiæ nræ tantum tribuere quantum nos adhuc optamus. Sertas Vra non sit admodum gravata, cui eo animo synceros debitas cor:de agimus gratias, non diffidentes quin etiam in posterum tot nostrarum oppressionum et difficultatum fraternam rationem habitura semper sit.

Quod autem Sermus communis filius nr dotem promissam hactenus non receperit, id sane non minorem animi molesti:am quam vel Serti Vræ, vel Sermo filio suo, nobis affert, quippe qui nihil charius nt antiquius ducimus, conservatione tantæ et tot vinculis conglutinatæ mutuæ amicitiæ, quæ nobis cum Serte Vra intercedit: sed iniquitate et difficultate præsentium temporum ac Regnorum et dominiorum nostrorum hæreditariorum necessitate oppressi, licet sedulo laboraverimus promissioni tamen nræ in hanc diem satisfacere non potuimus, id quod Serti Vræ ex hisce causis facile conijcere planeque perspicere licebit. Nam gravissimos intolerabiles et pene infinitos sumptus per hosce proxime præteritos annos continuos et maxime in generalem expeditionem anno quadragesimo secundo supra Millesimum Quingentesimum, et deinde anno sequenti in alendis militibus præsidiarijs, impendimus. Statibus præterea et ordinibus Sacri Imperij, ultra ducta

propter quas

millia florenorum mutui nomine, pro rata vniuscuiusque in
communem Contribucionem soluenda accommodauimus: que
summa etiam hodie restituta nobis non est. Tempore ve-
ro quo Nuptie celebrande erant, propter diuturniorem ab-
senciam meam à Regnis et Dominiis meis, adempta nobis
fuit commoditas cum Regnis et subditis meis, vt ex ve-
teri consuetudine nos communi Contributione ad persoluen-
dam istiusmodi dotem, iniremus tractandi. Et insuper eo
tempore immensis sumptibus pro defensione Regnorum et
Dominiorum meorum contra hostes meos tunc aduenta-
tes, obruti eramus. Cum autem æstate proximè preterita
id ipsum apud prouinciales meos agere in animo haberemus
necessariò tunc ommittendum nobis fuit, quandoquidem
omnes viritim contra hostem Turcarum viscera Regni
iam penetrantem vnà nobiscum descendere iussi erant.
Et postremò licet preter spem ab ordinibus Sacri impe-
rii nobis datam pecuniam, quam mutuo dedimus, conse-
qui non potuerimus, tamen non destitimus laborare apud
Trapesitas, vt ab eis pecuniam pro persoluenda istiusmodi
dote, etiam cum ingenti incommodo meo conditionibus obla-
tis leuaremus: atqui omnes apud istiusmodi mercatores,
pecunie, ad vsum belli Caesaree Maiestatis et Principum cum
Maiestate sua in Castris existentium deputate iam fuerunt,
nihil efficere potuimus [propter quas]. Prememoratas vrgentissimas cau-
sas et impeditiones que nullum adhuc finem habere, sed
ad proximè venturum annum non minus quam elapso tempore
pre oculis conspiciuntur, etiam quia sicuti Serenitati vestrae
constare potest, nos vnà cum Regnis et dominiis meis
ad eorundem defensionem quantum maximè valideque fi-
eri queat, paratos et instructos in annum proximum con-
tra potentissimum hostem reddere oportet.

Sperabamus quidem Serenitatem vram itemqz Serm̃u filiu suum, ulteriorem soluendæ dotis dilacionem ad tempus vsqz magis commodum, libenter pacienterqz laturos esse præsertim cum huiusmodi infiniti sumptus, quos indies hu in alendis gentibus, tum in muniendis Ciuitatibus et oppidis sustinemus, non solum bonum et commodum regnorum et dominiorum nrorum, sed etiam inclyti Sertis vræ Regni Poloniæ, atqz adeo totius Christianitatis concernant. Tamen à Serte vrã et à Seremo filio suo tã instanter requisiti, eandem pro certo persuasum habere volumus nos præteritis rebus omnibus hoc unum maximè cupere et velle, vt scilicet amicitia et necessitudo illa nrã, etiam inter vtriusqz nrm̃ liberos conglutinata non solum non imminuatur quoquo modo, sed indies illustrior ampliorqz fiat.

Et propterea incommodis et difficultatibus huius temporis omnibus quantumuis permagnis posthabitis, iam nunc actionem tractacionemqz suscepimus, atqz adeò planè confirmamus Serti vræ curaturos nos esse cum effectu, vt ad festa Chri natalicia proximè ventura, sine quapiã ulteriori dilatione et forte etiam citius, nempe ad die dño Martino Sacra, id quod omni studio efficere enitemur, summa Centum mille florinorum Rhenensiu et reliquum dotis vsqz ad integram satisfactionem in vnius anni ab eo tempore in posterum computandi spacio certò et infallenter numeretur et persolnatur. Sertem vram proinde pereqz fraternè impenseqz rogamus, vt huiusmodi soluendæ dotis terminos, tanqz certos et indubitatos pro suo erga nos amore et beneuolentia haud grauatim acceptare velit: postqz planè cognoscere potest, nos cum Serte vrã non nisi syncero corde, et animo

agere, conseruationemq3 etiam inter posteros nostros sempiternæ pacis et amicitiæ etiam atq3 etiam cumprimis et ante omnia exoptare Quod si et Serenitas vestra fecerit et apud Serenissimum filium suum faciendum curauerit, sicuti iam nunc de ea plenè confidimus, nos erga Serenitatem vestram ita gerere studebimus, vt quandoq3 extet fructus aliquis nostræ erga Serenitatem vestram gratitudinis, amoris et beneuolentiæ. Cæterum sciat Serenitas vestra nos familiarem suum ad nos missum tamdiu non aliam ob causam apud nos retinuisse q3 vt Serenitati vestræ hoc certum et deliberatum responsum de dote ad terminos præscriptos indubitanter sine vlteriori dilatione soluenda, dare possimus Quod reliquum est Serenitatem vestram q3 diutissimè fœlicissimeq3 valere et regnare optamus Viennæ 14 Augusti 1544

Sigismundus primus Rex Polonie Ferdinando Romanorum regi respondit, dotem filio Regi poscit

SERmE Princeps frater et consanguinee nr̃e charissime Recepimus litteras Mtis vr̃e, quibus et excusat se, quod ea que dotis nomine promisit, in hunc vsq3 diem non misit: et certum iam tempus prefinivit intra quod eam nobis tamen sit representatura. Nos quod bona venia Mtis vr̃e dictum velimus, excusationem hanc illius non accipimus, neq3 diutius ali promissis volumus, aliud nobis de vr̃a Mtis in communes liberos meos amore et benevolentia pollicebamur: multa enim predicari sepe audivimus, quanta sue voluntatis inclinatione propenderet, in Sermum filium, et in Sermam filiam vtrimsq3 meam: sed res ipsa clamat, minus in re esse q3 quanta fuit predictio. Nam si eo esset in illos animo, quo eam esse persuasum nobis fuit, iampridem promissam dotem curasset. Nunc ista sua diuturna cunctatione, in eam opinionem discedere facit multos, quod et meam amicitiam non magnifaciat, et quasi oblita se patrem esse, communes liberos prorsus negligat. Non existimet Mtas vr̃a Sermi nos filii mei q3 Serme filie Elisabete causam agere, aut de pecunia tantopere laborare tantopere laborare. Est deo gr̃a, omnis gratuita clementia Sermo filio meo ita prospectum est vt etiam absq3 dote hac habeat nihilominus vnde Regiam suam dignitatem tueri possit Quamobrem illius quidem causa molesti Mti vr̃e nunq3 essemus, neq3 tria verba, quod aiunt, cum ea commutaremus: sed movet nos Serma filia mea Elisabeta, Neq3 satis mirari possumus quod

qui amor penitus esse solet insitus parentibus erga liberos, enim ita Mtas Vrá ex animo eiecerit suo, vt nulla eam prorsus filię cura tangat: in qua tot tam preclara dei munera contemplari licet quorum admiratione factum est vt singulari in eam beneuolentia conflagrasse omnes vi: deantur quo magis emolliri paternum pectus oportuit, vt eam talem respiceret, ac filiam tamen esse suam meminisset

Iam antea Mti vrę planum fecimus, per instituta receptosq̄ʒ mores Regni nri minime licere, vt bona illi aliqua obligentur, vnde pro eo vt eius dignitas postulare vide: tur, ei prouideri queat, nisi dos sit prius numerata. Porro mortales sumus omnes, neq̄ʒ quid serus, vesper vehat, scire quisquam potest. Seruet Deus Serenum filium nrm diu superstitem, hoc dies noctesq̄ʒ precari nunq̄ʒ nos quidem intermittimus: sed si quod illi pro sua misericordia sero euenire velit, factum de eo sit aliquid: perpendat secum Mtas vrá qui tum Serenę filię illius status esset fu: turus? Cui quid debeat quandoquidem meminisse Mtas vrá non dignatur, nos certe paterni erga illam officii nri nolumus obliti videri Satis iam nro nidulsimus amore erga Mtem vrám representari dotis terciam partem ex pacto oportuit, quo tempore Serma sponsa ad: ducta est, factum non est. Licuit nobis q̄ʒo aut Sermo filio potius nro pacta non seruare: seruata sunt nihilo: minus, et eo quo par fuit honore Serma sponsa fuit accepta: petita soluenda tercię partis prorogatio ad Natalem Christianum. Etsi concessa non est, tulimus ta: men et nos et Sermus filius nr ostensa postea fuit spes intra annum vertentem, à tempore adductę sponsę dotem integram numeratam iri, Cum q̄ʒo diem expectami: mus sed ne terminum quidem missum vidimus Tandem

more impacientes, appellauimus Mtem vram ac Nuncium ad eam nrm cum literis misimus: is longo satis temporis interuallo detentus posteaqz rediit, nihil et ipse preter spem attulit, qua iampridem aluimur, neqz ali iam diu: tius volumus: quandoquidem ita nobiscum agit Mtas vra, ac diem de die ducit, nos iam eam rationem que in contractus literis est perscripta, persequendi Sermo filio nro ptatem fecimus. Meminit procul dubio Mtas vra diserte ibi scriptum esse, Qui conditionem aliquam non expleuerit in his litteris expressam, duplum vt sol: uere hoc est, ducenta millia aureorum teneatur, vtqz liberum sit parti pacta seruanti, alterius partis Du: catus, prouincias, terras, Ciuitates, Arces, Oppida, Castra, villas inuadere, occuppare, ac tantisper possidere, dum summa ducentorum millium sit persoluta. Hoc Jus a Mte vra sibi concessum, persequi cum cogitet Sermus filius nr, nobis illi deesse nequaqz licebit, facturiqz id eum speramus, non modo non resistente, aut contra: dicente Mte vra, verum etiam vt in hisdem litteris cautum est, approbante, commendante, ratificante: ita vt nihil ea re amicitia nra mutua labefactetur, si Jus ille suum persequendo, effecerit, vt Serme filie nre, Coniugi illius charissime rationibus tandem ali: quando prouideri queat. Optamus Mtem vram bene et foeliciter valere cuius amori et beneuolentie frater: ne nos commendamus. Datum in Brzesgie Lituanico xviijª Septembris Anno domini 1544 Re: gni nri anno xxxviijᵒ.

Ferdinandus Romanorum Rex
Sigismundo Augusto Regi Poloniae
genero suo de dote dilata

Serenissime Princeps fili et consanguinee noster charissime. Per:
legimus literas Serenitatis vestrae quas de dote sibi debita
ad nos sexta die Mensis Junij proxime praeteriti ex
Vilna dedit. Et quidem ingenue agnoscimus Serenitatem vestram
habere iustam causam petendi eam dotis solutionem, utpote quae
a nobis Serenitati vestrae nondum exoluta est: tamen cum ea:
dem gravissimas impeditiones, quominus promissioni nostrae
hactenus satisfacere potuerimus, ex literis, quas ad Serenissimum
dominum parentem suum eadem re dedimus, cognoscet. Spera:
mus immo plane confidimus Serenitatem vestram pro suo quo
nos prosequitur amore et benivolentia moram et dilationem
istam quae nobis profecto non minus quam Serenitati vestrae mo:
lesta est, aequiore animo laturam, et illam temporum
necessitati paternaeque confidentiae, quam erga Serenitatem vestram
tamquam generum et filium nostrum charissimum gerimus,
attributuram esse. persuasum autem Serenitas vestra pro
certo habere potest et debet nobis nihil optatius esse,
quam ut nobis cum ipsius Serenissimo domino parente et Serenitate
vestra, inita amicitia et necessitudo in sempiternum non
solum firma et illaesa conservetur, sed indies magis magisque
illustrior hinc inde fiat. Tantum abest, ut huiusmodi
solutionem dotis, non nisi temporum urgentissima ne:
cessitate oppressi et coacti in hanc diem produxerimus
quibus aut modis illam Serenitati vestrae facere iam nunc de:
liberatum nobis sit, id iam Serenitas vestra ex adiuncto breviter

nostrarum ad Ser^mu^ dominum parentem suum exemplo diffuse cognoscet. Quamobrem eandem enixe rogamus, ut petitioni meae quam non nisi et syncero pectore proficisci nemo non videt, haud gravatim una cum Sermo patre suo, acquiescere velit, sicuti eandem pro suo erga nos amore perlibenter facturam esse confidimus, erga quam id mutua benivolentia meae grandeque compensare studebimus. Quam una cum ipsius Serma Coniuge filia mea dilectissima, bene foelicissimeque valere ex aio cupimus. Dat in Civitate mea Vienna die 14 mensis Augusti Anno domini 1544 Regnorum nostrorum Romani 14 aliorum vero 18.

Sigismundus Augustus, Rex Poloniae
Ferdinando Romanorum regi Socero suo

SERmae Princeps parens nr charissime, et honorande. Quod a nobis Mtas vra postulat, ut in his quae ad Sermum dominum parentem nostrum scripsit de dote nobis promissa sed in hunc usque diem nondum missa acquiescere velimus, Id nos facturi essemus non inviti, si prima haec esset Mtis vrae postulatio: sed cum sesquianno iam prope prorogationibus tantum esse laboratum videamus, qui nr ea in re animus esse possit, facile coniecturam facere Mtas vra poterit. Nos quidem omnibus adhuc humanitatis officiis esse functi videmur, sed quantum profecerimus, nos vehementer poenitet. Quae sint in pactis proculdubio tenet memoria Mtas vra cum esset adducta Serma Coniunx mea eo ipso tempore terciam dotis partem repraesentari oportuit: factum non est. Jam certe violata per Mtem vram esse pacta videbantur. Licuit et nobis ab illis discedere. Sed nos nihilominus nihil tum fecimus, quod offendere posset animum vrae Mtis. Petitum est ut dies terciae partis dotis numerandae produceretur ad Natalem usque Christianum, qui proxime praeterijt. etsi assensi petitioni huic non sumus, tulimus tamen, cessit is quoque dies, teruncius unus missus non est. Venerunt postea legati Mtis vrae ad Sermum dominum parentem meum Piotrcoviam, spem ostenderunt fore, ut intra vertentem annum, a tempore adductae Sermae Coniugis meae, dos integra nobis numeraretur. Sed ea quoque spes ad rem collata non est. Cum diem ita de die duci videremus pertesum nos est morae

buius. Exacto anno scripsimus Mti vrae atque ab ea petiuimus, vt toties iam promissam dotem mitteret. Fuit a Mte vra Nuncius nre satis longo temporis interuallo detentus. verum et is inanis rediit, neque praeter spem et expectationem quicque attulit. Sic male nobis cessisse nra humanitatis officia videmus. Necesse itaque est vt a contraria ratione remedium petamus: neque tamen interea facturi sumus quicque aliud quam quod per ipsam Mtem vram facere nobis licet, quae non ignorat procul dubio cautum esse Contractus litteris, vtra pars conditionem in his expressam implere recusauerit, duplum vt parti Contractum seruanti, hoc est, ducenta millia aureorum soluere teneatur, vbi et illud vna disertè perscriptum est paulò post: liberum fore parti pactis stanti, alterius partis Ducatus, Prouincias, terras, Ciuitates, Arces, oppida, Castra, villas, inuadere, occupare, ac tantisper possidere, dum summa ducentorum millium sit persoluta. Hoc Jus cum ipsa Mtas vra et Sermo domino parenti nro et nobis concesserit, speramus equidem fore, vt bona illius cum venia, nobis id persequi liceat. Quandoquidem et hoc nullis litteris clarè scriptum est, licere ea facere, parte quae contractum non seruauerit, non resistente, neque succensente aut contradicente, verum approbante, commendante ratifficante

Quae cum ita omnia de summa voluntate vtriusque nrum perscripta sint de vrae Mtis aequitate nobis pollicemur, ab eo quod semel ei placuit, illam non discessuram: futurumque vt salua amicitia nra facere nobis liceat quae in Contractus litteris sunt praescripta: cum praesertim non in nram, sed in rem Sermae filiae Mtis vrae, Coniugis nrae charissimae id facere cogitemus.

cui hactenus provisum de contradote non est. Neqz enim per Regni nostri instituta moresqz receptos, providerj illi licet, quoad dos numerata non est.

Jam vero debemur morti nos nostraqz, ut dicit quidam: atqz ut nihil morte certius, ita nihil est hora mortis incertius. Si quod Deus omen obruat, humanitus interea nobis aliquid accideret, qui futurus esset status illius! Cuius si nulla cura tangit Mtem vram, si qui insitus est parentibus erga liberos amor, eum erga utrumqz suum ex animo eiecit: Nos officio nro satisfaciemus ac Serma Coniugem nram tuendam nobis suscipiemus, atqz omnes vias persequemur, quibus effici queat, ut rationibus illius tandem aliquando prospiciatur, quod vram Mtem, vel quod ita in pactis est, vel q Sermae filiae illius causam agimus, minime molestè laturam esse confidimus. Quã bene valere et foelicem esse cupimus ac illius paternae beniuolentiae nos commendamus. Datum in Brzeszcie Litnanico XXI Septembris Anno domini 1544 Regni vero nri anno XV°

Ferdinandus Romanorum Rex Sigismundo primo Poloniae regi pollicetur promptam dotis solutionem

SERME Princeps, frater et consanguinee nr charissime. Reversus aliquot ante diebus à Serte vra ad nos Secretarius et Consiliarius nr fidelis dilectus Joannes Langus ex Lithuania. Literas Sertis vrae in causa dotis, Sermo domino Sigismundo Augusto Regi Poloniae etc Sertis vrae meoqz filio charissimo, propter Serenissimam Principem dominam Elisabetham Reginam Poloniae utriusqz meam filiam amantissimam. Serenitati eius matrimonio copulatam, numerandae secum attulit. Ex quibus iterum intelleximus, dilationem non ita longam solutioni debitae, graviore animo Sertem vram ferre, qz opinio mea tulerit, valde enim confidebamus. Serenitatum vrarum beniuolentia adducti à Sertibus vris, oblationem meam in proximis de eadem re ad Sertes vras datis litteris acceptam probatamqz iri, quae cum nos spes fefellerit, non mediocriter sumus dolore affecti: non tam quidem qd Sertas vra pro communibus liberis meis, ut Jus suum consequantur, laborat, qua in re primum plane Sertis vrae animum non possumus non laudare, qz quod ea se hactenus obiecerunt impedimenta, per quae summo desiderio meo, et Serenitatum vrarum iustae petitioni, satisfacere non potuimus: de quibus impedimentis, quia et antea Serti vrae ea insinuavimus, et universo prope Christiano orbi sunt nota, propter cuius salutem qzo ea subiimus et sustinuimus id quod Serenitatem vram etiam non latet, nihil in praesentia commemorando repetere libet: Illud sane quin

paucis attingamus facere non possumus, nos vix unq[ua]m quicq[uam]
cogitasse et egisse anxie magis, q[ua]m ut solvenda dote ista,
cum Reginae Elisabethae filiae meae prospiceremus, tum no:
bis etiam haeredibusq[ue] meis consequentes, promissionem meam
liberaremus, vestrarumq[ue] Serenitatum expectationem pro eo atq[ue]
pacta conventa postularent, expleremus. Sed enim cum gra:
vibus et multis constricti necessitatibus, non modo Sere:
nitatibus vris, sed ne nobis quidem ipsis satisfaceremus: ea
de utriusq[ue] Serenitatis vrae benignitate propter tot et tanta
mutui amoris arctissimis sanctissimisq[ue] consanguinitatis et
affinitatis necessitudinibus, inter nos conciliata et confirmata
vincula, conceptam habuimus persuasionem, ut crederemus,
non modo dilationem dotis solvendae ad tempus non admodum
longum, citra omne pactorum conventorum communiumq[ue] li:
berorum nrorum Iuris praeiudicium et detrimentum petitam,
Serenitates vras non gravate concessuras, verum etiam talem
maiorem'ue pecuniae summam de suo nobis, tam gravibus Rei:
publicae Christianae periculis circumvenientis, temporibus meis
mutuo daturas, necessitatiq[ue] meae subventuras fuisse.
Et quod quottidie fere inter privatos vulgo homines fie:
ri videmus, ut qui sibi invicem certis contractuum nexibus
per obligationes sunt obstricti, quam aliqua interveniente
causa, quae alios alius utrumq[ue] id facere cupiant, servare
pactorum leges non sinat, de iure suo creditores humani:
ter aliquid remittant, debitoribusq[ue] suis numerandae pe:
cuniae tempus benigne prorogent. Idem nos a Sertibus
vris in publicis Christianitatis totius necessitatibus meis
non difficulter impetraturos esse opinati sumus, praeser:
tim cum tantae extarent causae, quae id pro nobis effla:
gitare viderentur. Et ut simpliciter verum fateamur,
q[uam]vis a Serte vra prioribus litteris suis, quae proxi:
mas hasce praecesserunt, de solutione dotis cum denunciatione

quadam extremarum remediorum quae ad exactionem eius co:
tractibus sponsalium sunt inserta, acriter ad nos sit scriptum:
non tamen credimus eam esse Sertis vrae destinatam ratio:
nem, vt ad summa ista Iura descenderet, et tam stricte no:
biscum agere in animo Serenitatis vrae haberent. Quam
sane quidem opinionem etiam nunc retinemus, quod scilicet
longe alia de spectata Serenitatum vrarum liberalitate,
virtute et benignitate nobis polliceamur, nunquam commissu:
ras Serenitates vras putantes, vt qui nobis suauissimaeque
et charissimae Coniugi meae Romanorum Reginae, libe:
risque meis, ab ipsis vsque Atauis, perpetua sanguinis co:
niunctione, et identidem repetita, proxime vero quasi con:
solidata, per communium liberorum nostrorum Coniugium,
affinitate, vt interim bonae vicinitatis conservationem
praetermittamus, deuincti essetis Reges, aduersus nos quicquam
quod vel Iure facere possent Serenitates vrae, attenta:
dum sibi susciperent, in quo cum instituta pro Repu:
blica consilia coeptaque mea perturbarent, tum apud
plerosque Reges, Principes et homines adeo omnes hu:
manitatis benignitatisque suae laudem Serenitates vrae
in suspicionem quandam adducerent. Pactis inter nos
conuentis satisfacere nunquam recusauimus: ad dotis solutio:
nem dilationem cum bona Serenitatum vrarum venia
petiuimus, eamque Sertes vras de summo Iure suo aliquid
remittentes, ex aequo et bono nobis concessuram esse, spe:
rauimus: praecipue cum ex Dei singulari gratia Sermo
communi filio meo ita prospectum esse ex litteris Sertis
vrae cognosceremus, vt etiam absque dote hac haberet, vnde
nihilominus dignitatem suam tueri posset; quam diuini nu:
minis in Serenitatem eius benignitatem, cum Serenitati
eius syncere et ex animo gratulamur, tum vt ei indies
auctior atque adeo perpetua sit optantes precamur, verum

enimvero cum Serenitatum vrarum litterę denuo pręsefe:
rant, curae imprimis Serenitatibus Vris esse, vt citra
vlteriorem dilationem dotis fiat solutio: et cum exactioné
eius Sertes vrā optime, ita enim indubie credimus, ad
ea sollicitudine per litteras suas repetitas apud nos vrgeat
vt propē de meō in communes liberos meos amore paterno
addubitare velle videantur: quę suspicio animo meō ad:
modum acerba accidit, vtrumque nobis in pręsentium
rerum mearum statu difficiles sint rationes, in Hunga:
ricam, contra immanissimos communesque totius Christia:
nitatis hostes, expeditionem proximo veri Deo meō
fortunante, suscipiendam, omnibus meis consiliis viri:
bus et opibus intentis: ita tamen impedimenta meā cum
certo et gravi meō damno et detrimento explicavimus
vt non longe post festum Epiphaniarum proxime fu:
turum per Oratores meos, quos apud Sertem vrām
eam ob causam, et forsan propter alia negotia in Con:
ventu publico, quem celebrandum esse in Polonia ad
dicta Epiphania Secretarius meus Langus nobis di:
xit habere decreuimus integram summam dotis Sermo
ac dilectissimo communi meō filio dinumerandam perscri:
bendamque certo curemus, neglecturi propterea iacturam
pręsentissimam et maximam, quam nos eam ob rem fa:
cere necesse erit sic scilicet simul et petitioni Sereni:
tatum vrarum legitime perdebitam dotis solutionem
re ipsa, respondebimus, et gravem illam Sertum vrarum
de meō erga liberos meos animo dubitationem Sere:
nitatibus vris eximemus. Quę si eadē nobis opini:
one fuerint, vt persuasum habeant, et animo meō cō:
munibus liberis meis nihil esse charius et coniun:
ctione, quę plurima et intima cum Sertibus vris
intercedit, nihil gratius tum autem pace et tranquillitate

mutuis inter nos officiis confirmanda et adaugenda, nihil optarius, neque Serenitas vestra persuasione sua fallentur.

Illud etiam Serenitates vestrae amice considerare velint, solutionem dotis ipsius, etiam si paulo longius quam expectarit Serenitas vestra, differatur, tamen minime auferri, et pro amica benignaque ea dilatione Serenitatibus vestris a nobis ingens habebitur gratia.

Adiunximus autem hisce litteris nostris exempla litterarum reformationis, et renunciationis, quas a Serenitatibus vestris et ipsa Regina Elisabetha fieri convenit, pro eo atque res ipsa et aequitas requirit, commenta quo ostendunt, plerisque sententiis et verbis ex literis Reginae Elisabethae Serenitatis vestrae matris, meaeque cognatae charissimae laudabilis memoriae, quibus ei aliquando est in Regno Poloniae de dotalicio suo promissum, petitis concepta, ad quarum litterarum legittimam debitamque exhibitionem dos repetenda venit, ea sane et quae in actione ista addecet fieri omnia Serenitatem vestram ut fiant cum in tempore curatricem esse, non dubitamus, tum ut id non gravate curet Serenitatem vestram amice et fraterne rogamus: Quam deus diu velit esse salvam et superstitem, id quod ex animo precamur. Datum in Civitate mea Vienna die XXVIII mensis Decembris Anno domini M.D.XLIII Regnorum meorum Romani XIIIo Aliorum vero XVIIo

Legatio à Carolo quinto Coesare Catolico ad Sigismundos patrem et filium reges Poloniae per Alfonsum de Aragonia Consiliarium et Oratorem Coesaris dicta in Brzesczie Lituanico ii.a septembris 1544

Serme Rex, summi amoris animique vehementis affectus ea est vis et natura, vt non modo se intra praecordiorum sinus non consenescere patiatur, sed omnino nunquam acquietura sit, nisi suae magnitudinis iusta et certa dederit documenta: cuius profecto affectus summam vim vel hodiernus dies tuae Mti manifestissime ostendit. Nam Carolus Caesar, Romanorum Imperator meus dominus, tum propter singularem amorem et beneuolentiam, qua multos iam annos tuam Mtem prosequitur, tum propter veterem necessitudinem à se semper officiosissime cultam, instarque cuiusdam sacri foederis à se semper habitam: minime dubitat quin animum suum et studium in te summum facile cognoueris verum si tot tantisque amoris causis et incrementis indies nascentibus, minime satisfactum esse intelligebat, vt euidentissimis signis manifestissimisque testimoniis id aperte tuae Mti declararet. Sed quando non datur tuo in complexu et sinu quo nihil magis sibi est in votis, tantam amoris vim proferre animumque suum exponere, quod non inferioris fidei, et roboris esse voluit, quam quae proprio ore ipse testificaretur praestitit, meque suum Consiliarium Oratorem ad tuam Mtem misit, vt suum erga te amorem studia, animique propensissimum patefacerem, vt te non secus ac fratrem multo sibi charissimum, teque etiam Serenissime Princeps multis modis sibi deuinctissimum,

perinde vt filium optatissimum inuiserem, fraternoque animo
et charitate perhiberem, eandemque quam sibi optat, salutem
et foelicitatem, suo nomine vobis nunciarem de vtraque
valetudine, quam vobis perpetuo firmam, integram et
laetam vt longe sibi charissimis, ex animo precatur, deque
tuorum Regnorum praeclaro statu, rerumque foelici suc-
cessu, otio, tranquillitate diligenter percontarer, non minus
grata, nec minori voluptati haec omnia sibi futura quam
tuae Mti. Hoc enim non dubitat Caesar aperte testari et
polliceri, vtpote qui pro summo in te amore, pro veteri ne-
cessitudine, vtriusque fortunas semper communes habu-
erit atque duxerit: atque adeo hic amor quo honestioribus
vinculum initiis profectus est, eo auctior multoque iucun-
dior hac noua arctissimaque coniunctione redditus, ista
praeclara Coniugia Sereni Regis Sigismundi Au-
gusti tui haeredis Serenaeque Reginae Elisabethae suae Ne-
ptis non secus ac filiae charissimae, longe gratiora mul-
toque suauiora, quamuis per se gratissima atque iucundis-
sima erant reddidit.

Quare de sui in nos amoris testificatione, deque multiplici
voluptate qua Caesar istis Coniugiis affectus est, deque
illorum summa gratulatione, cum apud tuam Mtem actu-
rus sim, ditissimam quandam dicendi facultatem, vellem
mihi dari, vt Caesari satisfacere, tuaeque Mti summum ani-
mum, tantamque voluptatem et gratulationem possim
exprimere. Nam pro eximio in vos studio et beneuolentia
singulari, proque nimia in Neptem suam dulcissimam
propensione et charitate dici non potest quam afficiatur
quamque mirificis gaudiorum modis splendidissimis istis
Coniugiis totus perfundatur, quod honestissima omnibus,
quod fructuosa, quod ornatissima esse intelligit. Quapropter

tanquam certissimam rem, in animum induxit suum. Dei opti
Maximi beneficentia perfectum esse, ut quorum animos
et studia mutua benevolentia, vetusque necessitudo mul:
tos ante annos conciliarat, sic esse alligatos, ut utriusque
fortunae iam facta communes, communi consilio mutuoque
favore foeliciter promoveantur, maioraque indies suspi:
ciant incrementa in magnam namque Caesar istis tan:
tis auspiciis spem venit, fore ut secundiore iam fortuna
prosperiorique rerum successu, ex aequo omnes utamini.
Non enim potest non omnibus esse faustum et foelix,
quae Deo auspice, et praeside fiunt. ubi Regia puella
nata Regibus Regi coniungitur, ubi pudicissimus, castissimusque
amor sancte et legittime copulatur: ubi morum, virtutis,
animorumque similitudo et utriusque excellens sors, con:
sortes maritales fecit. Haec enim sunt illa potentissima
(ut inquit Plato) quibus boni, bonis vinculis flusque
Adamantinis devinciuntur: a quibus principiis ut a
virtutis quibusdam seminariis generosissimi suavissi:
mique fructus propagantur.

Quamobrem nihil erat Ser.me Rex, quod tuam hanc tan:
tam fortunae sublimitatem augustiorem posset facere,
tuamque admirabilem prudentiam tot rerum experimentis
comprobatam ex omni parte omnibusque numeris videre:
tur absolvisse, quam eas tuo fortunatissimo haeredi optasse
Nuptias, quae tua M.te tuisque Regnis amplissimisque
fortunis essent quam dignissimae, quaeque utrorumque fa:
miliae et genti, non solum ornamento et splendori esset
sed utiles omnibus, tuisque Regnis et prosperitatis ocio
atque tranquillitati, Reique publicaeque christianae magno
adiumento praesidioque futurae. Is namque omnium rerum
status est, isque habitus et ratio temporis incidit, ut non

plus hac tua rara sapientia, diuinoq3 consilio, tibi tuisq3 rebus promidisse videaris, q3 religioni reiq3 Chriane tot malorum incursionibus, tot dissidijs, totq3 bellorum oppressionibus afflictæ, spem sui erigendi certissimam dederis, omnium namq3 oculos et animos, in hanc vram foelicissimam affinitatem conuersos credite, quoldamq3 ma: ximum atq3 salubercimum vniuerso orbi terrarum sibi certò pollicentur. Quare Caesarea Mtas semel atq3 ite: rum vobiscum sibi, ac secum vos gratulatur ista praeclaris: sima connubia tot ornamentis illustrata tot commodis tu publicis tum priuatis vndiq3 affluentia, quibusq3 Auspicis vobis etiam gratulatur Serenam Reginam Elisabetam, te filiam obsequentissimam atq3 pientissimam inuenisse te, verò Coniugem probatissimam lectissimam foeminam, tui ama: tissimam sortitum fuisse, tot Regum, Principum, affinium, fratrum, animorumq3 conciliatorem veri generis et poste: ritatis foelicissimam propagatricem tue Mti Nepotes Re: ges, tibiq3 etiam Illme Princeps dulcissimos natos sua fe: cunditate datuream, ad quos hoc amplissimum Regnum Iure haereditario perueniat, quibusq3 tanq3 alteris libe: ris tua Mtas respubescat, quibus etiam superstitibus hanc arcam nunq3 te desertuerum putes, tuumq3 nomen et me: moria suauiter in illis viuat aeternumq3 resideat. Hac enim vna re non modò ab interitu et obliuionis iniuria vindicamur, sed quodam modò immortales reddimur, sibi etiam Caesar Romanorum Imperator gratulatur, quod te potentissimum Regem, fortune dignitatis, virtutis, gradu excellentissimum, fraterno animo sibi multos iam annos coniunctissimum nomine iam ipso fratris, quod vnu videbatur deesse, connectatur, hisq3 etiam maximè gaudet se nexibus tecum teneri, eminentissime, Princeps, vt eundem animum quem in te Serenus Rex Pater tuus

tuq3 in illum vicissim geris, mutuum et perpetuum in te, utrimq3 intercessurum speret: quod tanti pluris à se fit atq3 habetur, quò magis virtutes omnes Regias emitere et praelucescere tua in ista aetate adhuc florenti videt. Tu etiam sibi unicè vehementerq3 gratulatur, Sermam Reginam Elisabetham, tuam Mtem parentem, teq3 Coniugem foelicissimam, sortitam fuisse, quae praeter illa consanguinitatis magna vincula, quòd Sermi Regis Hungariae fratris sui charissimi est filia, sibiq3 Neptis: tamen propter amabilem eius naturam et ingenium, morum suavitatem, animum innocentissimum, pietate, animoq3 plusq3 paterno illam prosequitur vehementiusq3 eius successibus et fortuna afficitur.

Quam etsi nihil dubitat, à te tanq3 ab altero parente utq3 aequissimum est fouere et tractari, à teq3 etiam iocundissime Rex ipsius Coniuge, ut tuis suavissimis moribus, animiq3 tui candore et liberali Regioq3 animo dignum est, utq3 fides charitas, Matrimonii ipsius nomen sanctum et inuiolabile postulat, amari et amplecti sibi persuasit. Tamen usq3 adeò in Neptem charissimam incredibili amore nimiaq3 charitate rapitur, ut quod vos credit praestare cumulatissimè, vehementissimè commendet: ut maximè velit vos intelligere, nihil ninita nec gratius nec optatius quicq3 posse à vobis sibi praestari, q3 si intelligat, vel sui nutu et commendatione eam esse amoris factam accessionem et incrementum, ut suaviter et iocundè omniumq3 dignitate, coniugio grato, vitam gratam cum tua Mte, cumq3 Sermo Principe consorte suo transigat, nec ulla alia re amoris mutui pares vices libentius expectare profitetur, q3 in hac una. Immò quicquid apud vos authoritate gratia et amore valet

huic vni prodesse vult, in hancque vnam confert, maiorisque momenti apud se futura pollicens, quae in Neptim suam charissimam conferantur quam quae in se: Testificationem enim singularem et tanquam amoris sui pignus quoddam propo: situm esse animaduertit vbi amoris veri et animi grati in se indubitata et certa argumenta licebit deprehendere Quam etiam vt Caesari erit longe iocundissimum et gratissi: mum à vobis amari, foueri et amplecti vt vestra natura charitas, pietas et fides postulat, sic accuratissimé se admonitum vult, quonam modo in tuam Mtem, teque eius consortem se vicissim illa gerat. num satis illa suis partibus faciat, officioque respondeat. Nam pro eius ingenio, libera: lissimaque educatione speque concepta, omnia obsequia offi: ciaque et pietatem praestaturam expectationique correspon: suram confidit

Caeterum cum de tuae Mtis, Sermique Regis Sigismundi salute, aequé vt de sua, Caesarea Mtas sollicita sit, cumque omnia tua non minori curae sint sibi, quam sibi ipsi vehe: menter cupit se exacté cognoscere, quae vestrae valetudinis habitudo hac potissimum religione sit, quis Regnorum tuorum status, qui successus quae rerum foelicium spes affulgeat. Nam ad eorum confirmationem maioremque om: nium amplificationem, pro summo in tuam Mtem amore, qui tanto accreuit pro maiori necessitudine à vobis ar: ctiore et suauiore reddita, pro gratissimis et sanctissimis huius affinitatis vinculis, non modo suam gratiam dili: gentiam studium, quae semper vobis praesto fuerunt expe: ctari vult, sed quaecumque in se ac suis rebus sunt authori: tatis et fortunarum tuae Mti tuisque vsibus vltro deffert atque pollicetur tam non defutura, quam quae tua sunt maxi: mé

Moldauo se coniunget, qui et ipse animo nobiscum esse vide:
tur, iustum exercitum utrique conficere queat, et quidem
Equitum velitumque, qui ad bella cum Turcis præsertim
gerenda sint, cumprimis idonei et exercitati. Hæc ita
ut petita fuit à Vaiuoda Valachiæ, Sacræ Imperatoriæ
Mti, Regia Mtas renunciari fecit. Quod autem illa
Mte Regia quasi sequestro et interprete his de rebus
uti cupit, non audet hoc iure Mtas eius aperte recipere
Neque satis credit ipsi Vaiuodæ, ne qua emanent consilia
sua, metuit, neue ad ipsum Turcarum Regem perferan:
tur, quodsi fieret, apertum esset in discrimen ventura. Sed
si tamen ipse Vaiuoda volet aliqua de re, ad Reipublicæ
Christianæ commodum spectante, aut Sacram Imperatoriam
aut Regiam Romanorum Mtes, per hanc Mtem Re:
giam fieri certior, pro Christiani et necessarii ac propin:
qui Regis officio, quicquid erit, fideliter ad Mtes eo:
rum curabit perferendum. Ac quoad sine suo Regnique
sui periculo id ei facere licuerit agendum, ipsa quoque Mtas
eius cum illo quoque secretissimè curabit, ac qui ad Mtem eius
ab illo Nuncii missi erunt, cum his ea communicabit
quæ ad reipublicæ Christianæ salutem conseruandam pu:
tauerit pertinere. Cæterum habet Serenus dominus
Rex Romanorum, et in Hungaria et in Transylnania
complures viros idoneos, per quos cum Vaiuoda utroque
de his quæ videbuntur tractare possit, nisi quod melio:
res progressus res habitura videtur, si vitandæ causa
suspicionis per obscuros homines agatur.

Quod Tartaros attinet, quandoquidem et ipsi Mahometanæ
sectæ sunt, difficilior fore videtur cum eis agendi ratio
Sed si deliberatum est Sacræ Imperatoriæ Mti periculum
facere, si qua ratione ad belli huius societatem pertrahi

possint, fieri potest, ut non desint qui viam qua commodius id effici queat, indicent, verum ipsa Maiestas Regia, quid consilii det non habet. De Moschis fortasse spes foret melior, qui cum eisdem cum his et Valachi Graeci sunt ritus, et propterea Christiani censeri velint, fieri potest quod a societate belli non abhorrerent. Sed quis eorum usus sit futurus, quandoquidem tanto sunt ab Hungariae Regno locorum intervallo disiuncti. Sacra Maiestas Regia non videt, neque agere cum eis velit, qui se hostes illius esse profitentur, etiam si annorum aliquot pactas cum eis Inducias habeat.

Caeterum quae ipsa praestare poterit Sacra Maiestas Regia in his non committet, ut officium suum requiri possit, ac facultates suas Sacrae Imperatoriae Maiestati deferet et pollicetur, dummodo rem serio agi et in longius tempus prospici videat, quemadmodum non inchoari sed constanter geri, ac deo gratiam misericordiamque suam largienter foeliciter bellum hoc tam necessarium tamque periculosum perfici possit. Quod vero certior fieri cupit Dominus Orator, quibus copiis, quanto equitatu peditatuque, quo armaturae genere, quo bellico apparatu universalem hanc expeditionem adiuvare Maiestas Regia decreverit: de eo hic certi aliquid constitui non potest, nam nisi convocatis ad Comitia cunctis Regni ordinibus, et eorum consensu accedente, non habet Maiestas Regia de his statuendi potestatem. In his quae instant Regni Comitiis deliberationem de eo est susceptura, deinde vero cum nondum sciat Sacra Maiestas Regia quo numero quove apparatu Imperatoria Maiestas sit ventura, cum nihil adhuc parati videat, non putat exigi a se, oportere ut prior ipsa indicet quantis copiis Reipublicae

Christiane defendende praesto esse possit Princeps initia belli videre velit quomodo se dederint, tum ipsa quo facturus est postea, ut omnes intelligant se quo Christiani Principis officio minime defuisse.

Sigismundus primus Rex Polonie Friderico Duci Legnicensi et Brigensi.

Illris D. Reddidit nos certiores Serenissimus dominus Ferdinandus frater et consanguineus D. dilectissimus ad quem Glogovie conveniret asseret utriusque nostrum Commissarios, quorum opera effici posset, ut cum utrisque satisfactum esset pro damnis et iniuriis, libera inter nostros et Silesios fierent commercia. Sed cum is dies Simonis et Jude brevior esset, quam ut omnia parari possent, interea que sunt necessaria, Significavimus Dni eius, nostros ad eum diem nequaquam venire posse. Sed si idem Dni eius visum esset, facturos nos, ut ad proximam dominicam Judica nostros mitteremus responsum eius Dnis expectamus. Ceterum quis Conventus istius usus sit futurus, non videmus, nisi que in priore Conventu decreta sunt, ea debite fuerint executioni mandata. Hoc enim certum est ab iis nos nequaquam recessuros, que Oratoribus Dnis eius qui Pyotrcoviam ad nos venerant Rndo domino Baltasari etc et Mgco Georgio Zabka etc scripta dedimus. Liquidatas autem summas ante omnia numerari volumus. quas ante Comicia comportari necesse est: eam presertim, quam debet Joannes Schlegel, qui si ipse non est solvendo, fautores eius, hospites, promotores, et qui

auxilio, consilioqz ei fuerint ad solutionem ut adigantur, requirendum ducimus. Quorum nomina hec scheda descripta continet. Qua de re admonendam S. tt. vram esse putavimus alioqui enim e: dictum meum abrogari non poterit, atqz oleum quod aiunt, et opera in Commissariis mittendis videbitur periisse. Datum in Brzescie Lituanico, die decima mensis Septembris Anno domini 1544

Sigismundus primus Rex Polonie Epo Wratislaviensi

Rnde etc. Egit nobiscum per litteras Serenissimus dominus Ferdinandus, frater et consanguineus meus charissimus, ut ad festum Simonis et Jude proximum, Commissarios meos Glogoviam mitteremus, qui una cum aliis eius Commissariis de damnis et iniuriis ultro citroqz ab utrimsqz meum hominibus datis et acceptis cognoscerent: quo sic libera reddi possent inter nos et Silesios commercia. Nos etsi a mittendis Commissariis non abhorreremus: quoniam tamen brevior dies mittendis illis est prefinitus, quam ut parari omnia ad hunc actum necessaria interea possent, ad Ma^tem eius scripsimus, ante Dominicam Judica, nequaqz nos Commissarios meos mittere posse. Sperabamus nos quidem fore, ut in eis, que acta fuerunt Piotrcovie, proxime que ipsa etiam R. vra probare visa est, Ma^tas eius acquiesceret: sed videns nihilominus ad Commissarios rem redire, a quibus mittendis nos quidem non abhorremus: sed quis erit usus eorum, si que lata sunt in Wschowen Conventu decreta, iis non erit primus satisfactum, et oleum

quod aiunt et opera peribit. Hoc igitur ante omnia curan-
dum est ut primis fiat eorum executio que iam sunt decreta,
ne ioculariter res agi videatur, si ferrentur modo se-
tencie, neque sit earum ulla executio. Ante omnia represen-
tari oportet summas que iam liquidate sunt, cuiusmodi
est quam debet Joannes Schlegiel, nobili Justo Ludo-
vico Consuli Crac. Secretario meo. Quod si Schlegiel ipse
soluendo non est, socii receptores, fautores eius excucientur,
quorum nomina in scheda litteris inclusa P. vre descri-
pta mittimus. Quandoquidem facientes et consencientes,
eadem pena plectuntur immerent ii quod ipse Schlegel
per inopiam fortasse immerare non potest. Nam nisi id
factum fuerit, periculum est, ne sit error nouissimus pe-
peior priore. Quod nos admonendam P. vram duximus
vt intelligat per nos non stare quominus ea fiant que
Sermi domini Romanorum Regis nomine cum eius
Prothecomit Legatum egerat, à nobis tanto studio postu-
lauit Datum in Brzesgie X.a Septembris Anno
domini M.o D. XLiiij

Sigismundus primus Rex Polonie, Cardinali Sanctorum Quatuor Coronatorum Protectori

R.ME in Chro Pr Rd Si que alia ditionis nre partes tum Terre mee Prussie, maxime videntur hoc flagitare, ut eis mature provideatur, ne qua fiat religionis novacio. Nam cum Civitates in illis maritime sint portubus celebres, et copiose imprimis ac locupletes, tum et ois generis hominibus referte, qui eciam ex locis de heresi suspectis confluunt, difficilius a nobis in officio continentur. Qui facimus quidem omnia sedulo, que sunt officii nri, ac gravibus comminationibus prohibere tamen conamur metus istos novos, sed eos nulla ratiōe prohiberi melius posse videmus, quam si in Ecclesiis viri idonei collocentur. Permultum enim in eo positum est, quales Ecclesiis preficiantur, qui nisi digni reperti sit, F et ad sectas istas tam dissectas animum adjciunt. Quod tanto magis eciam, ut faciant adducuntur, si per quos ab errore fuerant avertendi eodem eos errore videant implicatos. Cuius generis fuit Alexander ille Sculteti quem nos Jure merito proscripsimus e Regno atque omni ditione mea. Multis enim is offendiculo fuit multos in errorem impulit, non modo quod vita esset inquinatissima, verum eciam quod doctrinis variis et peregrinis abductus et ad aliud quoddam Euāgelium haud dubie traductus esse videbatur. Cum itaque intersit Ecclesiarum plurimum, quales in eis collocentur, ut una sit precipua Cathedralis Ecclesia in ea parte Prussie, quam nos possidemus, cuperemus Prelatos et Canonicos Ecclesie illius eiusmodi legi, qui usui esse possent

F eorum indignitate offensi homines ab Ecclia desciscant et ad

ad motus istos nouos reprimendos Quamobrem Sanctissimo domino meo supplicamus, vt facultatem nobis dare dignaretur, in Mensibus suis nominandi duos ad duos Canonicatus Prebendas Ecclesie Cathedralis Varmien. Id quo facilius impetrare possemus, vt suam quoque R. P. vra authoritatem interponat, suasque cum meis preces coniungat, petimus, Hunc vna Venerabilem Nicolaum Lorka, Canonicum Varmien qui fuit Cancellarie mee Scriba R. P. vre commendamus, que nobis gratissimum fecerit si quibus ille in rebus fidem illius implorauerit, in ijs auxilio illi esse fuerit dignata Datum in Brzescie xiij die Mensis Septembris Anno domini M° D° Xliij°

Sigismundus primus Rex Polonie Paulo tercio Pontifici Maximo.

Sanctissime etc. Quantis fluctibus iactetur atque agitetur hoc tempore mergenda nunquam Petri Nauicula. S. vra, que clauem illius tenet, videt ipsa melius, quam a me perscribi possit. Me quidem status iste rerum vehementer perturbat: ac in ea Christiani orbis parte, cui me precesse Deus voluit, aguntur a me omnia sedulo, que ad motus istos tranquillandos pertinere videntur. Ac ceteras quidem ditiones meas minore negocio in officio contineo: verum Prussie terre plus quam ulle alie mihi difficultatis exhibent, Quamobrem que Princeps ibi est Ciuitas mea, in ea cum nouos quosdam fieri motus accepissem, duos ad me illius Consules viros Primarios vocaui, Legatos

deinde eo missi ex his qui Principem in Senatu meo locum obtinent, Epos duos, Palatinos tres, qui ne qua fieret religionis novatio providerent, Ac si qui deflexisset aliquid eos in viam reducerent. Caeterum ad retinendos homines in Prisca fide et religione, plurimum in eo momenti esse videmus quales ii sint qui in Ecclesiis collocentur. Ac duae quidem sunt in terris meis Prussiae Ecclesiae Cathedrales, quorum altera Varmien magis est insignis, In qua, quales Praelati et Canonici sint, ad Ecclesiae rationes constituendas, permultum interest. Fuit in illa Alexander quidam Sculteti: qui non solum vita cum esset contaminata, sed novis etiam erroribus imbutus, qui ab unitate Ecclesiae discesserunt, magno fuit ~~aliis~~ multis offendiculo, quos in eundem errorem induxit, ob hoc etiam decreto meo Regio proscriptus. Cupio itaque providere, ut in illa saltem Ecclesia, unus aut alter collocetur vir idoneus, qui gratia valeat: ac errores quibus afflati nonnulli sunt excipere possit. Quamobrem supplico Sti Vrae, ut ad duos saltem Canonicatus et Prebendas, duos aliquos idoneos viros, nominandi in Mensibus Vrae S. facultatem mihi concedere dignetur. Rem factura cum mihi vehementer gratam, tum Ecclesiae illi amplissimae utilem et necessariam. Datum in Brzescie XV die Mensis Septembris Anno domini M° D. XLiiij°

Sigismundus primus Rex Polonie
Alberto Marchioni Duci Prussiæ

Illme Princeps etc. Quum ex animo precetur Illtas vra, ut foeliciter ea cedant, quę in Magno Ducatu Lithuanię per nos acta sunt: utque Serenus filius meus, qui baculus est senectutis meę, delata sibi per nos eius Ducatus admini: strati one, atque omni Iurisdictione, diu incolumis perfruatur, dubium nobis non est, Nam animum illius in nos, et Sere: nißimum filium meum perspectum satis et exploratum ha: bemus. Quod verò nos promißorum admonet, eos nos esse sciat, qui quę verbo promittimus, re libenter prestamus. Me: moria nos quidem tenemus, quod facturos nos receperamus, simul ut ad puberta tis annos peruenisset Serenus filius meus, ut Iura se cuiusque et Priuilegia conseruaturum Ius: iurandum daret. Quod ita, ut promiseramus factum à Rite eius esse, meminisse potest Illtas vra. Porrò in Ma: gno Ducatu Lituanię aliquid nos eiusmodi promisisse, me: moria non tenemus. Sed si nobis id Illtas vra demonstra: uerit, et in memoriam reduxerit, faciemus libenter, ut fi: dem meam liberemus. Quamquam de Sereno filio meo ea spe sumus, et opinione, quod siue dederit Iusiurandum Aetas eius, siue non dederit, ab officio tamen suo declinaturus non sit: et Iura cuiusque et Priuilegia conseruaturus. In: stant nunc Regni Comitia in his uberius nobis Illtas vra sententiam suam declarandam curabit, et ubi sit aut quando per nos aliquid promißum certiores nos red: det. Nos cum Consiliariis Regni mei deliberatione suscę: pta, quid erit officii mei statuemus. Datum

Legatio ab Hermanno Magistro ordinis Cruciferorum in Liuonia: ad Sigismundum primum Regem Polonie dicta.

Imprimis post amicabilem et vicinalem decentem salutacionem et obsequiorum exhibitionem, commendationemque.

Quemadmodum Sacra Regia Mtas dominus meus graciosissimus, in causa diuersitatis Gramiarum, suos precipuos prestantes dominos et Consiliarios proxime transacto hyemali tempore, ex Christiana sua et mere Regali voluntate graciose deputauit, et misit: illius Mti meus graciosus Princeps, et dominus Mgr in Liuonia, vna cum toto militari Theutonico ordine, diligentissime et familiater, gras agit, cupiens id Mti Regie, et singulis aliis, iuxta meritum, inquantum possibile est, promereri.

Quod autem tam laudabilis Conuentus, sine commodo in finem deductus non sit, cum Christifideliter sit inciatus id nullus cordialius magis dolere potest, quam memoratus meus graciosus dominus. Cuius animus semper pacem anhelat, precipue tamen cum Regia Mte amicabiliter et in bona vicinitate viuere optat. Habuitque meus graciosus dominus plenam confidenciam dum sue Mgrie domini Commissarii, ad omnia possibilia propter bonum pacis consenserunt, cesserunt, et abscesserunt, Quod eodem modo Mtis Regie Commissarii huic se conformare debuissent vnde tam laudabilis Conuencio maiorem fructum afferre atque eiusmodi Christianum deificum opus, dum optatum ad finem perducere debuissent.

Quoniam vero Mtis Regie Commissarii sibi ipsis ad memoriam

memoriam renovare possunt, neqꝫ uti amatores veritatis se-
cus loqui poterunt, quibus promissionibus, et cæteris allogniis,
Gramcies in capiendo à Chirschum relevare et renovari
incepte sunt, dicen quòd infra 32 miliaria, iuxta præfa-
torum informationem, promiserunt nullas vel paucas dif-
ferentias esse, sed quemis parcium infra totidem milliaria
circa suam possessionem pacificè permanere debuit, cum aliis
reformationibus ibidem factis. Quod verò propter occasio-
nem ad exitum non perductum est summi: propterea hæc cau-
sa viceversa ad Mtem Regiam est provocata. Et sic sæpe
meus graciosus dominus, cum plenaria potestate ad Mtem
Regiam, in causa eadem propter diversitates Gramicierum
finaliter familiariter, amicabiliterqꝫ et humiliter practi-
care et componere expedivit

Familiariter et vicinaliter petens, si iidem Amicii aliquanto
tardius venerunt, cum tamen legittima causa id impedi-
verit, quod Mtas Regia id non clementi ferat animo,
verum magis ex innata Regia bonitate, omnis clementiæ
omnes circumiacentes Christiani virini gratulantur, hanc
gramicierum diversitatem inspiciat, quomodo quemis parcium
circa æquitatem et meritum conservari poterit

Meus graciosus dominus, nihil aliud petit, nisi amorem, pacem,
et certam vicinalem convenienciam et complacenciam, nec aliud
exposcit, quàm Juxta consonas veras Gramcies, que in literis
ligæ posterioris sunt promissæ, quemadmodum et in per-
petua conivata pace, ad quam literæ ligæ se referunt,
clarius expressum et obsigillatum est. Et quamvis dominus
meus graciosus (quemadmodum nunc per orbem diversitate
linguarum controversiæ dissensionesqꝫ geruntur et fiunt)
aliqualiter metuit, attamen totam ipsius fiduciam, in iusticia

et bonitate Mtis Regiae, sistit quum Regia Mtas graciose perpendet, vti magnus Thesaurus, origo et fons totius bonitatis, amator vicinitatis bonae quomodo horribiles Tyranni Chri nominis inimici paucitatem Christianitatis indies inualuit, propterea quod Christianos inter se discordes vident. Quare haec diuersitas valde refutanda et non amplectenda est

Volumus eciam Christifideliter cordi, et in memoriam reducere quam grauia et intollerabilia damna militaris Theutonicus ordo in Liuonia propter terras Lituaniae seu ad placitum Lituanis, à Moschis perpessi sunt.

Preterea graciose perpendere dignetur hac tempestate in vniuerso Orbe, nihil esse stabile, fortunae infortunium cohaerere, incertumque quid sequens adferat dies quidue in posterum vicinalis charitas, fides, et acceptabilis famulatus inclyti Militaris Theutonicorum ordinis Sacrae Mti Regiae vel admimus Mtis Suae haeredibus, clarissimo Regi Iuniori meo graciosissimo domino, exhibere poterit, digneturque ipsum Militarem ordinem graciosis intueri oculis. Et Graminibus in litteris lige consigillatis, et perpetui foederis iuramento expressis huiusmodi, vt par est et iustum, graciose prouidere. Per quod singulae occasiones diuersitatum aboleri et vnanimiter exadicari: pax, amor, amicitia, vnanimitas in futurum, et beneficentia vtriusque Dominij, seu vtrarumque terrarum effici et persistere poterit, quod vnus in alium totam fiduciam collocare, atque amicabile vicinale subsidium conferre poterit.

Est siquidem Mtas Regia prout non solum fama totum peruerens orbem testatur, sed eciam ipsa experiencia palam

Secretior legationis pars eiusdem Alphonsi Oratoris secretius dicta

Serme Rex. Carolus Caesar Romanorum Imperator dominus meus iniunxit mihi, vt in secreta audientia coram vra Mte et Sermo Principe Sigismundo Augusto, pntibus etiam Senatoribus interioris Consilii Mti Vrae verbis suis exponerem, se à Sermo Principe domino Ferdinando Rege Romanorum fratre suo charissimo intellexisse, quemadmodum non multis ante mensibus, tum cum Conuentus Parsiermaticus Petrcouiae haberetur, idem Rex per suos Legatos, tam suo quam communi ordinum Regni Bohemiae consensu apud Mtem Vram confidenter egisset, vt sese Mtas Vra, vna cum Regnis et dominiis suis, cum eodem fratre suo Caesareae Mtis, cumque eius Regnis et Prouinciis sociali bello aduersus communem Christianitatis hostem fraterne coniungere vellet ad hec vero Legatos fratris Caesareae Mtis responsum accepisse, nempe quod si status et ordines Regni Poloniae viderint Caesaream Mtem vna cum fratre suo charissimo, et Sacri Imperii Statibus, caeterisque Christianis Principibus et Potentatibus, Barbaris, Turcis ad recuperandam Pannoniam fortiter opponere: eo tunc eisdem hostibus et Vram Mtem ad apertum bellum inferendum et sua arma cum Christianis coniungenda, promptam et admodum animatam futuram.

Ex qua deliberatione Vrae Mtis et suorum, haud mediocrem Caesar cepit voluptatem: tantoque magis vult Vram Mtem scire elaborasse in proximo Imperiali Conuentu

Spirensi vniuersos Germaniæ Principes, Status Imperii ad generalem expeditionem aduersus communem hostem alli: cere et commonere. Proinde vnanimi consensu volunta: teq omnium ordinum, tum hoc anno non spernenda subsi: dia pro defensione Regni Hungariæ promissa et decre: ta, tum ita inter se, atq Imperii Principes conuentum esse vt pro anno proximè futuro, vniuersalis expeditio offe: sua contra dictum hostem suscipi et omnino parari de: beat. Ad quam aggrediendam et perficiendam, non solum communes Sacri Imperii Principes atq status validissima auxilia sese per integrum biennium præsta: turos esse vnanimiter obtulerunt et receperunt, verū etiam sua Caesarea Mtas personali pńtia sua eidem expeditioni se interfuturam ac præfuturam ac vnà cū Serenmo Rege Ferdinando fratre suo charissimo, ad: iunctis vtriusq Regnorum ac dominiorum suorum viribus, necnon aliorum Principum et potentatuum Christianorum auxiliis, tale offensiuum bellum pro vi: rili sua regere promouereq pollicita est.

Quæ cum ita se habeant. Caesarea Mtas pro singulari in vram Mtem beneuolentiā facere non potuit, quin hæc vræ Mti confidenter communicaret, tum, vt quæ pro communi salute totius Reipublicæ Christianæ ac pro eliberatione afflicti Regni Hungariæ in Comitiis Spirensibus essent acta et conclusa, ex se sciret, tum pro indubitato crederet, suam Caesaream Mtem omnes cogitationes et actiones suas eo directuras esse, vt miserum illud regnum Hun: gariæ, ex faucibus Turcarū accedentibus aliorum Prin: cipum et potentatuum Christianorum suppetiis, eripiat

Et quoniam æquum est, vt commune periculum communibus

viribus propulsetur, conclusum et Conuentum esse in Conuentu Spirensi vt omnes Principes et potentatus Christiani, vbi sint, tum per literas tum per Legatos requirantur, vt vnà cum Imperatoria Maiestate, eiusque Serenissimo Romanorum Rege, dictisque Sacri Imperii Statibus vires et potenciam ad tam vtile et salutare opus, aduersus tantum hostem ex visceribus Christianitatis eijciendum, conferre non grauarentur.

Decet autem, vt in qua re communis salus, communeque officium omnium Christianorum agitur, ea res ab omnibus Christiane Reipublice membris quando ad omnes pertinet, vnanimiter suscipiatur, atque adeò conuenit vt quanto potentior est communis Christianitatis hostis, tantò acrius et validius coniunctis et coadunatis omnium Christianorum viribus offensiuum illud bellum suscipiatur.

Quapropter sua Maiestas Caesarea, semel atque iterum impensissimè obsecrat vestram Maiestatem, atque obtestatur, vt pro vestro in Deum Sanctamque fidem et religionem et pro perpetuo tutandae Reipublicae Christiane studio et amore, proque communium fortunarum incolumitate sub eiusmodi bello offensiuo ac generali expeditione in proximum annum futura, tanquam pius et Christianus Princeps, vestra Maiestas sese socium vnà cum Regnorum et dominiorum vestrorum vniuersis Praelatis, Proceribus populisque prestet, atque interim vestra Maiestas se suosque omnes omnibus rebus instruere et parare velit vt cum tempus prestitutum venerit cum tota potencia sua, Caesareae Maiestatis et Sacri Imperii copias augere possit

Praeterea Caesarea Maiestas, nihil vtilius nihilque commodius ad talem expeditionem fore putat, quam si quas Turcarum

Tyrannus auxiliares copias sibi astu fraudeq[ue] paravit hactenus, ea sibi q[uo] modo adimantur, siq[ue] socii eius, qui ad exercitum illius, quoties ad oppugnandos Chr[ist]ianos in militiam proficiscitur, adhiberi solent, ad defectionem persuaderi possent. Quapropter sua Caesarea M[aies]tas imprimis necessarium esse existimat, v[est]ram M[aies]tatem meminisse earum rerum, quas res v[est]ra Ser[enissi]ma M[aies]tas proxime confidenter et secreto per Nuncium v[est]rae M[aies]tatis ad se destinatum indicari fecit, de Vaivodis Moldaviae et Transalpinis.

Quamobrem Caesarea M[aies]tas praecepit mihi, ut nomine suo cum v[est]ra Ser[enissi]ma M[aies]te diligenter agerem, ut caute et secreto de viis et rationibus ineundis cogitare velit, quibus dicti Vaivodae necnon Tartari atq[ue] Moschi similiter ad huius belli societatem pertrahi possint, suae enim Caesareae M[aies]ti videtur multo commodius et secretius actuariusq[ue] etiam per v[est]ram M[aies]tem cum dictis Vaivodis, et aliis, de hoc negotio agi posse, q[uam] si proprios Nuncios suos ad eos expediret.

Quare v[est]ram M[aies]tem magnopere rogat sua Caesarea M[aies]tas ut primo q[uo] tempore se certiorem velit facere, quantis viris v[est]rorumq[ue] etiam auxiliis, generalem istam expeditionem adiuvare statuerit, siquidem sua Caesarea M[aies]tas non dubitat, de v[est]rae M[aies]tis in religionem Christianam pietate et amore, in eiusq[ue] cultores cura et studio, qui quaecumq[ue] ad promovendum hoc ipsum bellu[m] utilia, commoda et necessaria fore intellexerit, ea omnia libenter et diligenter sit factura.

Responsum à Sigismundo primo, Rege Poloniæ datum Alffonso Ori Cæsaris Caroli Vti. in Brzescie Lithuaniæ 19 septembris 1544

Quam ad Serenissimos Reges hos Imperatoriæ Maiestatis nomine Reverendissima et Illustris Dominatio vestra orationem habuit ea summam et incredibilem utrique voluptatem attulit, tum quod et verborum elegantia et sententiarum gravitate referta, tum quod amoris illius Maiestatis in has et benevolentiæ notis fuit insignis. Neque enim aliud in se continere visa est, quam testificationem studii cuiusdam, quo in Maiestates has Imperatoria Maiestas non mediocri perpendere visa est. Quod etsi ne antea quidem Serenissimis Regibus his fuit obscurum, grata tamen eis accidit et incunda haec illius per Reverendissimam et Illustrem Dominationem vestram facta commemoratio, ad hoc longe omnium pulcherrimum certaminis genus se invitari gaudent ac aliis quidem in rebus Imperatoriæ Maiestati non invitis cesserint, ubi vero amore certandum est et benevolentia, nunquam committent, ut ibi posteriores tulisse videantur. Quibus enim vinculis Maiestati illius colligati sunt, oblivisci non possunt. Quæ si minus etiam essent arcta si nulla prorsus intercederet sanguinis necessitudo, tanta tamen est rerum præclare gestarum et admirabilium quarundam virtutum Imperatoriæ Maiestatis prædicatio, nemo ut sit veritate quidem ipsa non solo nomine Christianus Princeps, qui non amicitiam eius magnopere putet expetendam.

Quod si vero ea demum esse firma et stabilis amicitia consuevit quam virtus ipsa conciliavit, quis est qui dubitare queat, hanc Imperatoriam et Regias Maiestates

has, tantam coniunctionem, eodem qui author eius fuit Deo propagante, perpetuam futuram: neque ullo unque tempore intermorituram: quandoquidem non eam nisi virtute effecisse videtur admiratio Quae quidem recens non est verum ab auis et Proauis utriusque quasi per manus tradita, ad hos usque Reges peruenit ad Nepotes etiam eorum, et pronepotes, ac seram deinde posteritatem Deo nobis propitio, transmittenda. Quamobrem quod Imperatoria Mtas tantum suum studium ad Mtes has detulerit, quodque tam ornate per vram Rmam et Ill. Donem testatum id eis facere sit conata, etsi nihil accidisse noui videtur, agunt illi tamen hoc nomine Serenissimi Reges ingentes gratias.

Ceterum quod Rma et Illma Dtio vra Serma dominam Reginam Elisabetam, alterius filiam, alterius uxorem charissimam. Imperatoriae Mtis verbis utrique huic Mti tanto studio commendauit. Etsi ab optimo animo profectum, tamen quod bona cum venia dictum sit, supervacaneum id fuisse videtur. Est enim illa ex se commendatior, quam ut commendatione cuiusque accessio aliqua fieri possit solet, ad eam commendatiorem reddenda. Etenim permulta sunt in ea preclara Dei munera, quae non nisi stupore quodam et admiratione contemplari licet Quae ita inter se certant, statuere ut non possis corporisne an fortunae, an animae bonis plus excellat, cum non vultus magis quam animi pulchritudine, caelestem aliquem Angelum referre videatur, ita ut saxa etiam ipsa ad sui amorem incitare queat. Fert ergo illam in oculis Rex grandior, neque aliud loco habet quam quo filiam dilectissimam, At Serenissimus Coniux huic eius, quid illi et diuino et humano Iure

debeat, non immemor: ita suaviter in eam est effusus, ut nõ posse suavius videatur. Quód si minus etiam in ea essent illustria Dei tanta beneficia, tamen vel solo hoc nõie, quód Caesaris Neptis quód Romanorum Regis filia est: non posset eam non uterque is praesertim quorum unã iam caro est effecta, non plurimi facere. Quae itaque amãda fuit qualiscunque esset propter Sermos et excellentissimos fratres hos, etiam ante contractam hanc affinitatem, maximis amoris, amicitiae, propinquitatis vinculis, utrique Mti huic coniunctissimos, ea cum singulari Dei benignitate talis contigerit nihil ut iam cogitari possit aut optari melius, praestantius, et numeris omnibus magis absolutum, fieri non potest, quin summa in eam benevolentia conflagrent.

Quare etsi non potuit non esse grata Sermis Regibus Poloniae paterna haec Imperatoriae Mtis in Neptem suam affectió, nullius tamen eget lectissima foemina commendatiõis. Quandoquidem si in re tam splendida proverbio hoc uti phas est. vino vendibili suspensa hedera opus non est, utinam veró quorum id est officium, hi re ipsa suam in eam benevolentiam declarare vellent, Etenim huic tam laudatae Reginae per patriae instituta moresque receptos, nondum ita ut dignitas eius postulat providere licuit, quod eorum culpa accidit, per quos maxime fieri omnia, ut filiae rationibus quam celerrime prospiceretur, oportebat.

Haec Sermorũ Regũ nomine Rma et Illma D. vrã Imperatoriae Mti refferet, cum quod optant, ad illam incolumem, incolumis ipsa pervenerit. De studio in illam Mtum harũ prolixe omnia pollicebitur, at vicissim laeta quaevis et secunda verbis earum, precabitur, Neque enim Sermis Regibus meis quicque accidere possit auditu iucundius

incundius, quàm si ex sententia cadere et ad voluntatem Maiestatis eius omnia fluere acciperent.

Secretius responsum eidem Alffonso Oratori datum

Sacra Mtas Regia quę sint per Oratores Serenissimi dni Romanorum Regis, in proximis superioribus Comitiis Petrconię habitis, à se postulata, quid simul eis responsi dederit, tenet memoria. Non concedit cuiquam Mtas eius, maiore vt studio Rempublicam Christianam contra communem hunc tam potentem hostem, defensam voluerit, quam quanta ipse cura et diligentia, ex quo tempore Regni huius gubernacula suscepit, in eam semper cogitacionem incubuit, cuius voluntatis suę preclara sępe dedit documenta. Nam Serenissimis Hungarię Regibus fratri suo Wladislao, et eius postea filio Ludouico, semel atque iterum suppetias mittebat atque afflicto Hungarię Regno minime contemnendis copiis presto aderat, quo posset tanti hostis impetum à se propulsare. Cumque suas et Hungarię Regni vires esse impares sentiret ad bellum tam periculosum sustinendum, nisi ab aliis quoque Christianis Principibus auxilium esset allatum, et litteris scribendis et Nunciis mittendis fidem Christianorum Regum et Principum implorabat: atque omni ratione eos adducere conabatur, vt se vnius esse corporis membra meminisse velint, Neque cuiusuis corporis, sed Christi corporis, illius inquam corporis, quod suo ipse Christus sanguine redimere dignatus est vt omnes in se credentes vnum secum corpus efficeret, quo quam habent inter se

corporis membra charitatem, eandem illi inter se retinerent, qui per fidem in vnum cum Chro corpus compacti sunt: ac positis armis, quibus mutuò se conficiebant, et Syncretismo quod aiunt facto, commune periculum communibus periculis propulsarent. de his rebus Christianos Principes admonendi, cum nullum finem facerent Sacra Mtas regia, suredo, quod aiunt, cani fabula videbatur. In sua ipsorum viscera sæuire Principes Christiani, qz tanti à se periculi propellendi cogitationem suscipere maluerunt, ex quo fiebat vt vires hostis crescerent, ditiones verò Mtis Regiæ ferro atqz igne longè lateqz popularentur, dum vicinorum Principum ope destituta, par vnâ esse non posset tantæ vi hostium sustinendæ.

Hæc cum videret Sacra Mtas Regia, discruciabatur animi. Nam et suis suorumqz incommodis angebatur, et euentura ea pridem omnia cernebat, quæ postea acciderunt. Quoniam verò consilium aliud nullum reperiebat, venit illi in mentem quod est in prouerbio, suiquenqz capitis primum custodem esse oportere. Fuit illa parata omnis discrimini caput suum obijcere, quæ si morte etiam sua salutem Reipublicæ Christianæ repræsentare potuisset, summa id erat animi alacritate factura.

Sed cum vanam esse suis viribus iram intelligeret, cum priuatis cupiditatibus distractos animos, aliorum in mutuam cædem esse propensiores, ac fraterno sanguine, prô dolor, manus suas contaminare velle videret, qz vt in studium id accendi à se communis periculi incumberent, cum non modo spes nulla concordiæ, atqz vnitatis affulgeret, sed magis etiam in dies atqz magis Chri corpus scinderetur, fides labefactaretur, tot sectæ fierent tam

dissecta quę omnem Christianam charitatem extingue:
rent, ac Deum etiam à nobis auersum redderent, quid
aliud faciendum restabat Sacrę Mti Regię, quam ut
rationem iniret, qua se tamen Regnumque suum Deo
miserante saluum conseruaret

Quare quàm abnuebat antea non semel à se per communem
hostem petitam pacem vel Inducias potius, ea fecit postea lu:
bens, vel hac saltem re se preclare de Republica Christiana
meritam esse sibi persuadens, quod aditum hostibus ad vici:
nas prouincias per ditionem suam non patefacerit, quodque
Regni sui vires integras conseruauerit, ad id usque tempus
quo recte rem geri posse contra hostes spes aliqua osten:
deretur, quam quod nunc proponit Do hō vrā Sacrę
Imperatorię Mtis verbis, gaudet hoc nomine Mtas Re:
gia, ac quod operatus est deus, ut id confirmet, precatur
quo tandem aliquando pax ista et concordia inter Chri:
stianos Principes constitui, et uniuersalis hęc expeditio
fieri possit. Sed nondum inter eos ita esse pacata vi:
det omnia, quemadmodum Reipublicę Christianę intelli:
git expedire cui quid debeat non est immemor Sacra
Mtas Regia, Nec arctę necessitudinis oblita est, qua
illi cum Serenis et excellentissimis fratribus Sacra Im:
peratoria et Regia Romanorum Mtibus intercedit,
Neque non perspicit, quanta circumstent Regnum eius pe:
ricula, quę quidem dies noctesque semper oculis illius atque
animo obuersantur. Ac quò diligentius hęc omnia per:
cepta secum habet et meditata, hoc magis est animo pro:
pensa ad ea prestanda quę Sacrę Imperatorię Mtis
nomine Do hō postulat vrā. Cupit illi gratifficari,
cupit socia cum Serenis fratribus Sacra Imperatoria
et Regia Romanorum Mtibus iungere arma, si qua
ratione Deo suorum conatus adiuuante, eripi ex hostium

manibus calamitosum Hungariae Regnum, et in libertatem asserere possit, cupit quod sibi terrisque suis videt impendere periculum, a suis et suorum ceruicibus propellere. Sed non comperit Maiestas eius quemadmodum recte res agi possit, quamdiu inter se capita ipsa dissident orbis Christiani. Tum ante ut annua vel duorum annorum expeditione multum proficii possit, veretur. Illud vero plurimum reformidat, ne intra biennium hoc, bellum istuc confectum non fuerit, et qui societate eius deuincti erunt, hi se ab ea seiunxerint, priuatis cupiditatibus ut fit, a cura publicorum comodorum auocati, sola deinde Maiestas eius relinquatur, quae propter vicinitatem magis est ui et iniuriae tam potentis hostis opportuna.

Quare videat Sacra Maiestas eius primum serio rem agi: videat Regum et Principum Christianorum omnium conspirantem consensum: videat certam aliquam et longiore duratura expeditionem decerni: nihil nisi regnia patietur quod vel ad Christianum Regem, vel ad bonum vicinum vel ad eum qui arcta propinquitate Serenissimis et excellentissimis fratribus Sacrae Imperatoriae et Regiae Romanorum Maiestatibus est deuinctus, videbitur pertinere: plus etiam praestabit multorum opinione. Neque enim deest Maiestati eius magnus et fortis ac Rege dignus animus, sed vires ipsa suas, quae sunt tanto hosti impares expendit.

Ac una ea re plurimum terretur, quod bellum hoc tam necessarium tamque periculosum inchoari nonnunquam videt, constanter geri non videt. Ita fit ut irritatus hostis, postquam defatigatos nos et solutos citius quam oportebat, videt exercitus, sumat spiritus maiores ac in viscera Christianorum, tanto crudelius, et quidem impune grassetur, quod ne fiat hac una ratione prouideri

prouideri possit, si non in vnum tantum aut alterum, sed
in plures annos vniuersalis haec expeditio decerni queat
tum enim laeta omnia et secunda Chro propitio polliceri no:
bis liceret.

Porro consilium hoc Sacrae Imperatoriae Mtis vt ratio
aliqua ineatur qua eorum animi, qui nunc Turcarum Re:
gis partium sunt, sollicitentur, si quo modo adduci possit
vt defectionem ab eo moliantur, Mtas Regia non im:
probat. fieri potest vt id non ita magno negotio conficia:
tur. Etenim qui Castra illius sequuntur, eos magna ex:
parte non voluntate sibi iunxisse videtur, sed metu,
qui non diuturni Mgro est officii vt dubium non sit
tempus modo defectionis plerosque circumspectare nihil
facturos libentius, quam vt ex dura seruitute in qua
se esse vident in libertatem se asserant, et quibus an
animi coniuncti sunt, ad Christianorum partes transe:
ant, dum modo iustas eos habere vires intelligant.
Certo Vaiuoda Valachiae, cuius rei mentio facta est
quo tempore venerant Posthcomia Rmus, dominus
Balthazar Epus Wratislamen., et Mgcus dominus
Georgius Zabka Regni Bohemiae Procancellarius
hac ipsa de re a Serenissimis et excellentissimis fratribus
Imperatoria et Regia Romanorum Mtibus missi,
suum et ipse Nuncium legauerat, per quem Regiae
Mti supplicauit, vt Sacrae Imperatoriae et Regiae
Romanorum Mtibus significare dignaretur, quod sit
animo in Christianorum partes propenso, quodque cupiat
et consilia sua secretiora cum eorum Mtibus communi:
care et vires etiam coniungere, si tuto possit. Quod etiam
per Oratorem suum Mtibus eorum Regia Mtas re:
nunciari, atque illud vna declarari voluit quod esset Sa:
trapes hic et a viris et ab equis paratus, qui si cum
Moldano

Tu nie ma konca
a nie długiej strony od
innego artykulu kinty-
nuacya

palam facit, innumeris planeque Regiis dotibus a deo optimo Maximo decorata, sed prae caeteris bonitatis splendore elucescat, florescitque. humillime petunt, ne eadem quo hoc potissimum tpe Militari ordini Theutonicorum auferatur.

Proculdubio aeternus omnipotens Deus, auctor et pater pacis Mti Regiae, pro tam pio, sancto, Christiano, deifico, et pacifico ope, hic in terris diuturnum prosperum in tranquillitate Imperium, et in futuro aeternam pacem, lucem indeficientem, clementer donare dignabitur.

Pro quo, et cum quo, supramemoratus meus gratiosus dominus una cum toto suo Militari Theutonicorum ordine: et omnibus eorum amicis, familiaribus et subditis semper ad omne beneplacitum Mti Regiae viceuersa, accepta servitia vicinalia officia, si quando praestare poterit, est meus gratiosus dominus semper paratus et acclinatus.

ten ułomek na tey stronie wychodzi z innego Artykuła
trzeciego się zaczyna kniżackiego od Rocka Mistrza
tego zaczyna

Liuonienses ex ea opulencia, quam habent ex importatione multarum rerum ex Lithuania et Samogithia, facti sunt superbissimi, vsque adeo, vt eciam vbi collibitum est eis, gramicies finesque sui Domini in Lithuania ponant, Regie Maiestatis clemenciam non agnoscentes. Existimant enim quod Regia Maiestas cogatur facere omnia, que ipsi vellent, Et quanto clemencius Regia Maiestas cum eis agit, tanto illi fiunt superbiores, et ferociores.

Res eas quas ex Lithuania ad illos deportantur, prout volunt Liuonite emunt, paruam pecuniam pro eis nostris hominibus dantes. Et ita Liuonite ipsi et pecunia sua et rebus meis abundant, et sub protectione Regie Maiestatis, post tergum Lithuanie degentes, securi superbiunt et ferociunt Maiestatem Regiam contra infideles et scismaticos non adiuuant: sed magis inimicos contra suam Maiestatem instigant.

Portantur autem ad Liuonitas flumine Dwina Cineres, voloca, Wantbschos, Klepki, Cera, Carnes, Lardum, frumenta, vbi subditos Regie Maiestatis Lithuanos dum eunt per flumen, cogunt sese sistere, et stare penes quodlibet Castrum, et exigunt ac extorquent ab istis rebus grauissimas exactiones, pro illorum libidine.

Exinde sese Liuonite ditant, Ciuitates, Castra, edificant, muniunt. Dominia Regie Maiestatis destruentes magis quam infideles. Tantosque spiritus sumunt, tanta superbia sese efferentes: meos homines ita contemnunt, spernunt, vt eos non hominum sed bestiarum loco habeant. Hec superbia crescit eis ex Lithuanica rerum importatione

Ex Liuonia contra nihil in Lithuaniam apportatur quia illic

. nihil boni nascitur, preter equos, quorum est illic copia: quos tamen ab eis difficile est consequi, nam eos meis hominibus non fauent, solo odio gentis meæ.

Liuonite non ita se gerunt erga meos homines uti tenentur ex obligatione foederis, Nam difficiles sunt ad illos adytus

Hominibus meis non faciunt iusticiam, profugos non restituunt malefactores querere non permittunt, non modo foedus et amicitiam seruare nolunt: sed imperare Lituanis nituntur, et occupare hoc Dominium, sicuti assidue occupat.

Facillime et re vna poena, superbia hec elata comprimi potest, nempe sola occlusione viarum et fluminum in Liuoniam.

Lithuania, Russia, Samogithia, desertatur eo quod infinita hominum multitudo, alii cede hostili pereunt, alii in seruitutem et captiuitatem abducuntur, alij pestilentia absumuntur, pars non leuis cum rebus suis in fluminibus euntes submerguntur, plerique retinentur. Exinde terra mea desertatur, agri non arantur, et subinde caristia et rerum penuria in Lithuania.

Hys incommodis tempus est prouidendi, quia indies decrescit hoc Dominium, et decrescet, Et quilibet Princeps suis potius quam extraneis fauere debet, lucra, commoda, et opulenciam.

Prohibeat et inhibeat Maiestas Regia suis subditis omnibus vt res et merces ad Liuonitas non ducant. Liuonitis vero liberum fiat venire pro mercibus et cum mercibus ad Lithuaniam venire.

Fiant in Oppidis fora et mercatus publici et de omnibus rebus vendibilibus fiant constitutiones. Ut Livonili et alii externi veniant et emant libere. Pro Tunna Siliginis tunnas duas salis det, pro tunna tritici quatuor tunnas salis et sic de aliis rebus rebus

Hac ratione Livones comprimentur et subiugabuntur. Nam sine his Dominiis nulla ratione poterunt stare, sicuti et Rutheni, cum sine his Dominia haec locupletius vivere semper possunt.

Rex Swecie Sigismundo primo Regi Polonie

Salutem et offitiorum commendationem. Potentissime Rex frater et vicine charissime. Magis indies atque magis comperimus, proh dolor, quod Maiestas vestra, et partim etiam vicini nostri communis Christianitatis, precipue vero vestre Maiestatis Christianum Regnum, provincie et populi a furioso Tyranno Turcarum, et ab aliis nonnullis infidelibus in periculo sit, et eorum incursionibus infestetur. qua in parte, nos ita ut equum est, cum reipublice Christiane tum vestre Maiestati et eius subditis. Christiano et fraterno animo condolemus. Et cum nos quoque membrum simus sancti nominis et fidei, nihil videremus atque optaremus libentius quam ut ex omni parte cum illis tum vestre Maiestati ad laudem omnipotentis et in salutem nostrum omnium ita res cederent, quod omnia capita vestre Maiestatis et nos a malorum vicinorum infestationibus tuti esse possemus. et quamvis nos quoque semper propensi fuimus in consolationem reipublice Christiane pro viribus nostris opem afferre, nihilominus celare Maiestatem vestram ~~potuimus~~ voluimus quod nos quoque hactenus ab ijsdem a quibus Maiestas vestra ita impediti fuimus, ut nostro desyderio satisfacere non possemus. Nihilominus quicquid a nobis fieri poterit deinceps in Reipublice et nostre commodum et in consolationem Maiestatis vestre nollemus in nobis requiri quicque quod esset virium nostrarum, sed presentibus omnia eadeferrimus que a Christiano Principe pro solatio Christianorum deferri par est. Quoniam hoc tempore cursus eorum qui tales vicinos habent, valde sunt celeres, ita ut qui vicinitatem habent cum infidelibus itidem ut Maiestas vestra nostro iudicio, vigilantia, et providentia diligenti valde opus habeant. Propterea nos tanquam expressus

vicinus Mtis vrae et charus frater in consolationem illius
noluimus praetermittere, quo et ipsa cognoscat, etsi videmur
paulò longiore ab illa intervallo remoti, et fortasse alii neqꝫ
per litteras neqꝫ alia ratione de animo meo certiorem illam
reddunt. Quod nos nihilominus cum Christianis et praeci:
pue cum Mte vra et eius Regnis atqꝫ provinciis senti:
mus, et his litteris amicè illam visimus, et intelligentia
habere cum ea volumus, nihil dubitando immò certò nobis
promittendo de Mte vra, si forte ad eundem modum, quod
non putamus, ab ijsdem infidelibus vicinis negocium no:
bis exhiberetur, ꝙ Mtas vra omnibus modis eandem
in nos propensam voluntatem esset habitura. Et quibus
in rebus nos Mti vrae quae mea haec scripta ex bono
animo profecta in optimam partem interpretari velit, plu:
rimum fraterne amicitie praestare possemus, certam spem
de nobis concipiat ꝙ libenter simus facturi Datae in Ar:
ce mea Bulsholm septima die Februarii

Sigismundus primus Rex Polonię
Regi Swecię

SERme Rx Reddite sunt nobis litterę Sertis vrę, quibus dolenter se ferre scribit, q truculentissimus Chrianj nominis hostis latius indies imperii sui fines propagat, ita vt iam finitimus nobis factus sit, vt aliquid nobis metuendum sit propter vicinum malum: vna etiam defert nobis Sertas vra studium suum, se neq nobis, neq reipublicę Christianę cuius et ipsa ex precipuis membris vnum est, defuturam pollicetur, agnoscimus verę Christianum et fraternum vrę Sertis animum, atq illi gratias agimus quę tam sit de nobis deq regno nro sollicita: atq vltro nobis, si necessitas postulet, opem se laturam non obscurę indicat. Est ita vt scribit Sertas vra, accesunt indies Turcarum vires, non tam eorum virtute q Christianorum vecordia, qui se mutuis bellis conficere, q quod imminet toti Christianę reipublicę periculum coniunctis viribus propulsare malunt, Ex quo factum est, q Turcarum Tyrannus multis est insignibus victoriis potitus, dum nemo est vnus Princeps Christianus qui ei resistere possit. Nobis pax est cum eo constituta necessaria, in ista quę fuit hactenus Christianorum Principum discordia, q firma sit ea futura q q diuturna, certi nobis polliceri nihil possumus: solet enim ille vtilitate commoditateq sua metiri omnia. Sed sumus tamen ab eo vndiq circumsepti ex vna parte Valachiam occupauit, quę in nra olim et maiorum nrorum fide fuit: ex altera parte florentissimum quondam Hungarię Regnum in ptatem suam redegit, ita vt propinquior nobis iam sit ex vtraq parte quam vellemus

Quo maiorem ex eo consolationē

capimus, q̃ Vr̃a Ser^tas vltrò tam amicam suam voluntatẽ nobis defert, dabitur à nobis opera, vt quam vicissim spẽ et opinionem de nobis concepit, eam ne fallamus; ac quibus: cunq3 in rebus poterimus libenter Ser^ti Vr̃æ gratissi: cabimur, quò et ipsa intelligat in nobis desyderata non iri quę à Christiano et vicino Rege ad Christianum et vicinum regem officia proficisci oportet. Hoc ipsum per: suadere sibi poterit, et de Ser^mo filio m̃o, rege et ipso designato, cui magno Ducatu m̃o Lituanię cessimus, cu: ius etiam Ser^ti Vr̃æ scripta communicauimus, optamus Ser^tem Vr̃am diu fęliciterq3 valere. Cuius nos fraterno amori commendamus

Bona Sfortia Regina Polonię
Petro Gamrato Archiep̃o Gnesnen̄ et Cracouien̄ Ep̃o

R^Ȝ. ME in Chr̃o P^r, sincerè nobis dilecte. Cum renunciatum esset nobis Argum Palatinum Masouię fratrem Vr̃æ P. ex hac vita sublatum esse grauem ex eo Nuncio coepimus dolorem, eumq3 duplicem, tum quod doleamus eum esse mor: tuum, qui nostri Regię fidelis semper fuit Consiliarius, meiq3 studiosus: tum quod doleamus vicem Vr̃æ P^tis quę amantissimo atq3 optimo fratre est orbata, quam eciam non dubitamus casum hunc acerbo tristiq3 animo ferre. Condolemus sanè huic luctui m̃erorisq3 Vr̃æ P^tis. Proprium est verorum amicorũ lętari prosperis rebus amicorum suorum: aduersis contra contristari, et medicinam eorum dolori adferre. Itaq3 et nos dolori

vrã. P. compatiu̇r, quem pro nra erga illam beniuolē:
tia communem nobis cum ea reputamus. Sed modum tamen
ei dolori constituendum esse censemus. Non vetamus quidē
lugere vram. P. in tam acerbo suo et fratris sui casu,
quandoquidem fieri non potest, vt morte chari fratris
non commoueatur, verumtamen mœroris luctusq3 modū
ac finem esse conuenit, apud hos maximè qui et magnitu:
dine animi sunt à natura præditi: et tam diuinæ quàm
humanæ Philosophiæ præclarissimis præceptis sunt optimè
instituti. Ex quorum numero vram. P. esse reputamus
Quamobrem illam hortamur, oramusq3, vt in eo luctu
mœroreq3 suo rationem in consilium adhibeat, et modicè
doleat, nec sese nimium affligat. Nam eiusmodi luctu con:
tristabit amicos, et fratri defuncto nihil proderit, quem
aut non sentit ille aut certè non requirit. Sciebat illū
vra. P. moriturum eaq3 lege natum, moriendum illi
aliquando vt fuerit. Cogitet vra. P. valetudinarium
eum fuisse, et ob id ad summam vsq3 senectam peruenire
illum non potuisse. Intelligit vra. P. talem vitam
iucundam ac desyderabilem esse non solere quę morbis
grauibus, et perpetuę valetudini est obnoxia, non igno:
rat etiam vra. P. sicuti cæterarum rerum, sic et
vitæ sacietatem esse. Itaq3 sola seipsam. P. vra in hoc
suo mœrore consoletur. Meminerit ac recogitet, quod
illo viuo vsa sit fidelissimo ac obsequentissimo fratre
Reputet secum quod frater eius dum vixit amplissimis
perfunctus sit in hoc Regno nro honoribus. Principi:
bus insuper Regibusq3 suis charus, cunctis demiq3 mi:
nimis ac maximis gratus fuerit, Rempub. fideli consi:
lio iuuerit, familiam genusq3 suum vna cum vra. P.
clarum ac illustre reddiderit. Non immaturo vitę
suo tempore decesserit. Christiano more laudabiliter

vitam cum morte commutanerit, desiderium sui apud cunctos reliquerit, famam factis ad posteros extenderit, magis vt letandum vrē. P. fuerit, quē fratrem talem ac tantum virum habuerit, et cui eciam mors tam gloriosa obtigit Qui eciam si paulo longius vixisset: in suauem tamen ac iniucundam vitam, etate morbum cumulante, exegisset. Eiusmodi itaqz atqz alijs ab recondita Philosophia petitis racionibus, quas sapientissimi viri humano dolori medentes litteris prodiderunt, seipsum vrā. P. consoletur, et ab hoc merore se vindicet, mentemqz ad hilaritatem et leciores cogitaciones traducat. Orbata quidē est vrā. P. fratre charissimo: at habet nos. habet et Serenos Reges Principes sibi benignos. De quorum benignitate erga se nihil vnquam dubitare debet. Habet preterea alios plurimos fratres, amicos, et necessarios, quos ipsa. P. vrā charos sibi ipsi habet, qui vicissim illam germani fratris in loco ex animo amant, colunt, ac venerantur. In quorum suauitate ac beneuolencia fideli conquiescere, quos eciam ornare, ac ad honores opesqz euehere poterit, ac ad se amandam colendamqz adiungere, et pro vno fratre defuncto, multos fratres, fidelesqz amicos habituram se esse existimet. Qui eciam ex hac fortune aduersitate, certum diuine erga se gracie iudicium agnoscere debet. Solet deus quos diligit tristioribus sepe successibus visitare. Quamobrem P. vrā ordinationi ac voluntati diuine sese in hoc casu accommodans, et Deo gracias agens, fratris mortem equo animo ferat, minus doleat et causas longioris luctus quem dies ipsa auferre solet, ratione consilioqz diminuat, et nobiscum vna et cum plurimis alijs fratri suo defuncto ætherias sedes, et sociam cum animabus iustis foelicitem comprecetur, et cum Paulo Apostolo dicat, siue viuimus

viuimus domino viuimus, siue morimur domino mori:
mur. Itaque siue viuimus siue morimur domini sumus
Bene et foeliciter valeat Vra P. et angori animi sese
non tradat. Datum in Arce Lublinensi die vigesima
mensis Octobris Anno domini M°. D. xliiij°

Petrus Gamratus Archiepus
Bone Regine Polonie

SACRA et Serma etc. ferreus essem, nisi fratris con:
iunctiss. morte vehementer commonerer, presertim quod cum
eo pariter spes omnis posteritatis mee mihi periit, quem:
admodum ante paucos dies scripsi Mti Vre S. Quis enim
vnquam, quamuis tenui ingenio iudicioque preditus cogitatio:
nes suas vite huius spacio terminauit? et vt sint qui
pecudum more in diem viuant, nullamque future temporis
curam habeant. Equidem hoc loco his opibus et hac digni:
tate qua me Mtas Vra S. cum Sermo Coniuge suo dno
meo clementissimo, esse voluit: id mihi ad cumulum fe:
licitatis deesse semper existimaui, quod neminem relinque:
bam post me nominis mei heredem. Vnica et ea quidem
exigua spes erat in fratre, de cuius stirpe orituros spera:
bam, qui et nomen familie mea per multa secula reti:
nerent: et honorum vtriusque nrm memoriam diu con:
seruarent, et vero Deum pro nobis etiam mortuis preca:
rentur, ea quoque spe iam prorsus decidi. Hac ego solitu:
dine non moererem? non dolerem? non me excruciarer sqt?
Non sum tam firmo animo, quin hic me casus debilitet

Sed cum dolorem lenit meum, quod pro comperto habeam hu-
mana omnia immutabili iussu bonitatqz Dei nutu gubernari,
Cuius voluntati atqz decretis non acquiescere est nimium
sibi arrogantis, ne dicam amentis. Permagnam autem de-
inceps mihi luctus atqz meroris levationem attulerunt
lrē Mtis vrē. S. quibus me prolixe, prudenter, et cum
summa favoris atqz benevolentie sue testificatione misso
in hoc celeriter Cubiculario suo, consolari dignata est sua
et amborum Ser.morum Principum meorum gratiam (
multis et his quidem clarissimis argumentis mihi perspe-
ctam) pro multis fratribus atqz liberis mihi deferens
De quo summas quas possum grās ago Mti vrē. S. Etsi
me hactenus fidelem semper sibi et obsequentem Mtes
vrē experte sunt, curabo enitarqz summa ope, ut
si adijcere deinceps ad eam fidem et observanciam nihil
potero, nihil certe de his detraham. Nam alia referende
Mtibus vrīs gratie pro tantis beneficiis facultas mihi
nulla patet, vellem pateret, voluntatem profecto requiri
in me non sinerem. Sed hec iam mitto propterea, quod
ubi verus atqz candidus est animus, ibi predicationibus
huiuscemodi opus non est. Decreveram quidem presens fris
funus cohonestare hoc tempore, eamqz ob rem huc celeriter
et magnis itineribus Synodo Rōtrecomie recte et ex re
uti spero peracta, contendi. In quo itinere cognovi Mtes
vrās advenire ad XXIX diem huius Mensis hic af-
futuras. Itaqz mutato consilio cum huc hodie venisse,
crastinum modo diem comparandis his, que ad exequi-
as fratris opus sunt, hic peragam. Reverendie quam lon-
gissime potero Mtibus vrīs officii grā occursurus,
Inde vero ad exequias fratris si Mti vrē, Serenissime
videbitur, profecturus. Quid autem nominatim in Syno-
do perfecerim ipse coram enarrabo Mti vrē. S. nam

nam describere longum esset: neqȝ adhuc tempus ad eam rem habui. Magnis enim itineribus huc profectus sum ita ut primo diluculo iter ingressus, crepusculo tandem in diuersoria venirem, eoqȝ Cubicularium hunc Mtis vrae S. huc mecum deduxi.

Archidiacono Varschemien veniam dabit Mtas vra S. quod non ad fines vsqȝ Lithuanicos obuiam processerit Mtibus vris. Duxeram enim ego mecum ad Synodum iustis de causis. Non solum autem eum, sed et me et multos alios fefellerunt Mtes vrae inopinato isto aduentu suo. Quod restat Deum precor vt Mtem vram S. diutiss. sanam, sospitem et fortunatam seruet. Dat Crac. xxvia Octobris Anno domini Mo. Do. xliiij

Scheda eisdem litteris inclusa

Nunc nunc reuertens istinc alter Cubicularius meus reddidit mihi litteras Mtis vrae S. quibus iterum me consolatur. Et quae ego de Palatinatu Masouiae ac de Praefectura Czirchanouiensi scripsi, sibi curae esse, foreqȝ ostendit. De quo permagnas gratias ago Mti vrae S. et quamprimum potero ita vt iubet Mtas vra, ipsam, pariter cum Regia Mte visam, et ad nutum Mtis vrae S. me prorsus accommodabo.

Sigismundus Primus Rex Polonie
CAROLO QUINTO IMPERATORI CATHOLICO

SERXME etc. Commodum a nobis discesserat Orator hic Mtis Vrae cum nobis ex magno Ducatu Lithuaniae in Regnum nostrum revertentibus, occurrit Nuncius cum litteris Regiae Romanorum Mtis fratris et consanguinei nri charmi, quibus de pace cum Gallorum Rege confecta redditi sumus certiores. quo Nuncio mirum in modum exhilarati fuimus, accidit autem quandoquidem biduo tantum Orator Mtis Vrae nos antecessit, ut eum in Civitate nra Cracovien. consequeremur, ubi ad nos iterum accessit, ac eundem nobis multo gratissimum attulit Nuncium de Mtis Vrae foelicitate singulari. Que nos res tanta extulit laetitia, ut tenere nos nequaquam potuerimus, quin hos tam foelices successus Mti Vrae, cui eadem omnia que nobis ex animo precamur, impense gratularemur. Agimus Christo gratias cuius hoc munus est, qui iam proculdubio populum suum Christianum respicere dignabitur, cum in hoc tam optatam Vrae Mti victoriam concesserit, ac meliorem prope quam sperare ausi fuissemus belli huius exitum contulerit: ut corpus ipsius, que est Ecclesia, ab hostium impetu vindicare et afflictum Hungariae Regnum in libertatem asserere queat, cum nemo Princeps futurus esse videatur, qui tam sanctas cogitationes Vrae Mtis impedire iam aut velit, aut possit. Etsi enim quibus conditionibus pax ista confecta sit nondum scimus tamen quin ex sententia Vrae Mtis, et quemadmodum expedit universe Reipublicae Christianae ita confecta sit: tanto minus dubitamus quanto certius exploratum habemus Mtem Vram non ad privatam sua sed ad publicam

Sigismundus primus Rex Polonie
Ferdinando Romanorum, vngarie regi:

Ser.^me etc. Agimus ingentes gracias M.ti vre quod tam letum ad nos miserit nuncium de pace inter Caesaream Catholicam M.tem et Gallorum Regem confecta que vt firma sit et stabilis Deum precamur. Nichil nunciari nobis potuit quod magis animum nostrum exhilararet. Gratulamur Cesaree M.ti tam Christianum animum quod cum in Gallia faeliciter rem gessisset ac omnia illi ad voluntatem fluxissent, Nichilominus hoc tam secundo fortune cursu minime elata nihil aliud quam id quod esset reip. Christiane salutare quesiuit: facile vt appareat vere Christiano animo bellum hoc a M.te eius susceptum fuisse, quo facilius impedimentis omnibus sublatis succurrere Christianis posset a truculentis crucis hostibus miserandum in modum oppressis et eorum rabiem ab illis propulsare Deus opt. Max: vere Christianissimi Cesaris tam sanctos conatus fortunet: et qua in ciuilibus bellis faelicitate M.tas semper vsa est eandem illi contra sempiternos hostes fidei nostre concedere dignetur pro misericordia magis sua et pro nominis sui gloria quam pro meritis nris.

Iterum atque iterum gracias agimus M.ti vre que sue non mediocris leticie nos quoque participes affecerit. Iam inde a multis annis nullum accepimus Nuncium laetiorem. Gracias agimus diuine bonitati cuius hoc beneficium est, neque enim sine numinis afflatu factum est vt poten.mi Reges in hanc mentem impellerentur.

2526

Cesareę Catho.ce M.ti gratulamur non tam quod eos qui hostes videbantur, quam quod ipsam vicit victoriam cum nihil in ea gessit insolenter: neque se de animi sui aequitate tam prosperis rebus suis deduci passa est sed id solum secuta est quod expedire reip.ce Christianę intelligebat. Preclarum est hostes vincere: preclarius se ipsum vincere et animi motus in potestate habere.

Vestrę quoque M.ti et nobis una coniunctim gratulamur: quandoquidem coniuncta esse videtur utriusque nostrum fortuna: cum regnis M.tis vrę nihil queat separatim a regno nro accidere. Jam tandem Dei benefitio respirare nobis licet: quem supplices precamur ut quod operatus est in nobis id confirmare dignetur ac contra Crucis etiam inimicos felicitatem hanc Ces: Catho.ce M.ti propriam et perpetuam esse velit. Datum Cracoviae XIX Novembris Anno M D XL IIIJ.

totius Christiani populi utilitatem, consilia sua omnia re:
ferre solere. Quod superest Deum precamur ut foelicita:
tem hanc perpetuam esse velit, quo et in Hungaria re
prospere gerat, atque ea e faucibus hostium erepta ad
reliquam Christiani orbis partem vindicandam, quam
Crucis hostes occuparunt, animum adijciat, atque eadem
foelicitate sanctissimum hoc bellum, de quo cogitacionem
suscepisse dicitur perficiat. Qua in re quid nobis quoque
facere sit deliberatum ex Oratore hoc suo Maiestas vestra
cognoscet. Cuius nos fraterne benevolencie commenda:
mus, ac iterum atque iterum omnem illi a Deo foeli:
citatem precamur. Datum Cracovie penultima octo:
bris Anno domini M°. D°. XLiij°

Sigismundus primus Rex Polonie
~~Consiliariis Terrarum Prussie~~
Gdanensibus.

QVanta clementia divus Parens olim meus in subditam nobis
Civitatem Gedanensem usus, quanta sit eam liberalitate
prosecutus non ignorare putamus Sinceritates vestras. Nos vero
paterna vestigia prosecuti, fecimus et ipsi, ut et perbenigne
illam tractaremus, et liberaliter multa concederemus,
que meo possidet beneficio. Nunc paucis accipiant Sinceritates vestre,
quam se gratos et memores ostenderint, tot et a domino Pa:
rente meo et a nobis beneficiorum acceptorum. Annus
agitur quinquagesimus tercius, cum bona Putzensia per
divum parentem meum, in certa pecunie summa, eis obli:
gata fuerunt. Que cuiusmodi essent, posteaque ex literis,
quas coram Commissariis per nos designatis produxe:
runt

produxerunt, cognouimus: numerari illis omnes integer-
rissimus. Illi vero pecunia non accepta ac friuola ap-
pellatione interposita quam illis ex informatione Com-
missarii mei non admiserunt ad vim animum adie-
cerunt atq armata manu, eos qui ex decreto Judicii
ad eundem meo nomine possessionem missi fuerunt,
nostram personam sustinentes, prohibuerunt, quominus
mandata mea exequerentur. Cum tamen iidem Co-
missarii mei ex eadem informatione mea eis de-
clarauerint, si qua in re se grauatos putarent nos
de ea re cognituros: et promissuros, ne quam sibi in-
iuriam factam esse iure conqueri possent, dummodo
ne quid more adferretur, ademde meo nomine posse-
ssioni. Hec illorum temeritas atq audacia vehemen-
ter animum meum commouit: estq nobis omnino delibe-
ratum, quas tam audax eorum facinus penas meretur,
de eis prosequi. Sed quoniam in terris meis Prussie
nisi communicato consilio cum illarum Consiliariis, gra-
uius aliquid statuere non consueuimus, ne quid contra
perpetuum morem meum fecisse videamur ad S. V.
Cubicularium hunc meum misimus: atq eas hortamur
presentibus, vt pro ea fide qua nobis sunt obstricte fi-
dele nobis consilium impartiant, quemadmodum in hac
causa procedendum, et quo genere animaduersionis in
authores huius rebellionis, quorum ad nos nomina
sunt delata, nobis vtendum sit. Qua in re facturas
confidimus S. vras, vt ita se gerant, vt quid nobis
debeant, in dignitate presertim mea tuenda, et tanta
contumelia nobis illata vindicanda, minime oblite
fuisse videatur, quandoquidem dubium nobis non
est, quin longe lateq etiam in transmarinas terras,
non sine mei nominis ignominia, rumor hic de eorum

tanta audacia permanauerit volumus autem ut ultra diē
unum hunc apud se Cubicularium nrūm non detineant
Datum Cracoviē xviij Novembris Anno domini
M° .. D° .. XLiij°

Sigismundus primus Rex Polonie eisdem Consiliariis Prussie

Rndi in Chrō Pres Mgri Generosi Nobiles et Famati
sinceré et fideles nobis dilecti. Petunt S. et F. vrē ut
grauamina, difficultates et iustas necessitates Ciuium
Gedanensium subditorum meorum attendere et quod aequi:
tas dictauerit, admittere dignaremur. Quē illorum
parum considerata petitiō magnam nobis mouit admi:
rationem. Neqz enim ignorare possunt S. et F. vrē
quibus nos iniuriis et contumeliis affecerint, qui
bona meá non Lucensiá modo, sed et aliá, contra
ius detinent: et qui missi erant ad possessionem de:
creto Judicum delegatorum ex meá informatione
lato adeundam eos non admiserunt. Neqz mandata
meá legi Lucensibus passi sunt, sed conductis contra
nos stipendiariis Militibus, vi se armata artificos de:
minaturunt si mandata meá persequi perrexissent.
Quorum temeritas et audacia non obscura esse pot
S. et F. vris ut longé lateqz rumorem de ea etiā
in exteras et transmarinas regiones sparsum esse
dubium non sit. Quare meam potius vicem doleres et
F. vras oportuit, et poenas de iis expetere, qui mini:
me Mtem meam veriti non sunt. Hoc erat officium
illarum, hoc fides earum exigebat. Totam causam et

Privilegia omnia, que produxerunt Gedanenses demum co:
ram nobis, Regni nri Consiliariis pntibus, legi feci:
mus. Non modo nos sed ne Consiliarij quidem nri re:
perire potuerunt qua in re se gravatos esse iure queri po:
ssint. Nos potius ab illis gravatos liquido apparuit. In:
terea tamen illi non contenti tam gravi nos affecisse co:
ntumelia, traduxerunt nos insuper, quasi aliquam à nobis
iniuriam paßi sint. Quod nos non possumus non ferre
graviter ac rationem aliquam iure conabimur, qua
autem nram ab hoc eorum tanto contemptu vindicemus.
Neqz tamen faciemus quicqz incommunicato prius cum
S. et F. vris consilio. Quos fidei sue atqz officii me:
mores facturos esse confidimus, ut iusti doloris nri
potius, quam iniuste Gedanensium cupiditatis habeat
rationem. Datum Cracovie die xix Novembris
Anno domini M°. D°. xliiij°

Sigismundus primus Rex Polonie
Terrarum Prussie Consiliariis

Rmi in Chro Patres, Mgci, Generosi, Nobiles et Famati
sincere et fideles nobis dilecti. Que sint illa grava:
mina de quibus S. et F. vre scribunt prorsus igno:
ramus. Nos enim cum alia Privilegia, tum illud quod
est de indigenis nulla in parte labefactata volumus. Ac
sepe iam S. et F. vris scripsimus, nihil nos contra
Privilegia facturos esse, Terris nris Prussie, per
maiores nros aut per nos concessa. Quid aliud à no:
bis requiratur nescimus. Sed et de corrigendo Iure
Culmensi cure nobis semper fuit. Ac si nos memoria

non fallit Generoso Stanislao Kostka Castellano Elbingen. etc. coram ipsi mandauimus, vt ducentos florenos hoc nomine numeraret, nisi quod per frequentes ęgritudines meas, quietacioni subscribere nobis non licuit, quam in presencia mittimus.

Palatino quoque Culmensi quandoquidem ita postulant Judiciorum terrestrium rationes, non grauatim hanc veniam concessimus, vt aliquem loco sui iuxta postulationem S. et F. vrarum constituat qui personam illius gerat in Judiciis, ne cursus eorum impediatur

Porro quod sumptus ex fisco meo Terrarum Nuncii dari sibi petunt, id cum nouum sit, non est visum nobis concedendum

De lustratione mandata scribi iussimus Quod S. et F. vra vigesimum Januarii diem prefixerunt, ad quem Elbingi causas appellationum cognoscerent, probamus: atque vt ad eum omnes conueniant presentibus hortamur.

Thorunensium precibus S. et F. vrarum intercessionibus habita ratione, locum dedimus, quoad eius absque preiudicio meo facere potuimus Contra Fridelvaldt in Brzeszcz cum essemus mandata a nobis obtenta sunt, antequam lras S. et F. vrarum accepissemus, sed quibus tamen ille nulla in re se grauatum esse queri possit Bene valeant S. et F. vra Datum Crac die XX Mensis Nouembris 1544

Sigismundus primus Rex Polonie

SERmis ac Illris Principibus dominis Regibus, Ducibus, Comitibus atque Baronibus, necnon Ammiraldis, et cuiuscunque ordinis Nauium Prefectis, Salutem, et bene merendi studium. Retulerunt ad nos, bellum quod superiore anno inter Sermos Principes dominos Franciscum Galliarum et Henricum Anglie Reges, fratres nros charissimos geri ceptum est, non modo sopitum adhuc non esse, verum eciam pro dolor incendisse magis. Qua ex re cum vniuersam rempublicam Christianam, tum eciam ad subditos meos Gedanen, qui quotannis mercimonium causa in illorum Regum ditiones, aliasque illis vicinas regiones, nauigare consueuerunt, quandoquidem infestum illis mare redditur, non parum incommodi peruenit, supplicarunt itaque nobis, vt opem atque operam meam apud dilectiones vras, earumque Classium Prefectos interponeremus: atque omni ratione, prouidere conaremur, ne quid a Classiariis D. vrarum detrimenti accipiant. Neque vero dubitamus quin memoria teneant D. vre, que nobis et vrbi mee Gedanen cum D. vris, federa intercedant. Cautum enim illis est, si quando bellum inter Regna et ditiones D. vrarum, exortum sit: quandoquidem et nos et subditi mei Gedanen, nullam eiusmodi bello causam prestant, sed amiciciam potius cum vtrisque conseruant, vt tutum per mare transitum semper habeant. Quare a D. vris petimus, vt qui has litteras meas ostenderit, cum per maria, Regna et ditiones suas, alluencia, tuto nauigare

navigare permittant: neq3 paciantur, ut vel ipse, vel bona eius ab aliquo Classiariorum pretextu licencie bellice offendantur. Quin pocius et ipsum et bona ipsius ab omni iniuria teneantur et defendant, haud aliter, quam si nullum inter D. Vras bellum existeret. Quod nos officium D. Vrarum omnibus vicissim officiis nris, cum erga D. Vras, tum erga subditos earum per omnem occasionem conabimur compensare. Caeterum ne qua possit esse apud Classiarios D. Vrarum, de eo qui presentes exhibebit suspicio, habet ab urbe q3o nra Gedanen lras quibus pro more Maritimarum Ciuitatum Maris Baltici, quod sit nomen illius quasq3 vehat merces, et que in locum illas deportet, docetur. Quamobrem iterum atq3 iterum a D. Vris postulamus, ut de eo bene senciant: tutoq3 navigare permittant, atq3 omnibus humanitatis officiis prosequantur. Quod nos vicissim erga homines D. Vrarum facturos quocies occasio data fuerit offerimus. Datum Cracoviae XVIIJa Marcii Anno domini M° D. XLIIJ°

Sigismundus primus Rex Poloniae
DVCI FERRARIENSI

Illme Princeps et domine amice et affinis charme. Quae scripserit ad nos Illtas vra, quo primum tempore gravi periculosoque morbo Rmus dominus Cardinalis sanctorum quatuor affectus erat, memoria tenemus, sed neque illud nobis excidit, quid ei tum responsi dederimus: non praecidimus quidem spem, sed neque promisso tamen ullo vram Illtem tenuimus, non quod maxime cuperemus Rmum dominum Cardinalem Estensem Artensem fratrem Illtis vrae affinem nrm charissimum, regni nri Protectorem esse, cum ultro hoc ab illo beneficii in loco petituri fuerimus ut hanc provinciam in se susciperet ne gravaretur, sed quod iam ab aliis tentatus erat animus nr, quorum contentionibus facere non potuimus quin cederemus. Etenim eligendi Protectoris cura proprie ad Archiepos et Epos Regni nri pertinere videtur, ad quos cum pertulisset rumor Rmum dominum Protectorem tam graviter laborare, priusque Illtis vrae litterae nobis redditae fuissent, egerunt nobiscum magno studio, ut si quid illi humanitus accidisset, Rndum dominum Alexandrum Farnesium in demortui locum suffectum vellemus, neque nisi perfecta re et eo quod cupiebant a nobis obtento conquieverunt, simulatque vero quem renunciatum erat periculose aegrotare, eum paulo post vitam cum morte commutasse allatum est, promissum a nobis exegerunt, neque nobis fuit aliud facere licitum quam ut fidem illis datam liberaremus. Quamobrem permolestum nobis illud accidit, quod ea quae postulat Ill. dominatio vra, facere in praesentia non potuimus: nam pro ea affinitate quae cum illa nobis intercedit

nihil eramus libentius factura. Augurium enim nobis illud et gloriosum videbatur habere nos regni nostri Protectorem tantum Principem, tam excelso loco natum: qui cum est preterea nobis affinitate devinctus cui consilia nostra omnia tucius credere, cui rectius que confecta apud sanctam Sedem Apostolicam vellemus committere potuimus? Nostra itaque voluntas minus hoc Reverendissimo domino Cardinali Estensi deferendi non defuit, sed quid aliud dicamus non habemus, nisi quod fato quodam impedita est, a Vestra Illustrissima Dominatione petimus, ut ne durius id accipiat quod eius postulationi satis nobis facere non licuit Cuius ut rationem esse tamen habitam intelligat, faciemus nihilominus ut Reverendissimum dominum fratrem Illustrissime Vestre eodem prope habeamus loco quo Protectorem: et illius etiam non raro opera in tractandis negotiis meis utamur. Datum Cracovie prima Decembris Anno domini 1544

Sigismundus primus Rex Polonie
Cardinali Hyppolito Tituli Sancte
Marie in AQUINO

Reverendissime in Christo Pater etc. Quod a nobis petit Reverendissima et Illustrissima Dominatio Vestra, ut in locum proxime in Christo defuncti Reverendissimi domini Cardinalis Sanctorum Quatuor Coronatorum Reverendissimam et Illustrissimam Dominationem Vestram Regni nostri Protectorem dari nobis vellemus id nostrum esse potius videbatur a Reverendissima et Illustrissima Dominatione Vestra petere ut hanc provinciam nostra causa susciperet ne recusaret: quod etiam facere omnino nobis erat deliberatum: nam preter id quod illustri loco nata est Reverendissima Dominatio Vestra etiam affinitate nobis devincta est, nihil ut sit quod de illius in nos studio certo nobis polliceri non possimus

Quare nemo visus erat nobis magis idoneus, in cuius fidem nos regnumque nostrum conferremus quam Reverendissima et Illustrissima Dominatio vestra, qui cum tanta nobis intercedit necessitudo, sed quo fato nostro acciderit nescimus, ut quod maxime cupiebamus id praestare nequaquam possemus, est quidem ita quod cum egrotare cepisset Reverendissimus dominus Cardinalis Sanctorum quatuor Illustrissimus dominus Dux Ferrarien. Reverendissime et Illustrissime Dominationis vestre frater, affinis noster charissimus, scripsit ad nos, atque a nobis postulavit, si quid illi humanitus accidisset, ut Reverendissimam et Illustrissimam Dominationem vestram, regni nostri Protectorem esse vellemus, sed quod nos aliquid ei promiserimus memoria non tenemus, cum illud certo sciamus, quod suspensam ea de re sententiam nostram reliquerimus: neque enim statuere de ea quicque fas esse nobis putavimus, nisi factum prius aliquid de Protectore Deus voluisset. Quod ut ita faceremus, magis etiam ea re adducti sumus quod aliquanto antequam litterae Illustrissimae illius venissent, egerunt nobiscum summo studio Reverendissimi domini Archiepiscopi et Episcopi, et cunctus ordo sacerdotum regni nostri, ad quos de morbo Reverendissimi olim domini sanctorum quatuor iam rumor fuit allatus, atque a nobis contenderunt, ut si ex hac vita ille migraret, in eius locum Reverendissimum dominum Farnesium sufficiendum curaremus. Quorum consiliis cum semper hactenus uti consuevimus in Protectore eligendo quod ad eos proprie cura haec pertinere videatur facere non potuimus, cum eorum tante voluntati cederemus, ad quos simul ut allatum fuit postea de morte Protectoris, promissi nos admonuerunt, itaque flagitationibus hoc illorum dedimus ut Reverendissimo domino Cardinali Farnesio munus hoc deferremus. Fecimus nihilominus pro ea que nobis est cum vestra Reverendissima et Illustrissima Dominatione propinquitate, ut et illi certa negotia nostra tractanda apud Sanctam Sedem Apostolicam committamus.

comittamus. Neque enim de studio illius erga nos quicquam du-
bitamus ac nostram hanc excusacionem in eam quam volu-
mus partem illam accepturam confidimus. Fato enim quodam
evenit magis quam voluntate mea, ut illius hoc tempore desy-
derio satisfacere non possemus. Quod superest optamus R.ma
et Ill.mam D.nem vestram diu esse falicem et incolumem.
Datum Cracovie secunda Decembris Anno 1544

Sigismundus primus Rex Polonie
Paulo tercio Pontifici Maximo.

Cum esset mihi renunciatum R.mum dominum Cardinalem
Sanctorum quatuor ex hac vita excessisse, sane quam fui
animo perturbato, cum quod amicum mihi hominem amisisse
tum quod regni mei fideli et diligenti Protectore minime op-
portuno tempore orbatus esse videbar. Nunc enim maxime
si unquam antea regnum meum boni Protectoris apud Sedem
Apostolicam indigere videtur, quando non solum ab externis
hostibus de fortunis deque vita hac quam finiri tamen
aliquando oportet: verum etiam a domesticis de aeterna illa
vita, quam spe concipimus in discrimen vocamur: a quibus
haud scio an maius etiam nobis periculum impendeat quam
ab illis qui se hostes meos profitentur aperte: qui enim in cor-
pora modo saeviant minus esse metuendi videntur, quam hi
qui animis etiam meis mortem afferre conantur sempi-
ternam. In hac ergo temporum difficultate que post ho-
minum memoriam magis perturbata fuisse videntur
nunquam, etiam atque etiam cogitavi, in quius me, regnique
meum, fidem potissimum conferrem, quemque darem mihi

à S^te vrã Protectorem in demortui locum supplicarem. Et meo et omnium quos adhibui in consilium iudicio, nemo visus est ad hanc provinciam gerendam magis idoneus qz Nepos San^tis vrã R^mus dominus Alexander de cuius multis preclaris virtutibus ita multa predicari accepi, vt earum admiratione adductus tenere me non potuerim quin vltro scriptis ad eum litteris peterem vt hoc onus in se suscipere mea causa non gravaretur. Quod etsi qua esse dicitur humanitate facturum eum confido, tamen vt in eandem voluntatem vrã q^o San^tas animum illius hortatione sua impellat, atqz Protectorem eum regni mei designet diligenter supplico. Nihil est quod mihi hoc tempore facere possit gratius, nam neqz maiore authoritate habere posse quenqz videor, neqz cuius fidei et meas et meorum omnium res fortunasqz omnes libentius committam Datę Cracovie quarta Decembris 1544

Sigismundus primus Rex Polonie
Alexandro Farnasio Cardinali
Sancti Laurentii

R

ME in Chrõ Pr̃ et domine amice charissime ac honorañ. Cũ de morte R^mi domini sanctorum quatuor Cardinalis allatum ad nos fuisset, quoniam regni mei Protectore orbati esse videbamur, qui fidem nobis suam et studium erga nos dum hoc gereret, fungeretur, probaverat: tali amico amisso non potuimus animo esse merore vacuo. Quem simul vt diminuit dies cum regni mei Senatoribus deliberacionem suscepimus, quem potissimum dari nobis regni mei Protectorem in demortui locum peteremus: et

R

meo et quos in consilium adhibuimus omnium iudicio vrā
Rma. P. cumprimis idonea visa est à qua peteremus ut
hoc oneris mea causa suscipere ne gravaretur. Tanta enim
est istic omnium praedicatio cum authoritatis tum prudentiae
caeterarumque virtutum Rmae Ptis vrae ut ad nos etiam
usque significationes vocesque perferantur. Quibus nos
rebus adducti, ut Regnum meum in fidem suam recipiat
ac si quae nobis apud sanctam Sedem Apostolicam tra-
ctanda inciderint negocia, in iis explicandis suam nobis
authoritatem impartiat, regnique mei Protectoris officio
fungatur, à Rma Dne vrā maiorem in modum
petimus. Agentur à nobis omnia diligenter ut provin-
ciae huius mea causa susceptae non modo non poeniteat
Rmam Dnem vram, sed solidam etiam ex eo volup-
tatem capiat, quod quominus hac in parte nobis grati-
ficaretur, non recusaverit. Quod restat cupimus Ptem
vram Rmam diutissime foelicem et incolumem esse.
Datum Cracoviae quinta Decembris Anno 1544

Augustus
Sigismundus ~~primus~~ Rex Poloniae
Alexandro Farnasio Cardinali Sancti
Laurentii Regni Protectori

RME Nihil magis ex sententia mea à Sermo domino Si-
gismundo, Rege Poloniae parente meo fieri potuit quam quod opera
eius Mtis effectum est, ut Rmam P. vram regni mei
Protectorem haberemus. Quo nomine nobis magisque re-
gno meo quam ipsi Rmae Pti vrae gratulamur: est
enim nobis id cumprimis honorificum Protectorem regno
meo contigisse, virum tanta authoritate praeditum tot

prēclaris dotibus ornatum, quem et posse scimus ea omnia cumulatē praestare quē ad munus hoc ritē obeundum per-tinere videbuntur et velle meā causa non dubitamus, agi-mus itaque gratias Rmae Pti vrae, quod in gratiam Serenmi domini parentis mei onus hoc in se reciperet. Quoniam verō in Rndum in Chrō Prēm dominum Samuelem Marzieiowski Epm Cracoviensem et regni mei vicecā-cellarium, singulari quadam nrē voluntatis inclinatiōe propendemus, quod eius in Serenmum dominum parentem meum egre-giam fidem et constanciam atque prēclara merita in nos verō studium non vulgare perspeximus, à Rma P. vrā petimus, vt quē ille apud sanctam Sedem Aposto-licam impetrare conatur, sive de gratia Jubilei, sive vt in Mensibus Apostolicis conferre sibi sacerdotia in diocesi sua quē vacauerint liceat, vt ei se Rma Do. vrā facilem et benignam praebeat, quō possit illa sua authoritatem interponente ea quē petierit obtinere, nihil nobis gratius facere poterit Rma P. vrā, quam si virum hunc, quem nos multis ex causis precipue charum habemus diligenter sibi habuerit commendatum et ei in causis ipsius praesto affuerit. Nobis factum inter-pretabimur quicquid illius causa fecisse Rmam P.tem vram acceperimus

Sigismundus primus Rex Poloniae Cardinali sanctorum Quattuor Roberto Puccio

Rme in Christo Pater, amice charissime et honorande. Quod nobis Rma P. vra ultro studium suum defert, pergratum id nobis accidit. Quae fuerint Pucciorum in nos merita, memoria tenemus. Et cum suavis nobis eorum sit recordatio, facturi fuissemus libenter, ut quorum in nos studia Rma P. vra imitatur, eorum ut officio fungi posset, in Regno meo protegendo operam meam interposuissemus, quo quemadmodum Sanctorum Quatuor Cardinalatus, ita etiam Regni mei Protectoris titulus in hac Illri familia, praeclare de nobis, deque Regno meo merita permansisset. Sed ante eum diem, quo sunt nobis redditae litterae R. P. vrae esse illam in Collegium Cardinalium cooptatam nesciebamus. Quod si in tempore scissemus, officiorum in nos et fratris et Nepotis memores Rmae P. vrae desiderio satisfacere conati fuissemus. Nunc titulum illi, et quem amplissimum honorem est consecuta, gratulamur, ac foeliciter evenire cupimus. Si vero quod maxime cuperemus id illi praestare non possumus, dari nobis veniam petimus. Neque enim integris rebus Rmae P. vrae literas accepimus, cum ad R. Do. Alexandrum de Fernesio Cardinalem, voluntatem meam iam detulissemus. Quod nisi ita a nobis factum fuisset, numquam eramus commissuri, ut quae familia viri longe prudentissimi iudicio digna censetur, quae continuatum S. Quatuor Cardinalis titulum gerat, eidemque regni mei protectionem non mandaremus. Datum Cracoviae sexta Mensis Decembris Anno domini 1544

Sigismundus primus Rex Polonie
Paulo Pape TERCIO

SAncti^me P. Cum lege sancitum sit, ne quis per universam Italiam, ex iis qui sacris iniciati sunt, facere Testamentum audeat: aut ad haeredes ea trasmittere, que sit ex Ecclesie fructibus consecutus. Quoniam Venerabilis Joannes Andreas de Valentinis, Cracovien. Sandomiricen. Cleparchien. et Trocensis Prepositus, supremus Phisicus et Secretarius meus, cuius extant in me multa preclara merita. Mutine, que patria eius est, cum alias habet labore suo quesitas facultates non contemnendas, tum amplas edes ingenti sumptu nuper edificavit: vereri visus est, si quid factum de se Deus vellet, ne genere proximis haeredibus exclusis, quorum ipse rationibus prospectum cuperet, ad alienum quempiam, que moriens istic reliquisset pervenirent. Quare supplicavit mihi, quo ne id fieret providere sibi conarer. Ego vero pro egregia mea in illum, tum bene de me merentem voluntate, legandum e vestigio ad S. vram duxi, propinquum huius eius Venerabilem Bonifacium de Valentinis Prepositum Mutinen. a S. vra peto, ut cum illi pro propinquo suo supplicaverit, quo lege hac solutum eum velit, me sibi supplicare existimet ac preces illius, meas esse preces iudicet, easque clementer audire dignetur. Etenim quod exploratum habeo, illud testari possum, cum domum quam fabricatus est, tum que reliqua Mutine possidet Venerabilis Joannes Andreas aliunde sibi quesita esse quam ex iis vectigalibus, que ex Sacerdotiis suis quotannis percepit, que ampla quidem esse negari non potest sed cum sit vir splendidus et liberalis ac excelso quodā

animo preditus, ad hos etiam sumptus, quos in Regno meo facit, nequaquam ei sufficere videntur, Alit enim familiam multam, plerosque etiam Nobiles, equos complures, dum Aule mee splendori ac ornamento ne ipse quidem deesse conatur. Preterea quibus in locis sacerdotia possidet, in his quoque non pauca edificat, dubium vt esse possit ne= mini quod ex Sacerdotiorum fructibus, nihil ei redun= det, ad augendas quas habet Mutine facultates. Multo enim plura habet labore suo atque industria quesita, quam quantum ex annuis Sacerdotiorum vectigalibus ad eum peruenit. Nam preterea que Serenissime Coniugis mee, queque Procerum regni mei benignitate nactus est, ex meo solius fisco octo millia sexcentos octoginta aureorum, vt in rationibus expensa illi lata esse com= peri percepit, Sicuti ex aliis meis patentibus litteris S. V. cognoscet vberius Ex quo facile coniecturam facere potest, quod que habet Mutine non ex sacer= dotiorum fructibus quesierit, lege vt ista teneri mi= nime videatur. Cum que cum industria sua parta sunt, de his libere testari, nullo iure impediatur Quandoquidem vt ipse viuit in Regno meo, ne ad sustentandum quidem eum Sacerdotia, que possidet su= fficiunt. Quamobrem iterum atque iterum maiorem in modum peto S. Vram, vt hac lege solutum eum velit, potestatemque ei faciat, in Testamento quod scri= pserit, arbitrio suo de his omnibus que Mutine po= ssidet statuendi, quo cum ex aliis facultatibus tum que ad sui nominis memoriam propagandam est fa= bricatus ex iis propinquus heres potius quam quispiam alienus consolationis aliquid accipiat. Aut si ma= uult S. V. ad certam aliquam summam hanc ei facultatem concedere, tum vt Diploma illi conscribi

faciat, quoad estimationem sedecim millium ducatorum
Testamentum ei condere liceat. Omnis generis litteras
ad plumbum expeditas, si gratis, nulla per eum pe-
cunia numerata, dari iusserit S. Vra, in me ipsum
hac eam liberalitate usam esse interpretabor. Quoniam
vero quem ad S. Vram hac de causa mitto, a quam
plurimis esse idoneum accepi, cui munus eiusmodi man-
dari possit. Rogo S. Vram ut aut Fani, aut
Anconae aut Asculi, aut Firmi Praefectura eum
ornari dignetur. Rem fecerit cumprimis mihi gra-
tam, et quae ad augendum studium meum et observan-
tiam erga S. Vram multum pertinebit. Quam opto
quam diutissime esse incolumem et foelicem Dat. Crac.
ultima Decembris Anno domini 1544

Annus domini 1545

Ad inicium anni 1545: indictus erat Conventus Regni generalis Cracoviae ad diem Sanctorum Trium Regum.

Lrae pro ipso Conventu sunt inferius scriptae.

SIGISMVNDVS PRIMVS
Rex Polonie Maioribus Consilia:
riis Regni CRACOVIAM VT
veniant pro festo Sanctorum Triu
REGVM. 1545

Mag^ce sincere nobis dilecte. Quibus de rebus in proximis
superioribus Comitiis deliberatio suscepta fuerit, et quem:
admodum ab eis discessum sit, Tenet procul dubio memoria
S^tas vra. Deo gras agimus, cuius id beneficium esse
agnoscimus, quod maiore quam vnquam antea defendende
patrie studio, omnium regni nri ordinum animos vi:
dimus inflammatos ita vt si quod speramus et optamus
in eadem illa sententia permanserint, certam animo fi:
duciam concipimus fore, vt eodem deo miserante saluum
à cuniusuis hostis quantalibet vi atque impetu Regnum
hoc nrum conseruemus. Porro et nos nro non defuimus
officio, quamuis afflicta sit et ætas et valetudo nra
neque laborem tamen vllum defugimus, neque periculum
declinauimus, dum omnia diligenter facere sumus conati
ne per nos stetisse videri posset, quominus optatum
exitum ea consequerentur, que diligenter in illis Comi:
ciis cogitata deliberataque. Qua in re quantum profectum
nobis sit, vbi nobiscum S. tua conuenerit certior
est futura. Nos certe cum essent nobis ingentia peri:
cula denunciata si in Magnum Ducatum hunc nrum
Lithuanie profecti essemus, fecimus nihilominus summa
animi nri alacritate, vt laborem huius itineris, et
difficultatem subierimus, vilis nobis fuit spus nr, dum
pro eo atque officium nrum postulare intelligimus pro cō:
missi nobis à Deo gregis salute eum profundere non

dubitamus. Quamobrem etsi quae praedicebant euentura,
nonnulla pericula, ea nobis in Lithuania commora-
tibus euadere non licuit, neque propius quicque factum
est, quam ut huius nobis usuram lucis deus eriperet.
Est nobis tanti tu[m] haec esse, nos vero vitae meae dis-
crimina perpessos, dum rationes regni mei iuxta deli-
berationem Piotrcouiae habitam in tuto collocare quea-
mus, cui quae impendeant pericula iuxta nobiscum S[anc]t[i]tas
vrā perspicit. Nam praeterquam quod et hoc anno nonnulla
in Hungaria loca, nonnulla sunt à Turcis intercepta
qui non procul etiam à Regni mei finibus praedas ege-
runt certo id accepimus ex eo Nuncio meo quem in
Turciam miseramus, quod edixerit omnino Turcarum
Imperator, ut primo vere in procinctu sint, reliquam
Hungariae regni partem occupaturi. Quamobrem of-
ficii mei esse duximus prouidere ne quid mali prop-
ter vicinum malum ad nos perueniat, cum praeser-
tim etiam, ut à Turcis hoc anno tuti esse possemus,
tamen neque Valacho fidendum sit, et à Tartaris
periculum impendere videatur ipsae etiam terrae Prus-
siae, non eo loco sint, ut omni prorsus metu vacuae
videantur. edicimus itaque Comitia maiora Cra[couiae]
ad diem Sanctorum Trium Regum, quae minora
alia de more praecedent. Hortamur S[anctita]tem tuam ut
utraque minora Comitia Comitia obeat, atque ibi
audito Nuncio meo, cum Senatoribus et Consiliariis
regni mei, omnique Nobilitate territorii illius Nuncios
eligat, viros graues et prudentes, publicae et non pri-
uatae rei studiosos, qui plena sint et non limitata p[otes]tate
cum his postea ad maiora Comitia Cracouiam ad
nos tempori veniat, ut nobiscum una deliberatione
ibi suscipiat quemadmodum periclitanti patriae meae

succurri, salus ipsius conservari et que ei impendere vide:
tur pericula ea propulsari queant. Facturi S. vra pro
officio suo et gratia nostra quã benè valeat Datum
in Brzescie Lithuanico sexta die mensis Octobris
Anno domini 1544

Ad mandatum Sacrae
Regiae Mtis proprium

Sigismundus primus Rex Polonie ad Consiliarios minores R. Polonie

Generose fidelis dilecte. Quibus de rebus actum sit in proxi:
mis superioribus Comitiis que Piotrcovie per nos ha:
bita sunt tenet memoria F. tua. Porrò cum intersit re:
gni nostri vt que tum incohata modò fuerunt ea opta:
tum finem consequantur, cum tanta nobis ab ijs quibus
vndequaqz circumfusi sumus hostibus pericula impe:
deant, visum est nobis ea que sunt muneris nri pre:
stare si qua ratione providere possit Deo consilia nra
fortunante nequid Regnum nrum detrimenti capiat
Quamobrem ad diem Sanctorum Trium Regum Cra:
covie Comitia Regni maiora nra edicimus que
minora de more precedent
Quamobrem F. tue mandamus, vt ad hec vtraqz mi:
nora Comicia se conferat, atqz ibi audito Nuncio
nro vnà cum aliis Regni Senatoribus et Nuncijs
conveniat, ac Nuncios ad maiora Comitia eligat, vi:
ros graves et idoneos qui publice sint, non private rei
studiosi cum plena et non limitata ptate ac cum eis vnà
ad maiora Comicia Cracoviam ad nos tempori se con:
ferat

conferat, ibi nobiscum una deliberationem de eo suscep:
tura quemadmodum salus patrie mee et impendentia
ei pericula propulsari queant. Facturus pro officio suo
et gratia mea. Datum in Brzesczie Lithuanico die
sexta Septembris Anno domini 1544

Ad mandatum Sacre
Regie Mtis proprium

Sigismundus primus Rex Polonie ad Capitaneos

M

Ag^ce sincere nobis dilecte. Quid actum sit et constitutum
in proximis superioribus Piotrcovie habitis Comitiis non
ignorat procul dubio Stas tua. Cum autem plurimum
intersit Regni mei, ut que tum inchoata modo fue:
runt, ea optatum finem consequantur instituimus et edi:
ximus Regni mei maiora Comitia Cracovie ad diem
festum Sanctorum Trium Regum, que minora sive par:
ticularia in et communia ter:
restria in de more precedet,
De quibus ne quispiam ignorantiam pretendere possit man:
damus Fti tue, ut in Civitatibus, oppidis et locis publi:
cis Capitaneatus sui, ea publicari et proclamari voce
Preconis faciat et ad universorum noticiam deduci man:
det. litteras autem quas ad S. tuam cum presentibus missimus
hominibus nostris inscriptas et intitulatas, reddi procu:
ret Que vero non sunt inscripte, eas insignioribus ex eque:
stri ordine subditis meis inscribi et ad eos perferri iubeat
aliter non facturus pro officio suo et gratia mea Datum in Brzesczie
Lithuanico sexta Septembris Anno domini 1544

Sigismundus primus Rex Poloniæ ad Capitaneos de libellis iniuriarum

Cum iterum convenerit inter nos et inter Serenissimum dominum Romanorum Regem de mittendis libellis iniuriarum si quas mei homines à Silesiis acceperunt: volumus et mandamus ut in locis publicis F. tua voce Præconis clamari iubeat, si quis iniuria aliqua sit affectus, ut et genus iniuriæ et nomen eius à quo læsus est in Scheda descriptum F. ti tuæ offerat, quò illa postea ad nos quicquid erit, perferendum tempori curet, ut nos ad diem constitutum ad Serenissimum dominum Romanorum Regem, in unum omnia fasciculum colligata mittamus. Si quis in ea re negligentior fuerit sibi imputabit, si Ius postea sibi non erit conservatus. Datum in Brzescie Litwanico sexta Septembris Anno domini 1544

Sigismundus primus Rex Poloniæ ad Nobilitatem

Generose Nobilis fidelis dilecte. Quandoquidem plurimum interest Regni et Reipublicæ meæ, ut quæ in proximis superioribus Comitiis Piotrcoviensibus inchoata modò fuerunt ea optatum finem consequantur, Ediximus Comitia Regni mei maiora Cracoviæ ad diem Sanctorum trium Regum, quæ minora sive particularia in
et communia terrestria in
de more præcedent. Quare mandamus F. ti tuæ ut ad hæc minora Comitia se conferat, atque ibi audita Legatione mea unà cum aliis Nuncios ad maiora Comitia

cum plena et non limitata potestate eligat viros graves et idoneos, qui publici sint non privati rei studiosi. Facturi pro officio suo et gratia nostra. Datum in Brzescie Lithuanico sexta Septembris Anno domini 1544

Sigismundus primus Rex Poloniae ad Nuncios

Generose fidelis dilecte. Habentes commendatam et perspectam F. tuae erga nos et Rempublicam fidem et observantiam illam Nuncium nostrum ad Comitia quae celebrabuntur designamimus. Quare illam hortamur atque ei mandamus ut ad ea Comitia tempori se conferat, ibique munus Legationis nostrae, secundum praescriptum quod illi cum fratribus mittimus obeat, atque diligentem operam navet quo Nuncii ex eisdem Comitiis, viri graves et prudentes cum plena et non limitata potestate ad maiora mittantur Comitia. Facturus pro fide et officio suo proque gratia nostra. Datum in Brzescie Lithuanico sexta Septembris Anno domini 1544

Ad mandatum Sacrae
Regiae Maiestatis proprium

LITERÆ FIDEI

Sigismundus primus Rex Poloniæ

Vniversis et singulis Prælatis, Baronibus, Palatinis, Castellanis, Capitaneis, Dignitariis, Officialibus vniversæ Nobilitati in Comitiis
congregatis sinceré et fidelibus dilectis Salutem et gratiam nostram Regiam Qui hasce nostras S^bus et F^bus vris reddidit litteras. Is à nobis habet in mandatis, quo S^tes et F. vras salutaret et quædam verbis nostris eis refferret Quare hortamur illas atque illis iniungimus, vt illum et attenté audiant et verbis illius haud aliter atque nostris fidem indubiam habeant. Facturæ pro fide atque officio suo et gra[tia] n[ost]ra Dat[um] in Brzescie Lithuanico sexta Septembris Anno domini 1544 Regni verò nostri anno 39°

Ad mandatum Sacræ
Regiæ M^tis proprium

Instructio ad Conventus particulares

Quade re deliberatio suscepta fuerit in proximis superioribus Regni Comitiis, quae Posonii sunt habita, nihil ambigit Sacra Maiestas Regia, quum, qui ex Dominationibus vestris praesentes in illis adfuerint, teneant memoria, qui vero non adfuerint, ex iis qui ad ea Comitia ex hoc ipso loco Nuncii missi, domum inde suam postea redierunt, abunde cognoverint omnia, cognitaque meminerint.

Incredibilem ex eo consolationem accepit Sacra Maiestas Regia, quod nunquam antea peraeque suorum animos defendendae patriae studio vidit accensos, atque in illis quae tunc habita sunt Comitiis in quibus generosos equestris ordinis Regni sui animos, illi videre licuit. Nam qui ab hoc ordine Legati ad ea Comicia fuerant, cum animadvertissent quanta Regnum istud, hoc quidem tempore pericula circumstent, voluntarii fecerunt, ut hac extrema tunc urgente necessitate, si quod illatum sit a Turcas bellum, propulsandi de iure suo, quo salvum id in posterum retinere possit decederent. fortunas suas ultro offerent, laterum etiam suorum oppositus et corporum promitterent, seque si qua vis maior hostium existeret, victum esse dicerent insurrecturos.

Ex hac tanta suorum alacritate, certam in spem est erecta Sacra Maiestas Regia, quamlibet esse magnae praedicentur hostium copiae facile tamen eas non modo sustineri, verum etiam superari Deo duce posse.

Potentem esse qui cervicibus vestris imminet, hostem, nemo

qui insidias ire queat, sed quam velit sibi placeat, nunquam tu-
is ullas terras nisi per discordiarum occasiones intercepit
neque alios unquam subegit populos, nisi quos intestinis seditio-
num fluctibus iactari vidit atque agitari. Non suis, ut
ille, viribus, sed mea Christianorum culpa, mea amentia
mea caecitate, ad hoc fortunae fastigium pervenisse videatur
odia, simultatesque, domesticae ac privata dissidia ad tot
regna occupanda, occasionem illi patefecerunt.

Non est longius ire necesse quemadmodum Bisantium, Grae-
cia, Tracia, Pontus, Illirici pars maxima, domesticis disse-
sionibus debilitatae in potestatem huius hostis reciderint
Recenti nobis documento est, finitimum nobis calamito-
sum Hungariae Regnum, cui non vim virtutemque hostis
sed intestinas Procerum cupiditates, amentesque discordias,
causam exitii fuisse, testatius est omnium oculis atque illu-
strius, quam ut pluribus a me commemorari sit necesse

In hac ergo tanta concordia, tam unanimi suorum defen-
dendae patriae consensione, nihil est quod sperandum non
putet Sacra Maiestas Regia, Nam si ubi charitas est
ibi deus est. Deo autem resistere nemo potest, quae vis
tanta esse queat, quam, si charitatem inter nos habue-
rimus, cuius igniculos quosdam in proximis superiori-
bus Comitiis videre licuit, non facile simus propul-
saturi? Cum concordia simul iuncta vinci omnino non
posse videatur

Nullum potuit ingravescens aetas Maiestatis Regiae maius
reportare solatium, quam quod ita mentes omnium suo-
rum studio libertatis vidit erectas, ut dum illam tueri,
dum patriae suae periclitanti succurrere, dum servitute

a se liberisq suis, ac a sera etiam posteritate propellere student, omnia se et facere et pati paratos offerent.

Quorum animos ut confirmaret atq in hoc tam preclaro proposito contineret, voluit ipsa q° testatum omnibus facere quanto opere cupiat eorum omnium salutem atq incolumitate conservatam quos a Deo concreditos curae sue habet. Quare rem oblita ingravescentis aetatis sue, oblita valetudinis affectae, unum hoc spectavit, quemadmodum ea omnia co: fecta dare posset que per Senatores et Consiliarios Regni ac equestris ordinis Nuncios, in eisdem illis proximis su: perioribus Comitiis, fuerunt a se postulata, qua in re neq labores ullos refugit, neq pericula declinavit.

Erat illi necessario in magnum Ducatum Lithuaniae pro: ficiscendum, neq defuerunt, qui Altem eius, studio salu: tis illius conservandae, dehortari conarentur, ne se in viam daret, tam longam tamq difficilem certa pericu: la denuncians, nisi proficiscendi consilium hoc abiecisset, sed ea nihilominus forti atq imperterrito animo permansit in sententia, ut si qua posset ratione perficeret ea, que tanta omnium voluntate videbat a se postulari, in hac tanta tenuitate valetudinis sue et aetate tam grandi que morbus ipsa est, laborem huius itineris et molestia suscepit, ac frustra multis absterrentibus quod semel instituit, iter est ingressa.

Neq vero vana fuerunt, que predixerant eventura qui Altem eius a profectione illius deterrere sunt conati. In gravem et periculosum morbum inciderat, cum in Lithuania fuisset aliquandiu commorata quo ita fuit oppressa, ut iam deposita salus illius videretur, sed

sed ea tamen tulit omnia viriliter. Prior enim illi fuit ratio publicae omnium, quam priuatae suae incolumitatis co:seruandae, reipsa se bonum illum pastorem esse ostendit qui dat animam suam pro ouibus suis, Fecit enim hoc quantum in illo fuit, quandoquidem enim animum suum declarauit, ut morti se offerre minime dubitaret, modo honesto suorum otio securitatiq; prospicere posset.

Porro rebus in Lituania, ita ut fieri potuit transactis ite:[illegible] se commisit itineri, confecto adhuc et debilitato corpore [illegible]dum etiam satis ex tot suis tam grauibus morbis recreata, fecit amor patriae, ut abiecta cura propriae salutis ad salutem illius conseruandam acceleraret, noluit eorum praetermittere quicq; quae ad rationes illius dubiis hisce temporibus in tuto collocandas pertinere putaret. Etiam si certum esset mortis discrimen adeundum contendit quantum potuit et elaborauit, planum ut omnibus faceret, per se non stare, quominus iuxta eam deliberationem, quae in proximis superioribus Comitijs habita fuit, periclitanti patriae mox subueniretur.

Nam si quis est, qui minus hoc anno quam superiore nobis impendere discrimen existimat, quandoquidem ea quae proxime praeterijt aestate quieuisse Caesare Thurcarum dicit, neq; memorabile quicq; egisse, aut cladem aliquam insignem edidisse, is toto, quod aiunt, coelo errare videtur, magis adeo nobis haec est quies illius formidanda, quam res anno superiore ab eo gestae. Neq; enim solet ille, cum semel valido Exercitu terram aliquam inuasit et eam ferro atq; igni populatus est, alio mox insequenti anno ad eandem cum Exercitu reuerti. Quod si quis eum facere putat misericordia terrae per se vexatae,

is longè erat. Sed hac ille se requiete se fessum laboribus
reficit, ut deinde recreato ac integrato exercitu tanto
maiore impetu in eam terram quam spe iam devorauit im:
pressionem faciat. Rex hanc ergo illius quietem ut quie:
tis nobis esse liceat anno proximè insequenti, plurimum
est metuendum, neq3 plus à nobis aliud quicq3 quam otium
hoc illius animum suspectum esse debet, Si tu otium appel:
landum est, per quod Turcae nihilominus aliquot castas ac
modò non infaucibus Regni mei, et in ipso propè conspe:
ctu hominum meorum, populationibus et rapinis infesta
omnia reddita, pecorumq3 hominumq3 ingentes praedas
abactas, ac miseros mortales quos inopinatus Turcarum
adventus oppresserat, foedum in modum habitos accepi:
rimus quê si per otium et quietem hostis hic facit, nullis
maioribus copiis, nullo iusto exercitu, sed tumultuaria
quodam modo manu, quid futurum putamus, ubi ipse ad:
venerit et complures secum ita ut assolet legiones ad:
duxerit?

Quod enim ita facere instituisse pro certo Sacrae Regiae
Mti renunciatum est, quê cum aestate proximè praeterita
Nuncium suum habuerit apud Caesarem Turcarum, ex
eo didicit, quod suis omnibus edixit ut in procinctu
essent, primo vere, ad Regni Hungariae reliquias
occupandas, unà secum profecturi.

Quis autem erit qui fines illi demonstret, quibus ab
Hungaria disterminetur Polonia? aut quis prohibere
poterit quominus fines ipsos praerumpat? ac in visce:
ribus regni suo arbitratu impunè grassetur? Certè
nisi nos armatos viderit, nisi iustum exercitum con:
tulisse cognoverit, ingens est periculum, ne nos opinione

mea citius et fortunis omnibus euertat, et de vita etiam, deqz ea quę bene natis ingenuis vita esse debet charior libertate, in apertum discrimen vocet. Ac quod nobis etiam turpe magis et ignominiosum fuerit, quod pro sua misericordia deus omen auertere dignetur, periculum est, ne inermes tanquam pecudes mactemur, nulla prorsus cum in nos imparatos hostis compresserit, defendendi mei potestate nobis facta.

Intercessit non ita pridem inter nos et eum hostem, qui meis nunc imminet ceruicibus tanquam paries quidam, Hungarorum gens et natio. Hunc ille parietem demolitus cum sit et vniuersam prope Hungariam ad imperium iam suum adiunxerit, iam ad praedam et direptionem Turcarum expositi esse videmur. Neqz a solis iam Turcis verum ab ipsis quoque Hungaris nobis venit metuendum, ne et ipsi hostilem in nos animum induant ac Turcis etiam sint nobis infestiores. Auditę sunt voces eorum quas palam iactabant, quandoquidem mea sic enim dicunt, vecordia factum est, vt huc reciderent calamitatis, se verò facturos vt in nos, quorum culpa periisse videri volunt, atrocius etiam quam ipsi Turcę, seuiant, ac quasi praeludia iam eius rei videre licuit, vere proximo superiore, in incursiones in regni fines ab Hungaris factas, ac foedas quarundam villarum vastationes direptionesqz adeò vt qui fructum aliquando non mediocrem ex grata eorum olim vicinitate percipiebant, hi non alia de re magis nunc sint solliciti, quam quemadmodum alio commigrare, et quam longissime ab eis sedes suas et domicilia collocare queant vsqz eo huius eos vicinitatis iam est pertęsum

Vident itaque Dnes vræ, quod nullus iam deinceps locus segniciei, cincti sumus undique, quasi medii tenemur, ab hostibus. Quod nisi dignam verè Nobilibus et fortibus viris cogitacionem aliquam susceperimus, et firmam stabilemque defendendi contra tantam hostium vim racionem constituerimus, quę informata iam esse in proximis superioribus Comitiis videtur, quid futurum est aliud reliquum, nisi quod in ipsorum potius hostium capita, Deus omen vertere dignetur, ut singula nra instar pecudum hosti præbeamus? et omnem illi arbitratu suo in nos sæviendi potestatē permittamus?

Quapropter monet, hortatur, orat etiam atque obtestatur Sacra Mtas Regia, si vel suę D. vræ, vel Coniugum liberorumque suorum salutis, si fortunarum si libertatis cura tanguntur aliqua ut veternum istud excutiant, quo visæ sunt hactenus oppreßę, ac alienorum rerum omni cura postposita, toto quod aiunt, pectore in unum defendendæ patrię suę studium incumbat, quo possint ea quę sibi vident impendere pericula coniunctis et animis et viribus à se ac suis Deo gratiam sua suppeditante fortiter et viriliter propulsare. Ac à Turcis quidem metus est maior, quare si quem illi fecerint in Regnum impetum quemadmodum is repelli, possit eius rei cura oportet esse priorem. Neque tamē interea contemnendi sunt Tartari et Valachi, à quibus et ipsis tutam nobis pacem et quietem non possumus polliceri.

Experta Mtas Regia, quantum secum bella ferant incommodi, quoad salua dignitate potuit, paci semper

consulunt, atque ideo magnis donativis delinire sibi studet Tartaros, ut eos ab incursionibus avocet quas crebras antea soliti facere fuerunt, sed ii nihilominus ab insidiis et latrociniis temperare sibi non possunt, ac proxima superiore aestate, cum meis in finibus congressi, viros aliquot insignes fortiter pro patria pugnantes occiderunt.

Valachus vero quamvis amicitiam nobiscum simulet, hactenus tamen talem se gessit, ut ei tuto credi non possit atque ut maxime nobis amicus esse synceerus cupiat, sui tamen iuris non est. Caesaris Turcarum imperata facere, atque ad nutum illius se convertere cogitur. simul ut signum ille dederit, contra quemcunque iusserit arma ut capiat necesse est. Nihil ut sit, quod illius amicitiae fidere velimus.

Cum et terrae Prussiae non eo adhuc loco sint, ut vacuo metu de illis animo esse possimus. Nam proscriptionis decretum prorogatum quidem est, sed antiquatum non est, ac in proximis imperii Comitiis Spirae habitis, electus est ordinis Theutonicorum Magister, qui ne per occasionem in Prussiae terras irrumpat metuendum est. Quocirca si quid ille machinatus sit quemadmodum eius conatibus obviam iri possit, providendum est. Quamobrem ad hos omnes fortuitos casus, et nec inopinatos hostium incursus, repellendos ut parati semper et instructi esse queamus, inire rationem oportet.

Sed si denum a nobis accessum habuerimus frustra quaecunque de re suscepta erit deliberatio, atque irritus cadet

conatus nos omnes. Quare ante omnia placandus hic no:
bis est, ac modus aliquis est inveniendus, quo caveri pos:
sit, ne gravius contra nos iram illius provocemus

Quae vero etsi proprius pertinet ad alios quorum est hoc offi:
cium ut sint quasi sequestri quidam atque interpretes
inter deum et homines neque solennibus modo sacrificiis
et precibus, propitium illum reddere conentur ipsi, sed
viam etiam populo commonstrent, quam ille ingressus
cavere queat, ne in offensionem dei cadat, aut si ceci:
derit, eum sibi statim reconciliet, quae tamen ad Iuris in:
stitiaeque rationem spectant ea propria videntur esse re:
giae Mtis munera.

Queruntur complures caedes patrari multas, crebra fieri
periuria, quibus fit ut contra Jus et aequitatem, suis
plerique bonis spolientur.

Nulla unquam habentur Comitia, in quibus non diligenter
his de rebus admoneat Sacra Mtas Regia, quae
sciens non ignorat, si quibus aliis rebus, tum caedibus
et periuriis maxime, gravissime, deum offendi, ita cu:
peret vehementer haec reprimi ut et vita hominum
et fortunae non in tanto versarentur periculo. Sed cum
ultra patrias leges progredi illi non liceat, quibus
ea minus severe animadverti plerisque videntur, fit
ut non modo nihilo fiant ista remissius, sed ma:
gis etiam quotannis augeantur. Quae in hostes arma
verti oportuit, his in fratres suos non pauci utuntur
et fraterno quam hostili sanguine manus suas contami:
nare malunt. Quamobrem qua ratione fieri queat,
ut ne caedes istae et periuria frequententur, in medium
consuli velit Sacra Mtas Regia

Si quid praeterea de iudiciorum ratione consulendum videtur si quo modo effici possit, ut ea expeditiora sint, quo facilius quisque Jus suum obtinere queat, atque ut causae quae: rimoniarum praecidantur iis qui nullum faciunt lamentandi finem, quod nunquam possunt ad iudiciorum finem pervenire.

De his itaque causis, ut quae enumerata sunt per me, his omnibus provideri queat, visum est Sacrae Regiae Mti Cracoviae Comitia edicere ad diem sanctorum trium Regum. Hortatur Dnes vras ut pro recepto patriae huius more Nuncios eligant, viros prudentes, graves ad res tractandas idoneos cum plena et non limitata potestate qui pericula serium expendant quae Regno nunc impendent gravissima, neque privatae rei suae consulant sed eo cogitationes suas omnes conferant, ut Rempublicam salvam conservent. De qua, si quod absit, actum sit aliquid, privatae cuiusque res consistere nequaquam possunt.

Illud vna postulat a D. vris, ut qui sunt ex Consiliariorum numero, quique Nuncii fuerint designati, profectionem suam ne differant, sed ad diem Comitiis dictum venire conentur, Neque enim est ex dignitate Mtis Regiae tantisper illos expectare quibuscum haberi consultatio consuevit. Tum autem decretum fuit in Comitiis superioribus, qui constitutum Comitiorum diem non obiisset, ut is ne expectaretur, sed quae absque eo essent decreta ea rata nihilominus permanerent.

Quam affecta sit aetas Mtis Regiae quam tenuis valetudo, noverunt ex magna parte D. vrae, tamen illa etiam

si longius absit à Regno, nunquam committit ut serius ad Comicia veniat quin antevertat potius Comitiorum diē vel huius exemplo. D. Vrae monere debent, quò et ipsae moram nihil in obeundis Comitiis interponant sed sit ut par est facere et Principis sui et reipublice viros studiosos, mature conveniant ad consultandum quemadmodum provideri possit, ne quid respublica detrimēti capiat. In qua quidem consultatione pro maiore quisque fide et diligentia usus fuerit, hoc se uberiorem apud Mtem Regiam gratiam initurum speret.

Particula epistole ad amicum scripte

Comicia regni agi hic Cracovie cepta sunt. In missa de spiritu sancto cantata, dominus Samuel Maczieiowski Epus Plocen Regni vicecancellarius, cum summa omnium admiratione in Ecclesia Cathedrali, ad oēs regni ordines, qui ad Conventum convenerunt, contionem fecit. Is ita concordiam ac unanimitatem suasit, ita odia, simultates, et conspirationes Procerum detestatus est, sic audientium animos versavit, sic pericula impendentia regno ob oculos posuit, ut omnes boni et amantes reipublice, in lachrymas conversi fuerunt, spesque bona fuerit defensionem regni et reipublice ordinationem perquam optimam ex illo tempore futuram. Sed apparet non omnes spiritum hunc dei accepisse. Nam Comicia hec perniciosis conspirationibus aguntur, ut Jus et libertas regni universi, opprimatur

ut servitus tanta inducatur ut ne mutire quidem quisque deinceps audeat. Sunt autem in hac conspiratione Regina Bona, caput et origo omnis mali, est Petrus Gamratus Archiepiscopus Gnesnensis, qui idem est Cracoviensis Episcopus: est etiam Petrus Kmitha Palatinus Cracoviensis, cum illo sene Archerontico Petro Opalienizki Castellano Gnesnensi. Quos etiam sectatur Cironeus ille Dziergowski Episcopus Camenecensis. Hos vero sequuntur ceteri non pauci, sed lenes ac mercenarij consiliarii, quos ipse Archiepiscopus cibo suo, ac diviciis suis alit, obligans eos sibi ad sua et Reginae vota promovenda, qui spe honorum officio: rumque publicorum inescati, hos caecos caecorum duces sequuntur. nonnulla etiam pars Kmetiorum equestris ordinis in eundem errorem pertracta est. ceterum sanioris consilii viri, adversantur pravis hisce eorum consiliis et laqueos istos sibi et suis injici non sustinent.

Contencio haec utramque partem tenet, quae efficiet, ut Comicia, sine conclusione dissolvantur. Egerrimo ac offenso animo ferunt homines, quod regina negociis se publicis intermiserit. Rex per senectutem, nec corpore nec animo valet, ut haec tanta mala tollere possit.

Solutus hic Conventus fuit, nihil in eo constitutum nec ulla publica contribucio decreta, nihilominus, ne regni fines ab hostibus infestarentur, Episcopi regni, et clerus ex oppidis suis: Rex similiter, ex Civitatibus et oppidis suis privatim, contulerunt contribucionem Czoposve solitam quam Capitanei regii exigebant, ex hac pecunia mille equites scripti ad presidia Russiae fuere contra lenes Tartarorum insultus. Eo itaque anno mille incursiones

hostiles, nulla damna terris Russie et Podolie illata fuere ab hostibus.

Cittacio contra Gedanen propter Puczko

Sigismundus primus Rex Polonie

Vobis Proconsulibus et Consulibus Ciuitatis nostre Gdanen de omnibus bonis vris quocunque iure ac titulo per vos vbilibet habitis et possessis, mandamus, vt ad instanciam actus nostre et instigatoris officii nostri, feria secunda proxima post dominicam Inuocauit proxime futuram, coram nobis et Consiliariis nris lateri nro pro tunc assidentibus in Castro nro Crac personaliter et peremptorie compareatis. Citamus vos propterea, Quia cum superiori tempore, commiseramus litteris Commissionum nrarum certis Commissariis nris negocium redemptionis bonorum nrorum Puczko, et caeterorum ad hec pertinentium, ac ad vos mandatorum nrorum lras in eo negocio dedimus, vt coram ipsis Commissariis comparere, secundum lras originales summas pecuniarum inscriptas reciperetis: ac de bonis prefatis descenderetis, iuxta tenorem continentiam prefatarum Commissionum et mandatorum nrorum lras: Commissariique nris litteris commissionum inherentes, vobis legittime vocatis pro tempore competenti et termino prefixo comparentibus: visis lris et inscripcionibus vris, quas pro tunc produxistis, reque bene intellecta et perpensa decreuerunt vos pecunias a nobis recipere, et de bonis prefatis Puczko ad eaque pertinentibus, ad actum nostram

legitime spectantibus descendere, intromissionemque in eadem bona simul ac possessionem eorum nobis adiudicaverunt et unum de medio sui Commissarium cum Scabinis ad eam faciendam et assignandam nobis deputaverunt et destinaverunt, secundum processum causae huius et decreta sua ac iuris observantiam, latius omnia haec in se resonant: tum vos contraneminens brachio nostro regali exercitiuo sese violenter opponentes, rei iudicatae executionem ipsam non admisistis: sed impugnastis eaque fecistis et commisistis quae detrahere et derogare authoritati nostrae, iurisditioni et iuribus regni nostri adversari videntur, quae premissa omnia pensamus nobis contra vos ad penas vallatas et legitime secutas vel prout Maiestas vestra cum Consiliariis vestris decreverit iudicialiter ad haec et ad alia latius vobis in termino obijcienda sitis responsuri. Cum aliis vero huius culpae complicibus reservamus nobis specialem actionem Datum Cracoviae xvi^a die Mensis Januarij Anno domini M^o. D. xlv^o

Gratulatio Canonicorum Cracoviensium in adventu Cracoviam Sigismundi secundi REGIS POLONIAE 1545 tercia Junii, pridie Corporis Christi

Neminem esse puto Sacra Mtas Regia non modo in urbe
ista et ea quam vides frequentia, verum etiam in uni-
verso hoc tuo Regno, qui non maximam voluptatem
ex tuo ad nos adventu acceperit, non eo tantum quod sal-
vus gratia sit Deo et incolumis ad tuos redieris: quanquam
et id eiusmodi est, quamobrem et tibi gratulemur, et
nobis vehementer gaudeamus: verum longe alia etiam
causa est, quae nos omnes summa laeticia extulit. Tan-
ta est enim tum apud nos qui tuo sacro imperio regimur
tum etiam apud omnes exteras nationes, fama tui no-
minis tanta predicatio, singularis virtutis, pruden-
tiae, industriae, iusticiae, sobrietatis, vigilantiae, tempe-
rantiae, dexteritatis in rebus agendis, celeritatis in
administrandis negotiis, pietatis erga Deum, charita-
tis in patriam, benivolentiae in subiectos, clementiae
erga bonos, severitatis erga improbos, multarumque alia-
rum et clarissimarum tuarum animi dotum, ut ne-
mo sit tam invidus, tamque inimicus virtuti, qui non
maximam spem de te tuoque imperio conceperit: nemo
qui non existimet his miseris et calamitosis tempori-
bus quibus fere universus orbis terrarum turba-
tur te huic regno datum esse singulari quodam beneficio
Hoc illud est quamobrem nunc omnes exultant, omnes in
tuos iampridem expectatos et desideratos amplexus con-
volant, omnes tibi omnia bona, omnia prospera pre-
cantur, omnes denique existimant, cum tu praesens

adfueris, sibi, saluti, liberis, ac fortunis suis maximum
et firmissimum esse praesidium constitutum. In hoc
tanto universi populi gaudio, tanta omnium ordi:
num laetitia, quo tandem putas esse animo ordinem
hunc nostrum? qui quod est quod libertate Ecclesiastica frui:
tur, quod multis et magnis est honoribus exornatus,
tibi, patrique tuo, clarissimo ac sapientissimo Regi,
tuaeque praeclarae familiae acceptum refert. Nec enim
ignorare debes in maioribus illis tuis sanctissimis
ac prudentissimis viris tantum fuisse pietatis studi:
um, eum religionis ardorem, ut nihil maiori studio
contenderent, nihil elaborarent magis quam ut honores
preces, et cultus divini numinis, pie casteque Deo tribu:
erentur. Hinc profecti sunt varii Sacerdotum ordines
hique amplissimis honoribus exornati, ut cum caeteri
aliis atque aliis reipublicae fungerentur muneribus,
essent qui vacuo a caeteris curis animo, Deum optimum
Maximum pura et integra mente ac voce continue ve:
nerarentur: sacra solemnia pro salute populi obirent:
ceremonias a maioribus institutas retinerent: doce:
rentque populum, quod verum sincerum ac incorruptum
sit religionis et evangelicae disciplinae studium. Haec
omnia, et pleraque alia quae nunc longum esset recensere
et instituta sunt a maioribus tuis, et ab hisdem
postea maximo studio, postremo etiam a patre tuo viro
immortalitate dignissimo, amplificata sunt et exornata
Quibus rebus, ut ego arbitror effectum est, ut Deus
tantam eis in omnibus rebus prosperitatem concederet:
tot ac tanta bona domi ac militiae largiretur, ut qui:
dam etiam divino beneficio ex familia vestra in divorum
numerum referrentur. Tu vero cum nobis in hac
tenera aetate, tantum specimen egregiae indolis ac

virtutis singularis dedisti, ut apud omnes maximam
tui imperii expectationem concitaueris dubitari non
potest quin sis maiorum tuorum vestigiis ingressurus,
quorum alii orbem terrarum impleuerunt fama sui nominis
alii tam sint in uniuersa Italia celebres et nobilitate
generis et rebus gestis familie sue ut quamdiu Ita-
lia steterit, tamdiu illustris Sfortiorum familie glo-
ria duratura videatur. Hac spe plenus et erectus to-
tus meus ordo, inflammatus etiam diuinis tuis laudibus
que clarissimis omnium vocibus apud multas gentes per-
crebuerunt ingentem tibi suam letitiam declarat,
ostenditque non tantum se ex tuo ad nos aduentu vo-
luptatis cepisse quantum ex laude et gloria tuarum
vere Regiarum virtutum, eaque expectatione qua
tibi singulares animi tui dotes apud omnes homines
concitauerunt. Quodsi id ego minus cumulate facio quam
res postulat peto a te ne id parum propense potius vo-
luntati mee tribuas quam magnitudini negocii et
angustiis huius temporis. Dabitur fortasse alia occa-
sio celebrandi tui nominis, nunc tibi hoc de uniuer-
sis et singulis nobis possum polliceri quando alia
ratione non possumus, testatam tibi facere meam
in te pietatem et obseruantiam, hoc saltem prestaturos
ut nullus unquam dies futurus sit quo non simus
pro tua tuorumque omnium salute et incolumitate
Deo optimo maximo vota et sacrificia facturi.

Sigismundus primus Rex Polonie
Carolo quinto Imperatori Catholico

SERmᵐᵉ etc C

Legatio à Sigismundo primo Rege Polonie ad Carolum quintum Caesarem: et ad Ferdinandum Hungarie et Bohemie Regem

Data Nicolao Mischkowski Dapifero regio Crac. 15 Junii 1545

dziwna rzecz iż na stronicy 339 z 12 Februar ojciec i synowi radzi oddali się [illegible] a przyrodzony zwartości zatrzymać [illegible] byto do [illegible] nawione-

Vellent Ser.mi Principes et domini mei, leta ut potius, et que voluptatem aliquam afferre possent, M.tibus v.ris nunciare licuisset, sed cum in manu n.ra non sit, qualia nobis accidant, cum nulla sit tam sublimis fortuna in qua non eque, atque in aliis inferioris loci atque ordinis hominibus casus et natura dominetur, non quod sibi, sed quod divine M.ti visum est, id ad v.ras M.tes afferri per me voluerunt, certa de illis spe concepta, q. que suis legibus orbem terrarum parere volunt, facture sint equo animo, ut ipse quoque pareant nature legibus, que ducunt volentem, nolentem trahunt. Sic visum est illi cuius nutu atque arbitrio gubernantur omnia, qui tot statum, nihil fixum, nihil stabile vult esse, et perpetuum in rebus humanis: sed leta subinde tristibus, tristia letis permiscet. Sic visum est Deo, penes quem rerum omnium summa potestas est, ut cuius coniunctio cum Ser.mo domino Sigismundo Augusto, tot populis et nationibus ante biennium voluptatem quandam incredibilem attulerat: Ser.mam dominam Elisabetham Polonie Reginam à marito suo disiunctam, celestem in domum suam reciperet, tanto maiore omnium merore, quanto plus paulo ante consolationis acceperant, ex ista tam arcta tot

potentissimorum Regnum, tot fortissimarum nationum necessitudine, itaque credibile non est, quanta sit in regno et ditionibus Sermorum Lenuciphum meorum perturbatio: luget Senatus, moeret equester ordo, totum regnum senio confectum est, squalent Civitates, afflictantur Oppida agri, denique tam beneficam, tam salutarem, tam mansuetam reginam desyderant plena sunt squalore, plena lamentis, plena luctu omnia, plorant enim sanctitatem, pietatem, innocentiam, castitatem, plorant omnes pariter in unius morte defecisse virtutes, Non quod lugenda sit illa quae abiit sed quod sibi dolendum esse putent impatientius quod tam sancta regina tam subito ex eorum oculis sit erepta. In hoc omnium ordinum tam tristi et acerbo luctu, quem esse Mtes vrae putant animum Sermi domini Sigismundi primi Regis! qui cum magnam in spem venisset videndorum ex communibus et vrarum Mtum et suis liberis communium Nepotum, de qua iam etiam grati rumusculi quidam afferebantur tam repente tanta de spe decidit. hac una cogitatione aetatis suae ingravescentis, molestias omnes levabant, nunc quid speret non habere videtur. Tam longo tempore in hac vita commorato, quae plus Aloes quam mellis habere dicitur, fieri non potuit, quin pleraque tristia acciderent, sed nihil tamen accidit unquam acerbius, quam haec et proneptis et Nurus, et filiae mors inopinata, qua vehementius est quam credi possit Mtas sua perturbata,

Neque vero casus hic Sermae dominae Elisabethae reginae minorem dolorem attulit Sermae dominae Bonae reginae quae semper illam eodem quo filias suas loco charissimam habuit, sed omnium maestitiam superat marito suo Sermus dominus Sigismundus Augustus, orbatus illa praeter spem, sine qua nihil sibi iam in

hac vita iucundum accidere potest, atque eo tempore orbatus
quo perspecta magis et explorata virtute illius singulari
maiore illius amore exarserat, quam e medio complexu
suo sibi morte immatura raptam esse vehementius ani:
mi discruciatur, quam ut ulla oratione satis consequi liceat
Iam ante contristaverat Maiestatem eius periculosus morbus
quo, presente ea Vilnae, Serenissima domina Regina Elisabe:
tha ita laborabat ut conclamatum iam esse videretur
sed ab ea tristitia atque acerbitate ad quandam etiam hi:
laritatem fuit Maiestas eius traducta, cum esse recreatam
ex morbo suo vidisset, Erant graves causae quamobrem
Serenissimos parentes Maiestatem eius visere necesse est, sed prius
tamen ut Coniugem suam charissimam dimitteret, adduci non
potuit, quam eam convalescere et extra periculum esse constitutam
cognovisset, cumque Maiestas sua ad Serenissimos parentes suos
pervenisset, laetiores in dies de illa rumores afferebantur,
ita enim esse confirmata dicebatur, ut omnibus sani ho:
minis officiis fungeretur, non templa modo visebat: sed
ad vicinum etiam rus animi causa se conferebat, qua
ex re incredibilem Serenissimus Coniunx eius consolationem
percipiebat, iamque ad illam reditum suum maturabat,
cum ecce sub ipsum profectionis tempus prius de morte
quam de recenti aliquo morbo illius tristis nuncius est al:
latus, quo Maiestas eius adeo perculsa fuit ut non esse apud
se prae dolore nimio videretur. Etenim in qua sola
acquiescebat, ex qua regni sui successorem se suscepturum
sperabat: cuius morum integritate: cuius pietate, mode:
stia, sanctimonia: cuius studio erga se et observantia
singulari: cuius multis praeclaris dotibus, quibus afflu:
enter erat a Deo cumulata mirifice delectabatur, ea se
praeter spem et expectationem suam, atque una cunctis
illius commodis orbatam esse intelligebat. Itaque tantum

bat
ex eo merorem percipiet nullius vt enim consolatio minuere
posset · neq cibo refici · neq somno recreari · neq collo:
quio cuiusqua a tristicia potuit renocari · etenim cum de:
sideratissime Coniugis anima · ipsius q9 anima migrasse
visa est solo propemodum corpore in terris relicto · vt eius
utem tanto dolore examinatam nemo siccis oculis aspi:
cere potuerit

Habent iam Sacrae Mtes Vrae · et quid de Serma domina
Elisabeta regina factum deus voluerit · et quo in statu
cum regimm sit · tum Serenmi Reges mei · Quibus dubium
non est · quin ex eo quod accidit · Sermae dominae Elisabetae
reginae · non minorem Vrae · quam earum Mtes traxe:
rint molestiã · Ad quam leuandam cuperet aliquid
consolationis adhibere · sed non ita se abundare ingenio
intelligunt · vt Mtes Vras consolentur · cum ipse se nõ
possint · Tum autem et de prudentia Mtum Vrarum
et de animi magnitudine sibi persuadent · q quemad:
modum secundam sepe moderate tulerunt · ita et aduer:
sam fortunã hanc fortiter sint laturae · Quae tot po:
pulis · tot nationibus · tot vrbibus magna cum nominis
sui laude et gloriã imperant · maiore etiam cum laude
sua dolori suo sicut imperare et sicut visae sunt nunq
secundis rebus suis et ad voluntatem fluentibus effer:
ri · ita non committant vt aduersis frangi videantur
cum vtramq fortunã moderate ferre · id vero fortis
cuiuspiam et excelsi sit animi · Hoc est regem esse · hoc
est Imperatorem esse · posse affectiones suas regere ·
posse dolori imperare · posse motus animi sui compescere ·
neq de mentis vnq potestate exire · Fuit illa quide
filia · fuit Neptis Mtum Vrarum · sed cogitare tamen
illae debent pro sua prudentia · q mortua est · nihil ea re
noui illi accidisse · hac lege nati sumus omnes · quisquis

ad vitam editur, ad mortem destinatur neq3 aliud tota vita nra qz ad mortem iter est, alio quidem atq3 alio tempore sed ad mortem tamen tendimus omnes Quo fuit illi aliquando perueniendum, eo qz iā peruenerit moleste ferendum non est quo celerius cursum suum confecit, hoc est pluribus et maioribus vite longioris molestiis liberata, quamq3 si quis illam virtutibus non annis estimare velit, satis diu vixit, non expectant ultimum tempus que in primo maturuerunt. Ignis quo clarior fulsit citius extinguitur. vivatior est qui cum lenta difficiliq3 materia commissus, ex sordido lucet, eadem enim detinet causa, que maligne alit. Sic ingenia que illustriora, breviora sunt, quicquid ad summum venit, ad exitum prope est. Quare mortem illius lachrimis prosequi non oportet. cuius virtus tanta sumpserat incrementa, vt non potuerit non esse vicinus occasus, quin potius nec mortem quidem eam vocari fas est, qua tante regine mortalitas magis qz vita finita est. Ita quid tandem est: quod in illa mortuum est? quid nisi quod ex terra compactum ad terram unde ortum erat redire fuit necesse. Umbra tantum et imago Elisabete regine mortua est, vivit autem ipsa Elisabeta meliore sui parte, viuetq3 semper ac latius etiam in memoria hominum et sermone versabatur, posteaq3 ab oculis recessit. Vivit Elisabete sanctimonia, vivit pietas, vivit innocencia, vivit castitas, vivit ingens virtutum chorus, quarum memoriam nulla vnq3 etas obliterabit. His illa ornata et cum Chro vivit in celis et in hominum ore semper est victura, angi itaq3 animo, qz illa tam beatam vitam consecuta, frui amplius non licet, non illam sed seipsum fuerit diligentis: ac summam illius foelicitatem non satis grato aio

interpretantis. Sed de his plura dici Maiestatibus vestris ea sapientia, eo animi robore præditis necesse non est cum ea ipsa quæ dicta sunt, de more magis dicta sunt quam quod admonere de his Sacras Maiestates vestras oporteret. Illud modo significari per me S. Maiestatibus vestris Serenissimi Principes mei voluerunt quod pro recepto Ecclesiæ Catholicæ more iam inde ab Apostolorum temporibus ad hæc usque tempora per manus nobis tradito. Serenissimus dominus Sigismundus Rex Augustus, desideratissimæ coniugi suæ iusta funebria ad diem dominico Bartholomeo sacrum facere decreuit: ut etiam in eo quod ultimum illi præstare potest officium nihil prætermisisse videatur quo suam erga illam in Christo defunctam beneuolentiam testatam omnibus, facere queat. Illud una obnixè rogant Maiestates vestras, ne cum Elisabetha regina mortua, mortuam esse una putent propinquam necessitudinem quæ Maiestatibus eorum cum vestris Maiestatibus intercedit disiunctum est quidem corpus Serenissimæ dominæ Elisabetæ reginæ à corpore Serenissimi domini Sigismundi Regis Augusti, sed animi tamen eorum disiuncti non sunt, neque disiungi unquam potuerunt. Quo firmior autem est animorum quam corporum coniunctio, hoc solidam esse decet magis amicitiam, quam indissolubilis animorum copula conciliavit. Quicquid de Serenissima domina Elisabetha regina factum Deus voluit, erit nihilominus obsequens semper filius S. Maiestatum vestrarum. Serenissimus dominus Sigismundus Augustus, neque alios unquam illas quam parentum loco habebit. Sed et Serenissimus parens eius eandem quam antea semper egregiam erga Sacras Maiestates vestras voluntatem retinebit de quibus utraque Maiestas sibi persuadet. Quodsi superioribus ipsis temporibus Serenissimi Principes mei cumulatè

semper Mtibus vris omnia officia prestiterunt que tanta
necessitudo postulabat, tanto id prolixius deinceps Mtes ea:
rum sunt facture, quanto sibi cauendum esse diligentius
putauerint, ne quam dent alicui suspicionem morte Sermę
dominę Reginę Elisabethę esse aliquid de suo erga
Mtes vras studio diminutum, se siquis potest esse accessio:
ni locus eam omnes potius factam esse cognoscant. hoc sibi
Sacrę Mtes vrę de Sermis Principibus meis certo po:
terint polliceri, cum ab illis sedulo fieri omnia. S. Mtes
vrę viderint, nihil vt requiri possit eorum quę ad
perpetuę foedus amicitię cum vris Mtibus sanctè
atque inuiolatè conseruanda putauerint pertinere eo:
dem vicissim et ipsas animo esse futuras

Ferdinandus Romanorum Rex SIGISMUNDO AUGUSTO REGI POLONIÆ

SERme, Princeps fili et consanguinee noster charme De Sermæ Reginæ Elisabethæ filiæ meæ morte certiores facti, non solum iis litteris quas à Serte vrã ante triduum per Nobilem ac Generosum Joannem de Dambrowicza illius internuncium accepimus, verum etiam alteris, quibusclam eodem exemplo iisdemque penè verbis, ad Sermam Contthoralem meam charissimam Praga nuper scriptis, indeque ad nos missis, quæ nobis die quinto mensis huius allatæ sunt, magnam sanè molestiã accepimus propterea quod pientissimam amantissimamque filiã eamque primogenitam, id est Coniugii mei primicias quæque nobis primum dulcissimum patris nomen, numerosæque sobolis meæ initium dedit, inopinato amisimus: auxit autem incredibilem dolorem hunc meum præter alia multa id vel maximè, quòd in ipso ætatis flore, tam inopinata, tamque immatura morte vt verè scribit Sertas vrã, sublata est. versamur[?] itaque pluribus, et quidem iustis maximisque de causis in summo luctu mœroreque, neque quid ad Sertem vram scribamus, animi dolore scilicet præpediti, satis scimus, neque enim paternus amor et affectus ille meus nos mentem cogitationesque meas ab ea, unica filiâ, qua in vita meâ vix quicque vnque aut charius aut suauius habuimus, facile auertere idque propter præstantem indolem, summamque illius obseruantiam qua nos semper prosecuta est. Illam igitur non solum vt talem filiã, sed etiam vt foeminã et Reginã virginali pudore et egregia singularique virtute et

et spectata in Deum pietate praeditam nobis iniquo fato
ereptam non sine gemitu suspiriisque requirimus. Siquidem
dignam putaremus quae cum diutius viveret, tum non sine
prole decederet. Sed cum ea dei voluntas fuit ut nos quidem
tam praestanti charoque et dulci pignore privatos tanta
tristicia afficeret, iacturam illam aequo ac forti animo
feramus oportet nostramque adeo aegritudinem animi, si non
alia saltem hac consolatione non mediocri neque falsa
leniri nos decet quod ei quae pie innocenterque vixit, quae
nos ne verbo quidem unquam laesit, quae nobis ab ineunte aetate
sua morigera semper fuit, quae omnibus denique regnis
et dominiis nostris ob virtutem suam morumque sanctimo:
niam gratissima optatissimaque extitit: nihil sane mali
miseriaeve in morte ista accidere potuerit, quippe cum mor:
tem ipsam, innocentibus praesertim ac piis hominibus
aliud sane nihil quam malorum finem atque adeo ex hu:
ius mortalis vitae innumeris miseriis calamitatibusque
tanquam demigrationem quandam ad sempiternum aevum
patriamque coelestem existere, religio nostra nos pie credere
omnino iubet. Precemur itaque bene illius sacris ma:
nibus, eamque deo nunc viventem, pia potius et grata
memoria quam luctu immodico prosequamur. Caete:
rum quas ipsa secum in Poloniam sub superiorum tem:
pus adduxerat personas, veluti sui corporis, vitaeque
ministras, quae quidem (ut Serenitas vestra non igno:
rat) perpaucae admodum sunt, eas ut honeste decenterque
missas faciat et per vestrae Serenitatis ditionem tuto et
secure Pragam usque ad nos deduci iubeat, a Serenitate
vestra etiam atque etiam vehementer petimus, eamque feliciss:
ime valere optamus. Datum in nostra et imperiali Civi:
tate Vormaciae die 16 Julij Anno domini 1545
Regnorum nostrorum Romani 15 aliorum 19

Carolus quintus Caesar Catholicus Sigismundo Augusto Regi Poloniae

SERme Princeps frater affinis et consanguinee charme. Su:
blatam è medio Sermam Reginam Elisabetham eius con:
thoralem fatoque immaturae functam cumque aetatis ratio
longioris vitae spem faceret et pene in ipso Nuptiarum
tempore, multis de causis Serti vrae graue esse existi:
mamus, ex nobis enim dolorem eius metimur, afflixit
autem vehementius nos, is casus quam calamo possit explicari
Tanta vis erat amoris quo charmam Neptem meam tanquam
filiam charissimam, illi paternus et affectu verò pater,
prosequebamur, sed sic sunt mortalium fata, à quibus Prin:
cipum nemo immunis est, ita nos ad communem sortem
creauit altissimus, ne quis sit qui, si sue sortis obliuisca:
tur, non habeat vnde mox animi motus, ipsumque subla:
te mentis impetum reuocet ad ordinem. Solaturque nos
in huiuscemodi casibus communis omnibus legis huius
consideratio, grauis quidem haec consolatio si in eo consiste:
ret. Sed addidit Deus optimus maximus quo omnem
dolorem auferret, spem melioris vitae semper in summa
foelicitate duraturae, iis quorum vita ita acta est, vt
criminibus non obnoxii defungantur. haec spes, certissi:
ma nobis est consolatio. Ita enim vixit charissima quon:
dam Neptis mea tanquam filia charissima, vt firmissime
credamus beatissimam illam vitam ingressam, in quo per:
petuo foelix sit. Incerta nobis est diuinae voluntatis
non dubitamus tamen ab eius bonitate in melius om:
nem suae actionis finem tendere. huic repugnare phas
non est. sed quae vult ferenda sunt, et ratione, omnis
motus, animique dolor compescendus est. Haec nos in tanto

luctu simulimmqz consideratio consolantur. Non dubitamus autem quin pro sua prudentia Sertas vra huiusmodi cogitationibus dolorem compescat et diuine Mtis imperium moderate ferat. quod vt faciat sedulo hortamur. Credere autem illam cupimus, firmam futuram voluntatem, qua ea vina Sertem vram sumus prosecuti; neqz quicqz imminuetur de ea propensione, ad quam arctissimus nexus vetusqz necessitudo nos obligat, erga Sertem vram quã recte valere optamus, eiqz foelicia omnia à superis concedi cupimus Datum in Ciuitate nrã Vormacia die XXIIJa Mensis Julii Anno domini 1545 Imperii nri anno XXVo Et regnorum nrorum XXXo

Sigismundus primus Rex Polonie
Sigismundo Augusto filio suo Regi
Poloniae

SERme etc. Petierunt a nobis Oratores Regie Roma:
nitis fratris et consanguinei mei charmi, ut qua de cau:
sa istuc ad Mtem vram missi sunt, eam commendare
Mti vrae dignaremur. Nos de re tanta nihil statuendu
esse duximus, nisi de ea prius ad Senatores et Consiliari:
os Regni mei retulissemus. Qui cum essent per nos se:
tenciam rogati, in ea omnes opinione fuerunt, ut red:
denda esse patri Parapherna dicerent: quod ei nullo
iure negari possent. Cui nos quoque sentencie facile subscri:
psimus: Nam preter Jus a Mte vra retineri quicquam
nollemus, ac pluris esse faciendam censemus amicitia
Sermorum fratrum, quam Parapherna ista, satis doloris
hausit Serenissimus dominus dominus Ro: Rex ex imma:
tura filie morte: aequum est ut ex Paraphernorum re:
stitucione consolationem tamen aliquam capiat. Quam:
obrem contentam esse Mtem vram dote velimus, ac Le:
gatos istos ita a se dimittere, ut regi suo optatum respon:
sum referant. Nihilominus Judicio Mtis vrae omnia
permittimus: que quod esse ex dignitate sua cognove:
rit, id hac de re procul dubio statuet. Que tamen Serme
olim Conjugi Mtis vrae in Regno cum esset donata
sunt, ea retineri a Mte vra velimus.

Quod nobis Generosi Joannis Lubomirski Curie
sue Thesaurarii merita Mtas vra commendat, sunt
ea nobis non obscura, Sed nos non tam propter illius me:
rita quam ut Mtis vrae commendacionis rationem ha:
bere videamur Mti vrae negare quicquam noluimus: atque
hisce litteris meis potestatem facimus Mti vrae vel olshina

vel Brzesniczam utrum ex his duobus prius vacaverit
cui volet M^tas V^ra conferendi. Quae n^rae litterae etsi
priuatae sunt atq; ut vocant missiles tamen eas non
minus ponderis habere volumus, quam si in Carta pecu-
rina conscripta et Sigillum n^rum eis esset appensum
Datum Cracoviae xij Februarii Anno domini 1545
ta data wątpliwa bo w Julii Ferdynand [illegible] da-
[illegible] o śmierci swej córki Elżbiety.

Sigismundus primus Rex Poloniae Sigismundo Augusto filio suo Regi POLONIAE

SER^ME Ex literis M^tis V^rae quid responsi dederit Ser^mi domini Roma: Regis Oratoribus accepimus quaq; sit illos benevolentia munificentiaq; prosecuta: pro-batur nobis V^rae M^tis responsum: probatur simul et humanitas et liberalitas qua erga eos usa est. Quod vero scribit nihil sibi post Deum aut antiquius aut sanctius esse iudicio et voluntate n^ra cuius nutibus paruerit semper et paritura sit perpetuo, sine lachrymis legere non potuimus, incredibile enim est, quantam ex eo volup-tatem capiamus quod M^tis V^rae tantam in nos observantiam perspicimus. Deus optimus Maximus qui longe nos fore promittit debitum honorem parentibus suis tribuentibus is iuxta promissum suum et servabit M^tem V^ram diu incolumem, et omni felicitatis genere cumulabit quae tantam suam erga nos observantiam declarat.

Porro quod etiam atq; etiam considerandum putat, ne quid com-mittat quod in exemplum postea trahi, et posteris indignita-tem et incommodum adferre possit. Laudamus nos quidem

hanc Mtis vrę prouidentiam. sed illud tamen de nobis persuadeat velimus, esse hęc omnia à nobis et à Consiliariis hic meis diligenter expensa, neq3 videre nos potuisse quid aut indignitatis aut incommodi ad Mtem vram peruenire possit. si paraspherna restituat quę enim est indignitas suum cuiq3 tribuere ? Quę verò suppeditata sunt istic Mti vrę argumenta, ea nullo negotio refelli queunt Nam quod in lris matrimonii contractus nulla sit mentio Paraphernorum. id verò magis facit contra Mtem. ob hoc enim ipsum debentur quia nihil de eis cautum esset, vt mortua prius vxore ad Mtem vram redirent et hęc repetendi Sermi parentes ius haberet Quod verò negat ad se pertinere, quid externę leges ea de re statuant. non externę istę leges sunt sed est ius gentium quo parentibus liberi liberis parentes succedunt. Cui iuri quum non est in pactis matrimonialibus renunciatu non videmus quis alius in Parasphernis filię succedere potuerit q3 parentes Quod autem in pactis matrimonialibus perscriptum est. Sermam reginā Elisabetham cum regio et decenti apparatu ad Mtem vram adducendā fuisse, vt delure hoc Mti vrę apparatus nomine Paraspherna intelligi debere : certè illud ibi perscriptum, non quod apparatus hic mortua prius coniuge apud Mtem vram remaneret.

De dote verò Sermę matris meę memoria nos quidem tenemus, q cum de Parasphernis consultatio haberetur, facta fuit de eo mentio : ac ita quidem est q tercia tantum dotis pars, cum esset adducta in regnum dnia parens mea fuerat representata. sed quod tum nobis in mentem non venerat, id nunc demum succurrit memorię. Sermo fratri meo Voladislao cum esset Bohemię rex designatus, reliquas esse duas partes numeratas, ita vt nihil amplius eo

nomine debeatur. Porro centum illa millia exigendi habuit quidem ius Mtas Vra, sed fuit illud summi cuiusdam Iuris: hoc autem quod Sermus Romano: Rex est iuris gentium. aequum enim est ad quos summus dolor ex morte filiae peruenit eos ex successione in bona illius aliquam cōsolationem capere. Morte autem Mosche non esse Paraphernarestituta fatemur. sed quae fuit ex eo consecuta non nescit Mtas Vra: loco Paraphernorum Smolensko possident: cum in Parapherni nihil eximium fuerit praeter calceos margaritis ornatos, quos etiam centuplicatos reddidisse quam ita Nobilem terram amisisse praestabat

De Duce quoque Legnicensi ita est ut scribit Mtas quod nobis Paraphernanon restituit, neque enim ea repetiuimus, causa autē non repetendi fuit haec quod proferebat ille testamentum sororis meae, quo haeredem bonorum suorum instituit filiam suam, ac renunciatum quidem nobis fuerat filiam priorem decessisse, matrem vero de obitu filiae celatam, eam haeredem nihilominus instituisse: quoniam vero probare haec difficile fuit cum tabulae contrarium docerent, quibus fides habita fuisset, noluimus litem inchoare cuius dubium esse euentum videbamus.

Paucis itaque refutatas habet Mtas Vra rationes quae suggestae illi sunt, quibus uti quidem eam vellemus quo facilius res componi posset sed parum in eis esse firmitatis iudicauimus. Quare aliud consilium dare Mti Vrae non possumus, quam quod de sententia Senatorum regni mei, qui praesentes tum aderant in Comitiis, semel dedimus, Neque putet Mtas Vra habitam a nobis non esse decori antiquitatis illius aut etiam commodi rationem. quis enim est qui plus faueat Mti Vrae quam nos? verum indecorum et indignum esse censebamus non reddere quod iure gentium deberetur. Commoda autem verebamur ne non

alia vide sequerentur, quae post Pacafherna Moschis ne-
gata sunt consecuta, cum pro calceis, Smoliensis terri-
torii facta est commutatio. Laudamus hanc animi vrae
Maiestatis fortitudinem, quae non vult metu aliquid fecisse vi-
deri. neque nos sicubi iustam causam habemus metuimus
quenque, sed quod facimus non potentiae cuiusque, verum
ignominiae metu facimus. nollemus enim hanc esse de Maiestate
vra opinionem, quod et sibi vendicet ad quae ius habere non
videtur. Cumque nulla causa subsit legittima rescindendae
amicitiae, quae nobis cum inclyta Austriae domo, ex qua
maternum genus ducimus, constituta est, occasionem dare,
neque honestum fore neque vtile iudicamus.

Haec nos pro paterno meo animo Maiestatem vram admonenda
duximus, liberum illi nihilominus permittentes vt suo ipsa
iudicio vtatur. In viridi ista aetate sua habet illa
multo viuacius ingenium, nos contra vsum maiorem
senum consilia, facta iuuenum laudari consueuerunt. Nos
iudicium meum vrae Maiestatis iudicio non anteponimus:
quod illi magis expedire videbitur id faciat: modo
vt se per nos paterne de his esse admonitam aliquando
meminerit

LEGATIO A SIGISMUNDO primo Rege Poloniae ad Papam Paulum tertium. Data Nicolao Mishkowskii

Principio cum data illi erit potestas in conspectu S. illius veniendi factis ceremoniis consuetis in hanc sententiam verba faciet.

SAnctissime ac Beatissime pater et domine domine clementissime. Deuotus vestrae S. filius Ser.mus Princeps et dominus Dominus Sigismundus Augustus Dei gracia Rex Poloniae, Magnus Dux Lithuaniae, Russiae, Prussiae, Masouiae etc. dominus meus clementissimus laeta S. vestrae et faelicia precatur omnia, quo plures annos incolumis transigat, fluctuantem Ecclesiam ad optatum tranquillitatis portum perducat Reique publicae Christianae rationes ita constituat, ut tum ab externis, tum a domesticis insidiis tuta esse queat, Christo cuius in terris vicem S.tas vestra gerit, consilia illius gubernante, factaque et cogitata omnia sui fauoris aura prosequente.

Dedit mihi autem negotium ut nonnullis de rebus apud S.tem tuam verba facerem, quod quo maiori fide et authoritate fieri a me posset, has illi prius litteras reddi iussit.

Etsi Ser.mus Princeps et dominus meus iam pridem Rex est Poloniae et Magnus Dux Lithuaniae desi:

designatus. Annus enim iam agitur sextus decimus cum ingenti plausu et laetitia omnium Diadema est illi impositum pro sua tamen modestia proque ea quam patri debet filius observantia nullo se neque Regni neque magni Ducatus negotio implicavit nec quicquam toto hoc interiecto tempore sibi Iurisdictionis usurpavit. In omnibus terris tam ad Regnum quam ad Magnum Ducatum pertinentibus per omne tempus id summo cum Imperio potestateque versatus est is qui etiam nunc ad Regni sedet gubernacula Ser.mus Dominus Sigismundus primus parens Ser.mi Principis mei observantissimus verum postquam is propter affectam et aetatem et valetudinem suam se non esse tanto ferendo oneri intellexit utramque ut provinciam late admodum patentem rite gubernare posset cum haberet baculum senectutis suae Ser.mum filium suum cui recte inniti posset cum onus suum aliqua ex parte allevare voluit quae causa fuit quod proximo anno superiore magni Ducatus administratione illi cessit ac eandem ei quam ipse haberet in Lithuania rerum omnium potestatem permisit. quam provinciam Dei beneficio paternaque liberalitate Ser.mus Rex meus consequutus quid sanctae sedi isti deberet oblivisci non potuit. Quod si facere M.ti eius licuisset ut ipse ad S.tem V. veniret atque officia apud illam sua fungeretur nihil erat quod fecisset libentius. Sed quoniam tutum non erat in tam remotas terras ab ea provincia discedere quae tot hostium latrociniis si quae alia vehementer est infesta, me misit qui nomine M.tis eius debitam Sanc.ti suae subiectionem et eam quam patri debet filius obedientiam deferrem. Te enim Ser.mus Rex et dominus

meus verum et solum in terris Jesu Christi indubitatum
Vicarium et legittimum dni Petri successorem agnoscit
te petram illam esse profitetur super quam Ecclesiam
suam Christus ædificauit, quam nulla Thartarei Re:
gni vires expugnare possint. Tibi traditas esse cla:
ues cælestis Regni confitetur, quarum potestate
quicquid solueris super terram sit solutum in cælis.
quidquid alligaueris super terram sit alligatum in cælis
Ad tuos itaqz beatos pedes prouoluitur, illis in Chri
persona oris osculum admouet, tibi se, tibi subiectos
sibi populos, tibi quam late patet Imperium suum, subii:
cit omnia, neqz in alia se quam in ea quæ nunc abs te
regitur Petri nauicula seruari posse confidit, extra
quam nullam esse salutem tam certo persuasum habet, quam
quod certissime. Vnam hanc in qua tu nunc sedes Petri
Cathedram agnoscit, cui qui iungitur eum suum reputat
extra hanc vero domum cuius tu constitutus a Deo pa:
terfamilias es, quisquis agnum comederit eum pro:
phanum indicat. In hac et pro hac domo et Ecclesia
Dei, tu cum summa laude tui nominis et gloria præ:
sides, mori se paratum profitetur, maiorum suorum et
eius qui regnat, regnetqz diu fæliciter Ser.mi paren:
tis sui vestigia persequutus, quod sibi per manus tra:
ditum accepit ad posteros etiam suos transmittere cona:
bitur neqz vel vnguem quodammodo latum a maiorum su:
orum institutis Christo gressus suos dirigente se trans:
versum agi patietur. Id citra quamuis dubitationem
sibi S. tua de M.te eius firmiter polliceatur licebit
non fallet procul dubio istam de Se tuæ San.tis ex:
pectationem. Sunt alia nonnulla quæ seorsum
a me S. tua renuntiari iussit, quam ad rem tem:
pus aliud a S. tua mihi constitui peto.

In priuata audiencia

Qui sit status Ser.mi Regis mei ex eo S. tua facile coniecturam facere potest, quod quibus terris unus non pridem Rex et dominus praeerat, earum nunc diuisum est Imperium. Etenim paterna M.tas Regnum obtinet Poloniae Ser.mo filio Lithwania ampla quidem illa sed nimis vasta obtigit prouincia, omni haereticorum schismaticorum et sanctae Crucis hostium genere circumsepta, neque ullo unquam tempore ab eorum excursionibus et latrociniis satis tuta, ita ut semper in procinctu esse omnes oporteat ad arcendam et propulsandam vim, si quam ex improuiso hostes adferre sint conati. Quamadrem sumptus fieri maiores necesse est quam quos Ser.mus Rex meus sustinere possit, cui non essent quidem paterna auxilia defutura nisi is Turcici belli metu implicatus teneretur, cum propemodum iam in faucibus Turcarum esse Poloniae Regnum videatur. Nam quocunque verteris oculos Thurcis undique cinctum est, qui et Valachiam et Hungariam duo Christiani orbis propugnacula nostra socordia magis quam sua virtute aliqua occuparunt. Non ignorat Ser.mus Princeps et dominus meus magnos Reges angustiis in rebus suis ad S. V. confugere ac fidem illius implorare solitos, ita semper abea discessisse ut eos minime spes fefellerit quam de S.tis in se tua liberalitate conceptam habebant

Neqz enim dubitavit S.tas tua rebus eorum afflictis succurrere ac nullis pepercit sumptibus dum erga filios obsequentes paternum suum animum declarare conatur, certo sibi persuadet Ser.mus Princeps meus si eorum exemplo ipse quoqz ad S.tem V. confugere vellet, non clausa iri S.tis tuae paternam erga se benignitatem, sed is erit quod fecit aliis, ex arca sua suppeditet aliquid S.tas V. non petit quae in Regno suo est pecunia, eam, si per S.tem V. retinere liceat, magno se ab ea beneficio affectum interpretabitur. Cum enim ex hac vita excesserit R.mus Dominus Petrus Gamratus Archiepiscopus Gnesnen. et Episcopus Cracovien. quoniam in eius locum alii nominati sunt, in quorum locum alii rursus sufficientur, certa pecunia sacrarum Annatarum et Pallii nomine in Romana Curia numeranda veniet, hanc ut bona eum venia S.tis tuae pro suae ditionis defensione Ser.mo Principi meo retinere liceat Sanc.ti tuae supplicat.

Non est nescius Ser.mus Princeps meus in quos usus initio fuerit haec faciendae pecuniae ratio instituta quam eum in eosdem illos usus convertere statuerit in quos erat destinata, hoc est ad propulsandam a Christianorum cervicibus vim Christi nominis hostium aut eorum qui illis ipsis qui Christum Cruci affixerunt militibus inhumaniores Christi tunicam in consutilem scindere ausi sunt, quid est quod dubitet S.tas tua eam in tam pios usus erogandam dare: in quos etiam de suo quae illius praedicata liberalitas affatim esset procul dubio suppeditura.

Memoria tenet Ser.mus Rex meus cum eadem haec a Paterna M.te ante annos plus minus octo postulata fuissent, spem ostensam esse (quod aliis Regnis nonnullis factum est) omne genus pecuniae quod annatarum nomine numeratur Regni necessitatibus in perpetuum condonatum iri, sed hoc tamen in praesentiarum Ser.mus Rex meus non petit, si vel hanc solam pecuniam beneficio t. S. auferre posset, quae in ista quae nunc est vacatione et Ecclesiarum permutatione numeranda in urbe veniret abunde sibi satisfactum putaret. Quod S.tem tuam pro ea affectione qua in filios esse parentes aequum est, non gravatim esse facturam sibi certo pollicetur. Pertinebit autem hoc Sanc.tis V.rae ad perpetuo sibi devinciendum Ser.mum Regem et Principem meum qui quoad vitam sibi suppeditaverit semper erit in fide S.tis vestrae potestateque futurus atque in iis omnibus quae ad tranquillandam Ecclesiam rationesque eius in tuto collocandas et sanctae sedis huius authoritatem tuendam pertinere putaverit, nihil in se studii laboris et diligentiae requiri patietur.

Antequam orator noster coram Sanct.o D.no Legationem exponet ad R. D. Cardinalem Protectorem adibit atque in hunc sensum verba faciet.

R.me atque Ill.me Princeps et domine D.ne clemen.me Ser.mus Princeps et dominus Dominus Sigismundus Augustus Rex Poloniae Magnus Dux Lithuaniae etc. R.ma D. vestra plurimum salvere iubet

ac studium illi suum benevolentiamque Regiam defert. Dici nonnulla per me R. P. vestrae iussit quo maior autem dicenti fides habeatur, has illi litteras prius reddi voluit.

Cum Dei benignitate Serenissimique Parentis sui liberalitate Ser.mus Princeps et Dominus meus magno Lithuaniae Ducatu ita sit consequutus ut summo cum Imperio potestateque in terris illis versetur, me ad S. D. nostrum misit ut authoritatem S. eius nomine M.tis illius agnoscerem quae se pro eo ut Christianum Regem et Principem decet, in fidem illius et potestatem confert atque in ea se perpetuo permansuram sancte pollicetur atque haec est prima Legationis meae pars

Secundo autem loco supplicat S.ti eius, ut quae pecunia sacrarum armatarum et Pallii nomine numerandum hoc tempore in Curia Romana venit, eam dignetur Sanc.tas eius M.ti illius condonare, ut nervo hoc belli sibi suppeditato, hostes Romanae fidei haereticos schismaticos Paganos arcere possit, a vi et iniuria qua ditionem eius subinde afficere consueverunt, a R. P. vestra petit, ut in eiusmodi pecunia impetranda consilio mihi et auxilio esse velit, scit illam apud S. Dominum nostrum gratia et authoritate merito valere plurimum, velle autem in sua causa minime dubitat, quo certiore spe est, et maiore fiducia, non ita magno negotio quod petit obtineri posse, cum praesertim obtentum idem fuerit per eum qui proximus ante R. P. vestram

Regni Poloniae protector fuit. Qui cum Rmae P. vestrae par authoritate non fuerit, non committet R. Do vestra procul dubio in hanc se suspitionem vocari quod minus ipsa sit, quam illi fuerit Serenissimorum Regum meorum studiosa. Nam quin posset eadem illa, et plura Rma Do vestra dubium non est, voluisse autem se declarabit cum rem ex Serenissimi Principis mei sententia confecerit.

Postquam perorauerit coram Sanctmo domino nostro ad R. D. Cardinalem iterum captata oportunitate adibit atque in eum modum verba faciet.

Quae dicta sunt per me coram Sanmo Dno nostro ijs presens cum adfuerit Rda D. v. tenet ea procul dubio memoria. Caeterum haec praeterea priuatim R. P. vrae tanquam Protectori Regni sui narrari iussit. Esse Regnum Poloniae per se inops, magis etiam exhaustum dum tanta ex eo vis Auri tam crebro deportatur, atque in eam vrbem importatur, quae locupletior esse quam vlla alia in orbe Christiano videtur. Itaque tantam esse iam in eo auri penuriam, vt ne reperiri posset quidem. Et duplicatum prope precium sit pro aureis nummis persoluere necesse. Si quis aestimare velit, quanti fuerit aureus, cum primum Sermus Rex Sigismundus primus ad Regni gubernacula accessit, et cum eo quanti nunc pendit, conferre. Tum enim viginti octo, nunc quinquaginta grossis aureus aestimatur, ex quo fit, vt cum Gnesnen Archiepus ante annos plus minus triginta paulo

plus quam nouem millia in moneta numerauerit, nunc sedecim millia numerare teneatur. quod idem caeteri quoque faciunt Episcopi adeo crescente auri precio crescit onus vna quo premuntur Episcopi. Proinde rogat Ser.mus Princeps meus pro suo summo erga sanctam sedem Apostolicam studio et obseruantia vt causa tuendae et conseruandae dignitatis suae liberaliter ista concedat potius M.ti suae petenti quam expectet dum in Comitiis aliquid statuatur. quod non esset futurum ex sanctae sedis istius dignitate. Habeat Sanc.tas eius horum temporum rationem, quae videt esse perturbatiss.ma.

Sigismundus primus Rex Polonię
Paulo Papę TERCIO

CVM essent mihi redditę litterę Sanc.tis V. quibus me certiorem reddere dignatur q iterum Concilium edixerit. Credibile non est quantam ex eo Nuncio voluptatem acceperim: neque enim aliud in votis mihi magis fuit unquam quam ut diem illum videre possem quo religionis istud dissidium, quod reip. Christianę ingentes calamitates attulit, tolli tandem aliquando posset quem si videre contingeret de praesidio stationeque vitę huius alacrior[e], quare quo ardentius congregari tandem aliquando sacrosanctum Concilium istud concupivi, hoc sum exhilaratus vehementius postquam edictum esse a Sanc.te V. intellexi, sed fecerunt edicti Concilii huius tot factę prorogationes, ut ne nunc quidem certi mihi quicquam polliceri possim de progressu eius. Quamobrem S.tem V. supplico, quandoquidem quod malum nascens opprimi facile poterat id inveteratum fit robustius ac in dies vires sumit maiores, ut ne ullis prorogationibus deinceps amplius uti velit, sed toto quod aiunt pectore in eam curam incumbat, ut quę sunt opinionum pravitate mentes hominum imbutę, ea radicitus ex animis eorum evellantur, ac exoptata pax et tranquillitas reip.cae Christianę restituatur, et depositis odiis et simultatibus, quibus ex opinionum hac dissensione invectis respub. Christiana miserandum in modum conflictat.

[e] Etiam animo discedere

in eorum locum fraternus amor et verè Christiana cha-
ritas succedat, quæ nos vnum in Christo, et cum Christo
corpus effectos, illo protegente contra quosuis impe-
nominis hostes, fortes et inuictos reddere queat.
hoc si cura et diligentia Sanc.tis V. fuerit profectum
diuino rempub.cam Christianam beneficio affecerit, sibi
ad cælos aditum patefecerit, laudemque suam ad sempi-
ternam temporis memoriam propagauerit. Postquam
vero certo erit per S.tem V. constitutum, ita vt dubi-
tari deinceps non posset quod edixit Concilium id suos
progressus habiturum, iterum San.ti V. supplico vt me
litteris suis certiorem de eo reddere ne grauetur quo
et ego quemadmodum facere par est dicto audientem
San.tis V. filium, meos isthuc Legatos mittam. Cum
enim longiore interuallo Regnum meum absit, et sum-
ptus hos fieri, et laborem suscipi nollem, nisi de
progressu Concilii certi aliquid habuero et explorati
quem vt fœlicem Deus largiatur, exitum vero fœlici-
orem, atque vt idem San.tem V. in longa tempora
seruet incolumem, omnique fœlicitatis genere cumulet
supplex M.tem eius precari nunquam intermitto.

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Consiliariis regni Poloniæ

MAg.ce etc. Cum in specula quadam à Deo constituti simus vt si quæ impendeant Regno nostro pericula de iis concreditum nobis populum admoneamus atque propulsare ea quibuscunque rationibus conemur. Cupimus nos quidem offitio nostro fungi vt hominum nostrorum securitati tranquillitatique prospiciamus atque ad eam rem Comitia in Regno nostro edicere statuimus. Quoniam vero et oculi nostri et aures nostræ sunt fideles Senatores et Consiliarii nostri visum est nobis nihil constituere nisi communicato prius cum illis consilio. Inter quos cum S.tas tua minime postremum locum teneat presentibus illi iniungimus vt suam nobis sententiam perscribat ad quem diem et locum Comitia per nos edicenda censeat. Meminimus nos quidem proximis superioribus Comitiis deliberatum fuisse vt ante ineuntem hiemem Comitia per nos haberentur. Sed nihilominus S.tis tuæ de eo sententiam cognoscere cupimus quo loco quoque die habenda illa censeat vt consideratis illi diligenter et expensis quæ a singulis scripta fuerint quod Regni nostri rationibus magis conducere cognouerimus id potissimum sequamur. Faciet S. tua pro gracia nostra. Datum Cracoviæ XIIII Augusti Anno domini M° D° XL v°.

Sigismundus Augustus Rex Poloniae
Ottoni Cardinali Augustensi

Rme etc. Quas ad nos R. P. vestra dedit litteras ea vel hoc nomine nobis gratissimae acciderunt, qd perspectum nobis pridem studium illius in nos magis etiam testatum reddiderunt. Fuerunt autem graciores etiam eo nomine, quod ex iis in Cardinalium Collegium eam esse cooptatam intelleximus, qua de re quoniam longius abfuimus in alio quasi orbe commorati, nec dum ad nos erat quicquam allatum, alioqui nunquam comisissemus ut tantum honorem virtuti et meritis R. P. vestrae delatum, non essemus illi pridem gratulati, quem nos nostro hoc saeculo apud neminem esse melius collocatum non dubitanter affirmamus. Perspecta enim nobis sunt atque cognita multa Dei munera quibus R. P. vestram prae caeteris insignem fecit quibus etiam in certam spem erigimur, facturam eam prolixe omnia, pro virili sua, quae ad Spartam quam nacta est ornandam, quae ad rem Christianam conservandam et amplificandam, ad motus in Ecclesia concitatos tranquillandos, ad Dei cultum et illustrandum et propagandum putaverit pertinere. Quod superest Deum precamur ut honorem hunc R. P. vestrae fortunet, ut quam de se nobis movit expectationem eam non modo sustinere, verum etiam vincere possit. Caeterum dum hunc R. P. vestrae honorem gratulamur triste ad nos nuncium allatum est de morte Serenissimae Coniugis nostrae. Quae quanto nobis fuit charior,

tanto maiorem ex illius obitu luctum hausimus. Deum animae illius propitium precamur. Quam diu esse incolumem et foelicem optamus.

Cardinali Protectori

Sigismundus I. Rex Poloniae.

Rme etc. Cum horum temporum summa sit difficultas in quibus etiam ea quae sancta esse et inviolata oportuit sursum et deorsum misceri videmus omnia: Si unquam antea nunc nobis diligenter fuit deliberandum quos Ecclesiis pastores designaremus. Rmi Domini Petri Gamrati Archiepiscopi Gnesnen. et Episcopi Cracovien. morte vacantibus. quoniam vero primaria Regni nostri Civitas est Cracovia haec in qua libentius quam usque alibi commoramur. Quae causa etiam est. quod ex omni hominum genere quam plurimi ad eam confluunt. nulla ut sit in Regno nostro celebrior ei loco. visum est nobis maiore cura prospiciendum ut idoneum haberet Episcopum de quo cum esset nobis deliberatio suscepta. alium reperire non potuimus digniorem. quem huic loco praeficeremus. quam Rdum in Christo patrem Dominum Samuelem Ploccen. Episcopum Regni nostri Procancellarium. cuius pridem spectata nobis est. et morum integritas singularis. et doctrina minime vulgaris. qui cum in oculis nostris complures annos versatus sit semper. nemo vita ipsius honestissima actae. quam nos testis esse potest locupletior Quaecunque sunt Episcopo digna dotes iis esse visus est. a Deo affatim instructus. Ita non modo

crimine verum etiam suspitione criminis vacauit semper, ab omni vero leuitate, ab omni morum inepitia nemo hoc vno alienior. In quo temperatos moderatosque mores videre licet, nihil vt de grauitate decerpat Comitas. Primus hic ex Episcopis Regni nostri nostra memoria non erubuit ex superiore loco magna cum omnium admiratione Euangelicae doctrinae semen in animis hominum spargere, cum nulla ipse incontinentiae speciem prebuerit, atque ab omnibus iis vitiis longissime semper fuerit remotus, a quibus abesse Episcopum oportet. ob haec ergo Dei Dona quibus cumulatus vehementer se nobis probauit, dignum eum duximus quem primariae huius Ecclesiae Episcopum designaremus. Cui non modo emolumenti verum etiam ornamenti plurimum ex tali Praesule accessurum nobis persuademus. Quam ob rem quod viri dignitas postulare visa est Ser.mo Do. nostro de meliore nota eum comendauimus atque illi vt hanc nostram nominationem in qua nobis ipsi placemus authoritate sua Apostolica ratam habere, et nominatum nostrum Cracouiensem Episcopum confirmare dignetur supplicauimus simul a vestra R.ma P. petimus vt nos adiutos opera sua velit, quo possimus ea de quibus San.mo Domino nostro supplicauimus obtinere. Nam non illud modo petimus vt nostrum hunc nominatum confirmaret, verum etiam vt facultatem ei concederet in Mensibus suis, hoc est Pontificiis vacantia sacerdotia viris idoneis conferendi. Nam eum ad constituendas Ecclesiae rationes permultum interest, quibus sacerdotia mandentur: vbi de vita cuiusque deque moribus iudicium fieri potest rectius quam vbi quisque natus est, et educatus. Quoniam vero nisi lecta sint haereticorum scripta comodi

confutari non possunt. illud quoqz rogamimus: vt
authoritatem suam nominato huic nostro impertiret
qua liceret eis viris doctis et iudicio preditis ha:
reticorum nostri temporis libros legendi potestatem
facere. quinetiam ab erroribus resipiscentes atqz
ad Ecclesiae gremium redeuntes benigne suscipere et
a Censuris Ecclesiasticis in quas inciderant absoluere.
quae omnia quo facilius impetrari possint a R.ma
P. v. diligenter petimus. vt nulli labori parcat
et diligentiae. Rem fecerit nobis cumprimis gratam
et mutuis offitiis nostris per omnem occasionem
compensandam.

Duci Theszucn

Sigismundus I Rex Poloniae.

Ill.ris Princeps etc. Accepimus Ill.tis v. litteras qui:
bus facturam se tandem pollicetur vt bona quae adempta
fuerunt Abbati restituat. Sed et Ser.mi Do. Ferdina:
di Ro. Regis etc. fratris et consanguinei nostri char.mi
litterae simul nobis redditae sunt. quibus a nobis M.tas
eius postulat vt ne quid in Ill.tem v. durius consulamus
quae M.tis illius litterae pro eo vt arcta nostra necessi:
tudo postulat mutua. non parum apud nos ponderis ha:
buerunt. Nos erga Ill.tem v. optimo semper animo
fuimus: ac beneuolentiam magis erga illam nostram
declarare quam aliquid statuere voluissemus. q.d
animum illius offenderet. Sed quae vis Abbati Ordo:
nem fuit illata. grauius nos afficit. quam credi
facile possit. Caeterum quando se facturam offert Ill.tas
v. vt bona monasterio restituat. Abbatemqz vna

cum fratribus in eo ita ut antea Deo servire per:
mittat. facile eorum quae acta sunt obliviscemur
et in graciam Regiae Ro. M.tis cui multis et ma:
gnis necessitudinis vinculis sumus obstricti. et q(uo)d
ipsi quoque Ill.ti benevolumus dummodo Ill.tas v(est)ra
restitui mandet ea quae sunt monasterio adempta.
Quod vero produci sibi cupit Privilegium Abbatis
nostri Tinecem ex quo Jus habere se praetendit prae:
sentandi Abbatem Orlovien id nobis nullo nunc
iure postulare videtur. Ita ante omnia restitui spo:
liatum. Quod ubi factum erit. per Ill.tem v. tum si
Privilegium Abbatis videre volet. quatenus id abbas
facere tenebitur. coram suo tamen Judice Privile:
gium id exibebit. vestra vero Ill.tas illud in pri:
mis curet ut bona Monasterio restituantur. Quod
si expulso Abbati obiici aliquid vere poterit. quam
ob rem ferendus in Monasterio illo non sit. Ad:
monuimus Abbatem nostrum Tinecem ut alii
Abbatiam defferret. quem et idoneum et Ill.ti v.
non ingratum esse cognosceret. Datum Cracoviae
XXiij Decembris Anno Dni M D XLv.

Instructio Commissariis data ad Conuentum Valachicu[m] pro die Sancti Ioannis institutum 1545

Commissarii hii erant ex parte Regni

Andreas de Tenczin Castellas Lublinen' Capits Sniatinen' Albertus Starzechowski Castellanus Belzen' Capits Drohobicen' Nicolaus Grabia Castells Chelmen' Capits Lubomlien' Nicolaus Boguss Trib. Lublinen' Capits Crasnostauensis.

Przyiechawszi na Kamieniecz Commissarze naszi naprzod poslia na Chocim do Komissarzow pana Woiewodi Valaskiego wiwiaduiacz sie o mieiscze na ktorim bi sie ziechacz mieli swimi wedlim Komissarze naszi niechai sporni nie beda. Bedzieli gim mieiscze wedlie zwiczaiu i zachowania oznaimiono, na ktore bi bespiecznie za cedia naszo iechacz mogli, niechai na tim przestawaia. Czo przi ich bacznie niechai bedzie. Pod tim czasem kiedi poslia na Chocim maia sie wiwiedziecz komissarze od Starost pogranicznich i od inszich poddanych naszich wszitkich krziwd, ktore bi sie s Valach dziali, o tim sie tesz pitaiacz czo za krziwdi Woiewodzie Voloskiemu od naszich poddanich dzieia sie i poddanim iego a wziawszi dostateczna sprawe wedle zwiczaia a zachowania dawne° wszitkich dopiro poiada ku Komisarzom Voiewodi Voloskiego.

Sziechanszi szie z komisarzmi naprzod krzwdi pod:
damich naszich przeloza i obciaza takiako beda ro:
zumiecz wedlie potrzebi rzeczi.

Iesli beda przekladacz krzwdi komissarze pana Vo:
ieuodi Voloskie ktore bi szie poddanim iego od podda:
nich naszich dziali. Powiedza komisarze naszi izmi
wiedzacz czo za przimierze mami spanem Voieuoda
Valaskim i ziemia iego. zakazuiemi poddanim na:
szim abi zadnich krzwd panv Voiewodzie i pod:
danim iego nie czinili i Starostom naszim ktorzi na
graniczach sa pilnie tego strzedz roskazuiemi. Ie:
sli bi wiecżei szie czo dzialo nad wolia i roskazanie
nasze mi gotowi prawo panv Voieuodzie prawem
koronnem iakoszmi powinni sprawiedliwoscz czinicz
tak iako ia zawsdi czinimi kiedi iei od nass zada
i teras dlia tegoszmi komisarze poslali nasze abi
krzwdi iesli bi ktore mial pan Voieuoda albo poddani
iego od poddanich naszich bili nagrodzone.

Iesliz powiedza Comisarze pana Voiewodzini iz
pan Voiewoda czesto slal do nass proszacz abiszmi
mv s Sienkiem a s Iordanem sprawiedliwoscz vczi:
nili a do tech miasst doscz mv szie nie stalo. Powie:
dza na to komisarze naszi iz ta wina przi nass
nie iest abowiem pan Voiewoda skarzil na Sienka
izbi s rzeczami iego do ziemie naszei sieczacz
mial, na tech miasteszmi go w wiezienie we Lwo:
wie wsiacz kazali i nad zwiczai i prawo ko:
ronne dlugoszmi go w tim wiezienie dzierzeli
i bil bi bil dzierszan przed szie bi bil pan Voie:
voda nam nie oznaiomil przess popv swego iz
o to nie stal abi w wiezienie dzierszan biez mial.

A kiedi sie pan Voiewoda przesz posli swoie vpomi:
nal abi mu rzeczi ti ktore Sienko zabral wrocone
albo zaplaczone bili. Mi wszitko czo kolwiek wedluk
prawa koronnego Sienko przisiagszi wiznal iz bil
wzial iadacz od pana Voiewodi, a bilo mu wzieto
przesz Isskrziczkiego w kamienczu wroczicz iesmi
panu Voiewodzie kazali iako worek Aspre, sza:
blie i insze rzeczi ktore Sienko wiznal czoszmi
Iordanowi iako potomkowi Isskrziczkiego placzicz
kazali i roskazaliszmi Staroszczie naszemu ka:
mienieczkiemu abi mu imienie wzial a s niego pa:
nu Voiewodzie placzil to zacz bi ti rzeczi ossa:
czowal.

Iesli beda kubek zloti wspominacz, tedi naszi Comi:
sarze powiedza, iz kiedi sie pan Voiewoda rzeczi
swiecz vpominal, nie bila nikomu inemu dana wina
przesz list i posli pana Voiewodzini iedno Sien:
kowi ktori gdi wedluk prawa koronnego przi:
sziega swoia odwiodl sie iz niecz wiecei nie
wzial bi rzeczi pana Voiewodzinicz, iedno to czo
wiznal nie mogliszmi wieczei kazacz wroczicz
albo placzicz panu Voiewodzie iedno to czo on zeznal
a wszakosz pan Voiewoda komu inszemu da wine
o ten kubek, tedi mi s nim sprawiedliwoscz we:
dluk prawa koronnego vczinimi.

Isz pan Voiewoda mienil przesz posla swego abi ten
kubek v Iurdana mial bicz i s niego lanczuch ze nie:
niego bicz vczinion roskazaliszmi Iordanowi przed
vami stawacz abiscie iusz w ti rzeczi i w inich
wsitkich ktore ma s panem Voiewoda koniecz
vczinicz, iako okolo tich rzeczi ktore Sienko wzial
iz mu bili wziete przesz Isskrziczkiego.

Isz sie tesz skarszil pan Voiewoda Voloski na poddanie
krola ieo M.ci mlodego sina naszego barzo boaie
skrasnego stawu iako bi mu mieli biecz vimi pewnie
pieniadze za voli. roskazal krol ieo m. poddanim
swoim stanacz przed wami abi scze vi tey rzecz
postanowili, a to czo bi sie sprawiedliwieo widzialo
skazali. a iesli nie bedziecie mogli konecze w tei
rzeczi vczinicz. tedi ia do nass odeslicze.

W inszich rzeczach i krziwdach tedi wedlie sta:
rego zwiczaiu. i zachowania postanowiacz be:
dziecie. O tho sie przieczimaiacz abi pan Vo:
iewoda skarzicz sie przeczini nie mial. a takiesz
abi poddanim naszim krziwdi nagrodzonie bili
w tim wsitkim wierze i powinowactwu swemo
dosicz czimiacz.

Annus Domini 1546

Sub finem anni dni 1545. Indictus fuit Conventus Regni generalis Cracoviae pro die S. Catherinae. Ad quem convocandum literae sequentes scriptae fuerunt ad Consiliarios et ad ordinem militarem.

Sigismundus primus Rex Poloniæ. Consiliariis maioribus regni Poloniæ.

Magce sincere nobis dilecte

Rde in Chro pater, sincere nobis dilecte. Cum regnu hoc nostru ad cuius nos gubernacula Deus collocauit duos iam continuos annos nullis presidiis fuerit munitu et sola nos Dei optimi maximi misericordia protexerit visu est nobis pro offitio nro prouidere vt paratiores deinceps esse queamus ne nos incautos hostis de repente opprimat. Etenim ex multis locis multa perferuntur ad nos, quamobrem vigilantiores nos et magis expeditos esse oporteat, nusqz certa pax vt securis nobis esse non liceat. Sed quę regnu nostru circumstent pericula vrę S.ti, cum in Comitiis presens aderit recensebuntur. Nunc nil aliud q̄ significandu S. tuę duximus quod cum in eam voluntatem graues nos causę impellant, ad proximu diuę Catherinę festu Crac ita nos cogente et ætate valetudine nra affecta: Comitia regni nostri habere decreuim9 maiora quę alia minora de more precedet in Prossewice etc ad diem   et alia generalia in Noua ciuitate Coreszin ad diem.   Hortam9 itaqz S.tem tuam vt ad maiora primu tum ad illa generalia Comitia se conferat atqz ibi audita Nuntii nri Legatione vna cum aliis Nuntios eligat ad maiora Comitia viros graues prudentes spectatę integritatis quibus reipub.cę salute nihil sit antiquius qui plenā habeant et non limitatam potestatem: cum his postea ad locu maioribus Comitiis designatu veniat vna nobiscu et de iustitię administrādę et de propulsandoru quę regno nro impendent periculoru ratione deliberationē suscepturą. Volumus autem vt S. tua omnino ad prefinitu diem veniat. Est eni nobis deliberatu neminem expectare: sed simul vt dies Comitioru constitutus aduenerit: implorato Dei auxilio Comitia inchoare. Factura S. tua pro offitio suo et gra nostra. Datu Cracoę feria tertia post festu Natiuitatis Marię virginis. Anno domini M° D XL vi° 1546.
Regni nri XXXIX°.

3824

Consiliariis minoribus

Sigismundus Dei gratia Rex Poloniae etc. Generose fidelis dilecte. tenet procul dubio memoria f. tua quo in statu regni rationes in proximis superioribus Comitiis relictae fuerint. Ita enim discessum est ut nulla prorsus defendendi illius ratio iniretur: cum non pauca pericula impendere hoc tempore videantur pro officio nostro quieti et tranquillitati eius prospitiendum duximus. Itaque deliberatum est nobis ad diem divae Catherinae sacrum Comitia Cracoviae habere maiora quae minora de more praecedent in ad diem et alia generalia in ad diem Mandamus f. tuae ut primum ad minora deinde ad generalia Comitia se conferat: ibique Nuntiis iuxta consuetudinem delectis viris idoneis qui et prudentes sint et publicae magis quam privatae rei studiosi plenamque et non limitatam potestatem habentes, una cum illis ad maiora Comitia proficiscatur de iis quae ad regni nostri tranquillitatem conservandam et ad imminentia illi pericula propulsanda pertinuerint nobiscum et cum aliis regni nostri Senatoribus et Consiliariis consultationem habitura. Factura f. tua pro officio suo et gratia nostra. Datum Cracoviae feria tertia post festum Nativitatis gloriosae virginis Mariae. Anno domini M D XXX V Regni nostri XXX IX

Nobilitati

Sigismundus Dei gratia etc. Nobilis fidelis dilecte. Cum rationes hoc regni nostri flagitare videantur ut deliberationem de eo suscipiamus: quemadmodum difficillimis temporibus his provideri possit ne quid detrimenti accipiat. visum est nobis ad eam rem Comitia regni nostri maiora in Civitate regia nostra Cracoviensi ad diem festum sanctae Catherinae virginis proximum edicere

que minora in oppido nostro de more feria precedent et alia rursus generalia in feria Mandamus itaqz f. tue vt primum ad Comitia minora se conferat atqz ibi vna cum Consiliariis et his qui ex equestri ordine aduenerint Nuntios eligat qui ad Comitia maiora veniant cum plena et non limitata potestate viros graues: prudentes et publice rei non priuate sue vtilitatis studiosos qui vna nobiscum et Senatoribus et Consiliariis regni nostri atqz aliis terrarum Nuntiis consultent quemadmodum impendentia regno nro pericula propulsari et quieti illius tranquillitatiqz cosuli possit. Factura f. tua pro gracia nostra et offitio suo. datum Cracouie feria tertia post festum Natiuitatis virginis Marie. Anno domini M° D xl v°. Regni nri xxxix°.

Sigismundus primus Rex Polonie Capitaneis

Sigismundus Dei gracia Rex Polonie etc. Cum graues cause sint quamobrem a nobis regni nostri Comitia edici oporteat: ne defuisse offitio nro videri possemus comunicato cum Senatoribus et Cosiliariis regni nri consilio Comitia maiora in Ciuitate nostra Cracouien edeximus ad diem diue Catherine sacrum que minora de more precedet in ad diem et alia generalia in ad diem Ne vero quisqz dicere possit se de eiusmodi Comitiis per nos edictis certiorem factum non esse: mandamus f. tue vt in Ciuitatibus: oppidis et locis publicis Capitaneatus sui ea voce preconis promulgari faciat et proclamari atqz ad omnium notitiam deduci curet. lras vero nras iis quibus inscripte sunt reddendum curet: si que vero inscriptione carent eas inscribi iis qui ex equestri ordine magis fuerint insignes atqz ad eos perferri faciat. Pro gracia nra et offitio suo secus non factura. Datum Cracouie feria tertia post festum Natiuitatis Marie virginis. Anno dni 1.5.4.5. Regni nri 39.

Instructio in Conuentum particularem Belsen

Salute et gratia nostra Regia dicta
Nuncius in hanc sententiam verba faciet.

Non dubitat Sacra Mtás Regiã, quin Do: vrae teneant memoria, quae sint acta proximis superioribus Comicijs. Nam cu spes fuisset ostensa in ijs, quae Piotrkouiae altero ab hinc anno habita sunt, perpetue cuiusdam defendendi Regni rationis constituen factum est preter spem et expectatiom Sacrae Mtis Regiae, vt quae fuerant multoru iudicio in Comicijs Piotrcouien preclare cogitata, ea in proximis superioribus prorsus reijcerentur ac nõ modo ulla perpetua deffendendi Regni racio constituta est, sed ne in annũ quidem hunc vertentẽ prospectũ est, quemadmodũ repelli vis posset, si quã hostes inferrae patriae nrae conati essent.

Agende sunt Deo gratiae, cuius misericordia, nõ meritis nostris, multominus aut viribus nostris quae nullae fuerunt, Regnũ tamẽ incolume mansit, neq; fuit hostium latrocinijs infaestu, qui si exiguo etiam numero venissent, quis eos probibere potuisset, quominus arbitrio suo grassati essent, ac trãs omnes quaqua versũ longe lateq; populacionibus & direptionibus vexassent.

Afferebantur quidẽ de eorũ aduentu rumores non nulli, sed eos Dei solius clemencia repullit a nostrorũ ceruicibus et hanc eis irrumpendi in fines nostros mentem abstulit, cui necesse est plurimum hoc noie, nos debere fateamur.

Quid autem aliud fuerit, quam tentare Deum, si nos, si fortunas, si salutem nostram in idem discrimine iterum obijciamus ne in reliquos quidem annos Regno presidijs ullis munito, neque ulla defendendi illius ratione inita

Prospicit Sacra Maiestas Regia in specula adeo collocata futuras tempestates, quibus ne obruamur pro paterno erga nos animo vehementer est sollicita, atque omnes vias persequi vellet, quibus eas declinare liceat,

Ne existiment Dominationes vestrae quoniam Dei benignitate tranquilla fuerunt omnia, anno hoc vertente nullam esse nobis ne futuro quidem anno tempestatem metuendam

Multa adferuntur ad Maiestatem Regiam quamobrem nobis oscitantibus esse minime liceat, verum evigilare nos omni studio oporteat, ut provideamus, ne nos incautos et imparatos hostis opprimat

Quod hoc anno Thurcarum arma quieuerint, in causa fuerunt semestres Induciae cum illis pactae, quae, quoniam prope iam finitae sunt, post quietem, Sane periculum est ne maiores motus excitentur agere dicuntur Serenissimi fratres de longioribus inducijs, Sed num concessurus eas sit Thurcarum Caesar, dubium est Quod si negauerit certum bellum in Vngaria vere proximo, eritque nobis propter vicinum malum aliquid mali metuendum, Sin autem concesserit, ne sic quidem vacuo metu animo esse licebit, ne nobis exhibere negocium incipiat, posteaquam cum alijs inducias pactus erit,

Vident itaq; Do: vrae quanto versemur omnes in periculo ita vt attentio nos animis, saluti nostrae diligenter prospicere sit necesse, si nos fortunasq; nras volumus incolumes conseruare

Nichil hic de Tartaris dico sempiternis hostibus nris qui in predam nostrorū hominū semper sunt intenti, et quocies id impune se facere posse vident in fines Regni semper inuadunt et populacionibus suis eos infestos reddunt,

Nichil de valachis quorū dubia fides est, qui etiam ad eius nutū cuius imperio subsunt, in procinctu esse, et quocunq; iusserit etiā inuiti proficisci coguntur, qui ne nūc quidem abstinent a nostris iniurijs afficiendis

Quamobrem cū ita multa, et magna patriae nrae pericula impendere videamus, admonet pro officio suo Sacra Mtas Regia vt dum tempus datur consultandi etiā atq; etiā deliberent D. V. quibus viis et rationibus illi succuri queāt, Ne si quod datur nobis tempus, id per nos neglectū fuerit, Sero postea cū Phrigibus sapiamus, et nostram ipsi oscitanciam, magno malo nro frustra accusemus.

Quoniā vero nisi placato Deo nihil certe geri potest, de eo quoq; Sacra Mtas Regia consultationē habere vult, qua ratione nobis quā maxime placatus reddi possit. Quem offendi caedibus, offendi periurijs, offendi huiusmodi iniurijs certū est.

Nulla sunt comicia, in quibus non instet Sacra Mtas R modis omnibus vt ratio inueniatur quæ effici possit, vt remissius cæ: des fiant, vt periurijs locus ne sit, vt de Judicijs ne sint tam crebre querimoniæ, sed in hunc vsq diem nulla est de ijs habita seria consultacio, perinde atq si hæc nihil ad rem pertinerent

Hortatur Sacra Mtas Regia iterū atq iterū, vt et de domesti: cis, et de externis malis propulsandis seriam deliberationē susci: piant, ac nuncios eligant, qui ad diem Dnæ Catherinæ Sacrum Cracouiā veniāt, viros graues, integros, prudentes, quibus potior et antiquior sit publicæ, quā priuatæ rei cura, qui plenā et nō limitatam potestatam habeant, vt qui vna cū Sacra Mte Regia & eius Consiliarijs ac aliarū terrarū Nuncijs de ijs omnibus consul: tent ac vias omnes diligenter peruestigent, quibus periclitanti pa: triæ nræ succurri queat, Nam nisi cū plena potestate missi fue: rint, Mtas sua viaticū illis numerari nequaq pacietur

Ad mandatū Sacræ
Mtis Regiæ proprium


Postulata Nobilitatis totius regni Polonie, a rege in cõuetu

Crac 1545. celebrato.

Quorum executio, Et tunc, Et antea in preteritis Conuentib9 petebatur per nuncios Equestris ordinis.

NA przod abi Krol Jego Mc, wedle dawnego zlaczenija y hu-
nigiy zijemija Lithewska, Mazonieczka, Pruska, Zathorska,
Oßwiaczimska, raczil ku iednosthaijnim namouam, ku poslu-
schensthwu, ku slusbie Voiennei, iako inne Riczersthwo Co-
ronne iesth pouinouato, ku zgiednoczeniju prziwiesc, a zwla-
scza, isch w Kxiasthwie Mazowieczkim Vicegerens iesth dan,
na mieisce Jego Krola Mci, kthori bi ßnać w Sadziech na
sobie miał niescz oßoba Jego K. Mci, przecziwko Prauam na-
schim, A tha Vicegerencia, wiaczei bi ßia sciagała na potom-
ne czaßi ku rozernaniju Pansthw nijsz ku vnigiei, Czo za wiel-
kimi trudnoßciami y za praczami Jego K. Mci Corone przi-
padło: iako y insche czasci Kxiasthwa Mozowieckiego przed
thim, w ktorich Vicegerencigiy nijemasch, iedno sama swierzch-
nosc Panska władnie, Skand bi ßie na pothim Prawu pospoli-
themu vblizić mogło: gdisch iedno samei oßobie Krola J. Mci
iest y ma bidz powinna poddanosc, a nieinschemu zadnemu.

A thak obaczauaiancz panowie Posłowie rzec bidz barzo
niepozyteczna y skodliua Pansthwu Jego K. Mci, oderuanije
Pansthw y Kxiasthw od Koroni, iako othim dawno Vnigie



ßą opißane doßic ſcheroce, i potrzebnie, wſchem Panſthwom Jego Krolewſkiei Mci, Proſcha J. K. Mczi, abi J. K. Mc racził Sgiem polozic zwikli, na zwiklim mieiſczu tho ieſt w Parcewie, albo w Lublinie, a zdalolibi ßie J. k. Mci, we Varſchewje, i weſzuacz wſchech Stánow y Ricerſthwa, Panſtw onich, iako ßą, Lithewſka, Mazoniecka, Pruſka, sliaſka, Zathorſka Oßwiączimſka, ziemie, A tham, thak w Vunigiei, w prawie, w powinouaczthwie, iako y wobronije iednoſthayni koniecz z Radami, y z Riczerſthwem wſchech Ziem vcinic, O ktori Sgiem Panowie Poſlowie proſchą na swyatho bliſcze prziſle,

Jtem gdiß za swiezimi, a barzo ſkodliuimi vpadki Koronnimi, ktore na Korone Polſka przeſlich czaßow przichodzili, było y ieſth opatrzono Pranem pißanim, abi nierskancz Kiąſthwa, ale ani Zamki, Miaſtha, bili oßobam z rodzaiu Kyązącego dauane ku dzierzeniju, Panowie Poſlowije proßą, abi oprana iey Mci Krolouei Pani naſchi Mcziuei była znießiona s kxiąſthwa Mazonieczkiego; a vedle ſtaradawnego chwalebnego zachonanija, abi była wnießiona na dzierzani roznie liezące w Coronie Polſkiei, na ktorech przeſle, ſlawnei pamiyąci, Kroleni chczivie przeſthanali, bądancz theſch znarodow Ceſarſkich, iako y iey Mc niniyeyſcha Krolena, naſcha Mcina Pani, Aboniem aczkolniek niez niepochibnie Ricerſthuo Koronne, iſch iey Mc, krolena, naſcha Mcina Pani

v znauaiancz od Krola J. Mci, Pana a Malzonka swego namileischego, thak wielkie vczciwe, vazenie Sthanu iey Mci; bądancz thesz od Obiuatelow Coroni Polskiei wielice vbogaczona, zachouinaiancz isch iey Mć sie vedle przirodzoney dobroci swei, ktorà dobroczia swa Panska iey Mć, asz do tego czaszu przeciwko narodowi Polskiemu raczila sie dobrothliwye zachouacz, nieracila bi zucziskiem Coronnim Ziemie oney vziuacz, ani thesz othim pilnouacz, iakobi thak wielki czlonek Coronni, iako thesch Kiasthwo Mazowieczkie okwithe, kiedi bi bilo od Coroni othtargnione, gdisz tho iesth zwielkiem doswiathczenim vpadku Coronnego, prauem posspolithim opatrzono, niezdalo sią Ricersthwu Coronnemu thego prosbami pokornimi v K. Mci zamilczecz, thego przestrzegaiancz, zwlascza abi ktemu pothim nieprziszlo, dla ktorich prziczin tho iest pismem opatrzono, abi de stirpe Ducum, zadnei osobie, vdzielne dzierzaui, zamki, Miasta, y zosobna Jurisdicia, niebili dawane. Maiancz tesz thu zupelna wiarę isch iey K. M. Pani nascha Mćiua z milosci przeciwko dobremu Coronnemu, obaczìwschi zwlascza, isch takoua iey Mci oprana vczinioua, iesth przecziwko Przivileiom, przesz w. K. Mc. vthwierdzonim, y oni dzierzecz powinouate, bądzie raczila thakone przestrogi prziszlego vpadku sthakouei oprawei, czego Panie Boze racz bronicz, milosciwie od Ricersthwa Coronnego prziiandz, y nathakoney Oprawie przestacz, na iakowich przodkowie slawnei pamiączi iey Mci przesthauali, A thą oprawę na Mazoschu wipiszacz, y

vmorzicz, iey Mc mielosczinie, za wolya waschei K. Mci, a wiadomosczia wsech vbogich rad Coronnich nathym tho Seymie badaczich, raczila, ktorich dolegloszczi przed thim w. K. Mci, iako y theraß na pißmie podanich, pokornie Panonye Poslowie o nieothwloczpną na insche czaßi execucią proschą.

Item Moneta abi thak wazna, a thak dobra, bila kowana, ktorą bi ßie Mence lekke, iako ßą wsisthki Mince, Pruskie, Slyaskie, wiczisknacz mogli, s Coroni; a niethakowa iaką tim czaßem biia w Cracowie, chczancz ono vskodzenie, ktore Pruskie Mence vczinili zakricz, A napominacz ich M. Pani, ktorim tho zwierzono iesth y nalezi, wedlie Statuta opißania,

Item werwschech Pansthwach na ßwieczie, abi zlotho, srzebro, z ziemie niebilo winozono, pilnie przestrzegaią, W Coronie Polskiei gdiß ßie nierodzi, proscha abi thakowi kthorzi bi ono skupouali do inschich Ziem, dlia sachowania Srzebra y zlotha, kthorzi bi s Coroni winozili, abi byli srodze karani, A napothim pod vtraczenim onego czo wiwozi, ymyenia y gardla, abi bilo zakazano. Thakieß theß Konye, kthore samey Coronye ku obronye ßą potrzebne.

Item o Voythowsthwa, y Scholtisthwa, ktorich skupienym vblizenie ßią sthalo w slusbie Voienney thak w Pansthwach waschei K. Mci, iako y Panow Duchownich, A Zwlascza

Statutem de inutili Sculteto, Gdzie tho snadz opak obroczono, ysch vtilem thak sobie iako rzeczi pospolitey skupiono, a rzecz pospolita od slusbi ich opusczona slusba Voienna, abi ßie tho wroczilo na myeisczе ßwe, Jesliże ktho wzial abo wikupil Voithowsthwo, abo Scholtisthwo, abi stego powinien bil sluzic ßám voyne: abo takiemu dacz, naktorego oßobie, Rzecipospolithi nicz bi nieschodzilo, Jakosch tego dossicz w gimieniach Krola iego Mci, y panow Duchownich.

Item do Vngier, y do Sliaska, gdiß iesth, y miala bi bicz tak zamkniona droga, iako bi vbogi tilko vczißnion nyebil, abo bogati abi uolnosc ku przeciachanyu mial, iakoß aß do thego czaßu thilko z malich Miasteczek vbodzi ludzie ßą, y bili, vczißnioni, a z bogatich Miasth, volno binaia przepusczani, Skand v postronnich Ludzi, vstawi Coroni Polskiei w posmiech ßie obraczaią. Ludzie w Coronie, na wielyu mieysczach ku zabozenyu przisli, Czo na dobrey mierze, abi bilo posthanowiono panowie Poslowie proschą, nye na Czelniki przekladaiane,

Item listi s Cancellarigi tak Crolia Jego Mci, iako panow Duchownich ich Mci, kthorebi sprawiedliuosci Ludzskiei przeskadzac miali, abo ktorimi bi postampek Prawa v ßądu Ziyemskiego abo Niemieczkiego bil hamouan abo wsthargnion, abi do Sądu kosdego Prawa nyebili dane. A gdzie bi bili

komu dane, abi przijmowane v Prawa niebili. Gdis od kaszdei Sentencigi kthora bi ßie vidziala bicz obeziazlina, wolno iesth appellowacz do wißego Prawa.

Item Vrzadi, dosthoiensthwa, dzierzawi, imienia Jego K. Mci, wedle Praw pospolithich abi bili rosdawani Ludziem woniei Ziemi oßiadlim, a niezinnich Woienosthw personam. A czy ktorzi tho przeczin Prawu wziali, abi exnunc pusczili, nyeni maiaiancz ßie dozinoczim, gdiß tho przeciw prawu odzierzeli.

Item Czudzoziemczom, abi zadnich zamkow y dzierzaw nie dawano.

Item, abi czaßu Woyni nyebil wypuscon sczagnienia Woiennego, kthorego bi Prawo pospolite starodawne wolnim mieucinilo, i owßem gdziebi takowe listi, ktorimi bi ßie ktho sciscziez chczial, o ktorich bi pißane Prawo zdawna niebilo, nie maia bicz przijmowane, Gdis Krol Jego Mc ßam ossobi ßwei od Woyni wiznolicz niemoze, a ktoß tedi wolnim bicz moze. Jako panu Ludbranskiemu, od woyni przeczin Prawu pospolitemu, listi ßa dani, abi tho caßowano.

Item gdis wiele z Ricersthwa pod Prawem Niemieczkim maienthnosci maia od ktorego Prawa na samey oßobie Krolya Jego Mci roßadek appellacie przipadaia, abi niebili przeß sluchania Jego K. Mci ßadzone.

Item abi Panowie aßeßorowie, gdi ßia appellacia do Kro:
la iego M.ci traffi, beß stron relacigi Krolewi iego M.ci nie:
cinili, ij owschem abi dopusczono bilo prza ij odeprza czimic
stronám, przed Krolem iego Mcia, uedla Statutu, Abi
tesch czi aßeßorowie nie repreſentouali oßobi iego K. Mci.
Aczkolwiek bi Ricerstwo Koronne, gdzie bi thim nieobra:
zili laski iego K. Mci, bili stego poczieſcheni, abi zadne as:
seßorium Iudicium niebilo, ktorim ij sprawiedliwoscz ßie prze:
dluzá, ij kosth wienthschi.

Item sprawi ktore iego K. Mci, na ßánd przypadaiá, abi
odkladane na insche Seymi, ij czaßi, ij na insche oßobi limito:
uane niebili, gdiß thim Ricersthuo, ij nißchego stanu ludzie
vbozeia, ij krziwdi cirpia, ij tesch nowi Prawa postampek
okolo takonich limitaciij, ktorimi ßia tilko Sad zatrudnia, bi:
wa uimislian od Procuratorow, ij dziwne Excepcie.

Item Panowie Voienodowie kasdi wßwijm Voiewosthwie,
abi vstaui, rzeczam ku ziwnosci potrzebnim, ludzie pospolitim
wedle powinouaczthwa ßwich vrzadow, czinili, a zwlasczа
przekupsthwo abi nijebilo, A is bi Statut othim vczinioni
execucia wział, ij theß abi kasdi, wiece wkasdim Voienocz:
sthwie ßwim sadzil, ij doßadzał.

Sigismundus primus rex Poloniæ
Cardinali AVGVSTANO

R^me &c. Magna est multorũ prædicatio de egregia quadam R. D. vræ in homines nros inclinatione, De qua R D. vrãm merito amamus plurimum, Efficit aũt isthæc illius in nros tanta animi propensio, vt ei comẽndari pleriq̃ cupiant, vt in fidem illius tanto studio conferre se velint, vt beneficium se accepisse interpretentur, si sint locum inter servitores R D vræ consecuti, Itaq̃ et hic nobilis adolescens, cuius Maiores et domi et foris Militia clari fuerunt, hris se nris R D vræ commendari peciit, vt ne in suorũ Servitorum numerum eum referre gravetur, Quem vt toti sui compotem faciat, et in suorũ album receptum gratia sua prosequatur, á R D vra petimus, Ita eñi nobis de illo pollicemur, quanquidem virtus Maiorũ eius fuit excellens, nunq̃ eum commissurũ, vt degenerasse ab illis videatur, Futurumq̃ esse, v R. D. vrãm, ipsius in fidem et clientelam suam suscepti, minime peniteat, Quoniam vero Militaris disciplinæ cũ primis est, studiosus a R D vra hoc quoq̃ postulamus, si ex Regibus et Principibus Christianis, alicui se addici pecierit, vt ei hac in re et consilio et auxilio esse velit: atq̃ illa ipsũ tradat ei Regi aut Principi, cui præ cæteris stipendia facere in animum induxerit, Rem nobis fecerit vehementer gratam, et mutuis nostris officiis per omnem occasionem compensandam Datum Craconiæ die xvi Junij M° D° xlvj°

Alexandro Sculteto Canonico Varmien
Bona REGINA POLONIE

QVod agnoscis clementiã nrãm, qua tibi subuenire sumus conatæ, gratumq; te præstas et memorem, est nobis gratissimũ, Et enim vt sumus natura ad misericordiam propensæ, simul vt te magis istic premi calamitatibus intelleximus, operam nrãm libenter interposuimus, vt eis aliquanto liberari posses, Sed non deerant qui te tua culpa ad has calamitates redactum esse dicerent, Nam cum tibi de grauissimo crimine dies, apud Sacram Mtem Regiam coniugem nostrũ et dñm colendissimum, dictus esset, non stitisti, Quod vel honoris causa tanti Principis et dñi tui te facere opportebat; atq; ita tanq̃ contumax es a Mte eius Regia condemnatus, Quod si ad diem dictum tibi venisses et vel te innocenter accusatũ esse ostendisses, vel aliqua vti exceptione maluisses, ea quæ Iuris erant obtinuisses procuLdio, Sed neq; ipse venisti, neq; vel nunciũ, vel lrãs saltem misisti, Nihil erat quod metueres ab eo Principe, qui non alia re crudelior est, q̃ q malis etiam parcit, Vsq; adeo difficulter adduci potest, vt supplicium de quoquam sumat, quamlibet id sit meritus, Fuisset itaq; si ad diem venisses non cognoscẽdi modo, verum eciam ignoscendi locus, Quid aut̃ aliud faceret clementissimus Princeps cum se contemni à te videret, q̃ vt á contemptu se vindicaret, Ostendebatur Mti eius Bulla Leonis, qua Reges et Principes hortatur, vt hæreticos proscribant, bona eorum confiscent, capitis ecia de eis suppliciũ sumant, Producebantur testimonia grauium virorum qui ea iurati de te

dixerunt, quae citra omnē dubitacionē te haereticū esse conuinceret,
Proferebatur tuum ipsius de te testimonium, qui nisi tuo iudicio te
condemnasses, non comissurus esse dicebare, vt coram tam clemēte
Principe te non, sisteres, et de obiecto tibi crimine te purgares, Haec
cum videret Mtas Regia dolenter quidem pro sua paterna lenitate,
sed tulit tamen iusticia ita postulante sentenciam, qua te ex Regno suo
proscriberet, Qua lata voluisse diceris contumaciam tuam purgare,
atq absenciae causas in morbum tuum reiecisse, Quo cū grauissio
conflictareris, fecisse te dicebas, vt nuncium tuum cū lrīs ad Sacrā
Regiam Mtem mitteres, sed eum á quibusdam esse retentum, Haec
cum essent Mti illius renunciata, qua est clemencia dari tibi ius:
sit euestigio fidei lrās quem vocant Saluum conductum, Judices
eciam delegauit quos tu voluisti, adiuncto illis Loci ordinario Epō
IIs dedit negociū, vt cognoscerent, num ita esset vt tu affirmabas,
Quod si probasses detentum esse tuū nunciū cum litteris, te vero
per morbum venire non potuisse, tum vt causam tuam in integrū
restituerent, Has tu lrās plenas Regiae clemenciae cū esses con:
secutus, quiduis aliud meditari dicebare, q vt vera corā delegatis
Judicibus esse ostenderes; quae ad Sacram Regiam Mtem detuleras,
Ita factum est, vt cum abutereris fidei lrīs, tempus datae fidei,
siue salui conductus, imminueretur, et de eo tibi nonnihil detra:
heretur, In arcula tua quae inuenta sint, qui libellus Romam mi:
ssus, propter quem, non propter Mtis Regie contemplacionem,
in carcerem esse detrusus diceris, Tu scire melius potes, q a
nobis scribi queat, Quae vt sumus minime curiosae in sacerdotū
causis, nunq de his magno studio esse inquirendum putauimus,
Nisi q haec quae nunc scribimus, non ita pridem sunt renunciata,
Nos pro humanitate nrā vicem tuam dolemus, Sed quoniam dicitur
nobis esse iam actionem contra te istic institutam, ac propemodū
nihil deesse praeter sentenciam, non videmus: quandoquidem a
Sacra Mte Regia causam tuam cognosci noluisti, cur supremi
Judicis cognitionem recuses, ad quem vltro confugisti, In qua vt

superior sis ex animo tibi fauemus, propter famam ingenij tui, et pro: pter tuos in litteris progressus, quos liber indicat ad nos missus, qui nobis fuit valde gratus, Sin aut̃ misericordiam petis, potius quā Iu: dicium, ad Episcopū tuum confugias, Illo si vsus eris intercessore, du: bium nobis non est, quin quod petis minore negocio sis obtenturus Nos eni̇̃ tum authoritatem nr̃am interponemus libenter, sed vt absq̃ eo fiat aliquid, qui et Episcopus est, et in Terris Prussiæ Prima rius Consiliarius indecorum esse censemus Datū Cracoviæ xxvj die Mensis Maij M° D° xl vj°

Sigismundus primus Rex Polonie Wrathislaniensibus

Famati grate dilecti, Productæ sunt coram nobis lr̃æ Aduocati vr̃i, ad Ciuitatis nr̃æ Crac̃ Aduocatū scriptæ, quibus insinuari postu: lat Famatis Erasmo et Georgio Schiling Ciuibus Crac̃ subditis nr̃is, pignorationem eorū Mercīu factam per Joannem Veidholt Ciuem vr̃m, vt se Wratislauiæ sistant, si contra eam dicere velint quasi Ius in Ciuitate nr̃a Crac̃ non dicatur, Mirari satis non possumus, q̃ audeat quisquam in Ciuitate vr̃a tantum sibi arro: gare, vt et pignorandi Merces potestatem permittat hoīu nr̃orum, non modo non condictorū vllo iudicio, sed ne in Ius quidem vnq̃ Vocatorum, et eos ipsos postea in Ius ad se uocet, cum nullam

Jurisdicioné in eos habeat: ac diem coram se dicat Nos vero serio vos hortamur et mandamus, vt pignorationé istam missam faciatis, Merces liberas dimittatis, neq Juris aliquid sibi quem: q in subditos nros sumere permittatis, Nam si in eo perstite: ritis quod cepistis, neq ante inicium Quadragesime, quae proxie instat, Merces istas liberas dimiseritis, hoc vobis certo denúcia: tum volumus, quam vobis potestatem, in Cives nros Crac sumitis contra omné Juris ordinem, nos nequaquam prohibituros nros, quominus et ipsi eadem in vros Cives eorumq fortunas potes: tate vtantur, Futurumq est, vt vos temerarij huius consilij vri paeniteat, Si quid deberi sibi ab Erasmo Schiling, Joannes Vidholt existimat, nihil est quod pignorationibus vtatur, aeque in Civitate nostra Crac, atq apud vos Judicia exercentur, et suum cui: q Jus tribuitur, huc veniat, Erasmum in competenti foro Jure conveniat, Neq dubitet aeque se hic atq apud vos Jus suum esse obtenturum, Sed si quieta vobis consilia displicent, ac vi q Jure vti mavultis, si nostri quoq Cives exemplo vro provocati, a vi praesidium fuerint mutuati, boni consuletis,

Sigismundus primus Rex Poloniae Regi iuniori Sigismundo Augusto filio

SEremiss: etc. Ita vt scripsit ad nos Mtas vra: designauimus eos qui praescriberent querimonias eorum, qui in finibus, inter Regnum nrm et Ducatum Lithuaniae, iniurijs affici se queruntur, qui quam longissime absunt a finibus, duos ex Maiore Polonia, Generosum Nicolaum Krziczki Succamerarium, et Venerabilem Andream Przeczlawski Decanum, Posnan, duos ex Minore, Venerabilem Mathiam Vargawskj, Canonicum Wladislavien Secretarium nrm, et Generosum Mathiam Goreczki Aulicum nrm, qui vbi querimonias perscriptas attulerint, sequentur postea qui fines terminent, Ex Maiore Polonia Rndus in Cristo pater dns Andreas Chelmen et noiatus Wladislavien Epus, et Magcus Stanislaus a Lasko Palatinus Siradien, Qui a terris Prussiae incipient abinde vsque ad Lukow aut Parczow progredientur, Ex minore vero Venblem Benedictum Isdbienski Cantorem Crac, noiatum Camenecen Episcopum, et Magrum Petrum de Dambrowicza Palatinum Russiae, Captum Radomien, qui a Parczow incipient, atque inde ad fines Valachiae progredientur, Porro priores illi quasi praecursores pro festo Pentecostes illi finibus Prussiae, ii vero in Parczow erunt, Ita vt statim post peracta festa terminare fines aggrediantur, Consiliarii vero nri postque Praecursores redierint, et ipsi proficiscentur tempore per nos de consensu Mtis vrae designando. Quod vrae Mti significandum duximus, vt de eo quod nos cogitamus facta cercior, suas vicissim nobiscum cogitaciones communicet, vt cognita Mtis vrae voluntate, certi iam tandem quicque aliquando statuere possimus, Craconiae

Sigismundus primus Rex Poloniȩ
Eidem Regi iuniori filio suo

SErme Princeps &c. Accepimus lras Mtis vrae, quibus et ipa designa:
uit Praecursores, qui conscribant iniurias in finibus inter Regnum
nrm, et Magnu Ducatu Lithuaniae, citro vltroq factas, Caeterum
accidit interea, vt qui erant per nos Praecursores designati, ex
Maiore Polonia, ij excusarent sese, q ante festum diui Joannis Bapte
nulla rone prouincia sibi per nos mandatam obire possent, Alter
cm Generosus Nicolaus Krziczky Succamerarius Posnanien, gra:
uia se rei suae familiaris incommoda ex subito incendio accepisse
queritur, ad quae sarcienda duos vt minimu Menses domi eum esse
necesse sit, Alter Venlis Andreas Przeclawski Decanus Posnanien
Administrator est electus Ecclie Posnanien, neq videt quemadmodu
honoste se munere hoc abdicare posset, Vterq tn promittit statim á
festo diui Joannis Bapte se mandata nra perfecturu, Itaq pendens
animi, neq statuere certo possumus, num licet alios nobis in eoru
locum sufficere: quandoquidem isti duo in Comicijs de sententia Con:
siliariorum oim Regni nri sunt ad eam rem noiati Extra autem
Comicia alios per nos noiari vix licitum esse videtur, Magis itaq
in eam Sentiam inclinamus, vt diem diui Joannis Bapte expectemus,
nihilominus Judicio atq arbitrio Mtis vrae permitten oia, Videmus
aut non ita facile conscripta iri damna et iniurias vltro citroq
datas et acceptas, ita vt fieri vix possit, vt hoc anno Comissarij mit:
tantur, neq paruam rem confecisse videbimur, si damna saltem et
iniurias hoc anno conscriptas habuerimus Porro in hijs quae pro:
xime habebuntur Comicijs, vel eosdem illos quos antea, vel alios Comis
sarios designabimus, qui in sequenti anno subtilius omnia cognoscent,

et diiudicent, Si tamen ita videbitur Mti vræ, cuius iudicio libéter deferemus, nobis eñ nihil queritur, q̃ʒ comodum vtrarũqʒ trarum et Regni nři et Magni Ducatus, vtrisqʒ ex æquo fauemus, Neqʒ aut in hanc, aut in illam partem sumus propensiores, Amicicias inter vtrasqʒ trás auctas, inimicicias prorsus extinctas esse ve:limus, Quamobrem suam nobis Mtás vestra sentenciam perscribet, quam nos libenter amplectemur,

Simul eciam in causa Oczakowień quid egerit significabit, vt Nũ:cio Cæsaris Turcarũ tanto celerius responsum dare queamus Qué videmus grauiter eam rem tulisse, quemadmodum ex prioribus litteris nřis Mtás vrá proculdubio cognouit, Optamus Mtem vrám diu fælicem valere, Datũ Cracouiæ xxvi Aprilis Mº Dº xl vjº Regni vero nři xlº

Sigismundus primus Rex Poloniae Alberto Duci in Prussia

Accepimus lras Illustritatis vrae quibus repetens ea quae scripta per nos fuerunt, quibus de causis adducti monetae illius vsu interdixerim, confutare conatur, ac graui se propter interdictum nostrum hoc iniuria affici queritur, Nos vero longe ab eo semper absuimus vt iniuria quenquam affectum vellemus, etiam alienum, nedum Illti vrae eam faceremus, quae nos arcta sanguinis necessitudine attingit, Moneta Illtis vrae nequaquam nos tanquam reprobam reiecimus, nec de valore illius & estimatione vnquam disputauimus: quam vt iustam retineat per nos licet, nihil enim de ea detrahimus, Verum cum illius numerus in immensum augeretur, atque ex eo ad Regnum nrm plurimum detrimenti perueniret, neque tot nris tam paternis adhortacionibus, Illtas vra adduci posset, vt priuatum suum publico regni comodo postponeret, neque cum illius iniuria locupletior esse vellet, sed exemplo nro cudere tandem desineret, quid aliud fuit nobis faciendum, quam vt pro officio nostro rationem aliquam iniremus, qua prouideri posset, ne maius indies regnum nrum detrimentum caperet, Credat nobis Illtas vra magnum nos exinde dolorem accepisse, quod postulata nra ab illa negligi, neque vllam eorum rationem haberi videbamus, perinde ac si nihil Juris nobis in Illtem vestram esset, Cum praesertim quicquid per nos agebatur cum Illte vra de moneta, non de nra magis quam de om Regni ordinum summa voluntate ageretur, nulla enim fuerunt Comitia iam inde ab octo plus annis, quibus a nobis magna contentione non eet flagitatum, vt qua possemus ratione efficere conaremur, quo Illustritas vra monetam cudere desineret, Qua de re quid actum sit inter nos tempore nuptiarum Sermi filij nri tenet proculdubio Illtas vra quae cum

discedens á nobis ad suos esset reversa, non aliud visa est postulare,
q̃ aliquot sibi menses produci, intra quos cudere tamen adhuc posset,
Quod cũ obtinuisset, est ita vt scribit, Illtas vrá q̃ per semestre a
cudendo abstinuit, sed postea maiore cum nra et regni nri ignomi:
nia ad intermissum opus rediit, missis ad Comitia, quae Piotrcoviae
per nos habebantur, legatis, qui iura quaedam et privilegia ostende:
rent, per quae se cogi non posse putaret, quominus quoad vellet mo:
netam cuderet, Quae cum essent per eos quibus hoc negocij dede:
ramus, diligenter lecta et expensa, nihil eiusmodi compertum est
quod Illtis vrae Legati affirmabant, Nam illud quidem reperiebatur,
q̃ eo grano et pondere atq̃ ea forma, quae fuit sub ordine, cudere
Illti vrae liceret, quod quominus faceret nunq̃ prohibuimus, Sed q̃
eodem quo nos grano et pondere permissum sit Illti vrae cudere
nobis non cudentibus Illtis vrae Legati docere non potuerũt, Pro:
duxerunt illi quidem transactiõm quandam inter Illtem vrãm et
Consiliarios terrarũ nrarum Prussiae de moneta factã: sed q̃
regni nri consensus accesserit non ostenderunt, in cuius detrimen:
tum nihil a quoquam statui potuit, Nos nihilominus tulimus longo
tempore: sed cum paciencia nrá multum nos regni nri rationibus
officere videremus inuiti certe eo descendimus, vt quod Illti vestrae
tantopere displicet consilium caperemus

Quod vero ipsi monetam cudere animum induxerimus, id eo cõsilio
facimus, q̃ aliter exterminari Illtis vrae moneta nõ potuit, cuius
tanta copia fuit, vt nrá propemodum nulla appareret, turpe autem
nobis et indecorũ visum ẽ, nrãm quasi eiectam esse, et alterius monetam
in Regno nrõ versari, Nos porro, vt ne multiplicetur moneta nostra,
neue maior sit eius copia q̃ quantum esse regno nrõ expedierit,
facile prouidebimus, Nam simul atq̃ tantum illius excuderimus
quantum pro vsu quottidiano nrorum hoim̃ suffecerit, a cudendo fa:
cile abstinebimus, neq̃ enĩ priuatum nrm̃ sed publicũ regni nri
comodum curae nobis est, Ac quicquid eius a nobis factum est ne
existimet Illtas vestra alio animo factum esse q̃ quod offo nrõ

nos cogente, cum vrgerent omnes ordines, regno nro prospectu vo-
lebamus, vt ne ad graniora aliqua, q̄ʒ quibus ferendis esse posset,
incommoda perueniret, Nam quod ipam Illtem vrām attinet, pro eo
vt mutua nrā necessitudo postulat, cupimus illi honestissime iura
etiam illius et Priuilegia non modo ipi non violabimus, sed nec ab
alio quoquam violari paciemur, eaqʒ nos sarta tecta conseruaturos
vt antea sepe ita nūc quoqʒ pollicemur, Quod si adhuc firmioribus
argumentis quam quae corā nobis hactenus producta sunt, doceri po-
terit Illtas vrā ius habere se cudendi, quale asserit, con̄ ius illi quae-
situm nihil nos quidem faciemus, Sed de interdicto hoc nr̄o, id qd
iustum fuerit statuemus, adeo nihil de iure Illtis vrae diminutum
esse volumus, sed in hunc vsqʒ diem nihil eiusmodi coram nobis est
productum Datū Craconiae xiij May Anno domī 1546

Responsum Nuncijs Alberti Ducis, in Prussia Marchionis Brandeburgen

Instructio Illmi domini Ducis noie producta in frequenti Senatu lecta est, expensa sunt omnia diligenter iura et priuilegia cudendae monetae per Illtem eius simul et rationes quas affert quamobrem vsu monetae eius in regno interdici nō oporteat, Caeterum cum essent excussa omnia, nihil est noui repertum, pridem omnia cū essent semel, atqꝫ iterū producta corā Mte regia, confutata videbantur,

Quamobrem causam nō videt Sacra Mtas Regia, cur mutet decretū quod in Comicijs anni proximi superioris latū fuit, cuius executio in hoc vsqꝫ tempus prorogata fuit, Perstat in eo Mtas eius, nō ea solum de causa, qꝫ multiplicatā adeo monetā hanc plurimū Regno suo detrimenti afferre persuasum habet, verum etiam qꝫ summam in eo dignitatem agi putat, si exclusa et quasi eiecta ex regno Mtas eius regiae moneta, alia quedā vulgo iactetur, Cui dum prospicere vult Mtas eius, hoc agit, vt aliena pocius qꝫ propria Mtis eius moneta ex Regno dicionibusqꝫ suis explodatur, neqꝫ se de eo dimoueri patitur quod iterum in his Comicijs decretū, vel pocius confirmatum est, vt ne in Regno ditionibusqꝫ Sacrae Mtis eius, vllus deinceps Illustrissimi domini ducis monetae vsus sit,

Quod vero argentū attinet per Rychwalski ereptū, de eo quod statuat Sacra Mtas Regia aliud nō habet, qꝫ vt Illtas eius cū haeredes Rychwalski in iure competenti actiōm instituat; suā aut authoritate Sacra Mtas Regia libenter interponet, vt omi cunctacioe semota et frustratorijs quibuscunqꝫ dilationibꝫ remotis ius suū Illtas eius obtineat;

Sigismundus primus Rex Polonie
Sigismundo Augusto regi Polonie filio

SEreniss: etc Ex litteris Mtis vrae quae fuerit de nobis querimonia Illris doi Ducis Prussiae intelleximus, Quam aut ea iusta sit, ex nro vicissim responso Mtas vra cognoscet, Iustior e nobis causa de illo, q illi de nobis querendi, Sed propter Mtem vram, qua ita vt par est plurimi facimus, condonamus ei omnia: nisi quod mutare ea quae sut in Comicijs decreta, fas nobis non esse ipsa Mtas vra perspicit, Quae responsum nostrum ad illius quaerimoniam illi mittere poterit, Nisi quod fortasse Mti vrae durius esse scriptum videbitur, de eo, suis nos litteris admonebit,
De argento aliquoties rescripsimus Illti eius, nobis non licere, nisi secundum Iura et constitutiones patriae, quidq statuere, proinde nre peteret, quod Illust: eius Iure deberetur, id negatu non iri, Nunc quoq quid respondeamus aliud non habemus, Nuciu nostrum in causa proscriptionis ad Caesarem mittemus,

Caeteru de Illri dno Alberto iuniore no est nobis visum, vt ad eu mandata nostra darentur, quandoquidem ius feudi nullum habere videtur, Nam cum Illustris dominus Dux in Prussia in fidem se nostram contulisset, homagium nobis praestitit, et ipse et frater eius Illris dominus Georgius proxime defunctus, qui duo praesentes aderant, Duo fratres reliqui Casimirus et Joannes, qui tum absentes fuerunt, debebant sigillis et litteris suis, intra annum contractum per fratres initum agnoscere et acceptare Quod ab eis factum esse non constat, Ita nullum videtur Ius Alberto iuniori competere ad Ducatu Prussiae, qui ante sesquiannum miserat huc Nuncium, per que

agnosceret se et acceptare feudū profitebatur, Sed ita dimissus est a nobis, vt nō reÿceretur quidem a nobis, verum ostendere tamen iuberetur, quod pater eius, Illstris dominus Cazimirus acceptauerit, Quod cum illo tempore non docuisset, vt alio tpe doceret, potestatem ei fecimus, Verum is ad ea quae proxime per nos habita sunt Comicia, neq misit quemquam, neq docuit quod debebat, nos nihilominus Illri domino Duci in Prussia, ita rescribi fecimus, vt non omnem ei spem adimeremus, Quemadmodum ex litterarum quas mittimus exemplo Mtas vestra cognoscet Inde simul accipiet, quid de legacione quam obiuit, protestancium nomine, deq bobus, responsi dederimus, Vestrae enī Mti quibus in rebus potuimus libenter gratificati sumus, & gratificabimur etiam deinceps semper,

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Sigismundo Augusto regi Poloniæ filio

Non dubitamus, quin aduersa nrã valetudo Mtem vrãm ingenti mæro-re affecerit, Sed iam, Deo sit gratia, rectius in dies valemus, a Mtem vrãm bono animo esse iubemus, Videmur enĩ ex morbo nrõ iam esse recreati

Dominũ Ducẽ Prussiæ, quod lrĩs suis admonuerit, ne se bello Germanico implicet: pergratum nobis fecit, Bona spe sumus, daturũ illum locum vtriusque nostrum admonitioni,

De Carcocandila Greco, acta iam res est, numerari enĩ iam illi peccuniam iussimus, quæ promissa per nos fuerat, Cuius minor est iactura, dum modo saluum nobis cum Cæsare Turcarũ fæ-dus permaneat,

De Palatino Moldaniæ varij rumores huc adferebantur, Nam & mortuus esse dicebatur, sed viuit tamẽ, verũ ægre, nam esse fertur Paraliticus, vtinam conuertatur & viuat,

Doctor Joannes, cui cedere volet Canonicatu suo Mti vræ pro-cul dubio significauit,

Sigismundus primus Rex Poloniae
Alberto Duci Prussie Marchioni

Illris &c, Proscriptionis negocium, non minus nos quam Illtem vram angit, Quamobrem Nuncium nrm primo quoqz tempore mittemus: qui de ea abroganda laboret, Cum quo nuncius Illtis vrae sua conferet consilia, quo minore negocio res ad optatum finem perduci possit, Quod vero Illrem dnm Albertum iuniorem Marchionem Brandemburgen, Casimiri filium attinet, cum egisset nobiscum Legatus eius antesesquiannum de successione terrarum Prussiae, quibus nunc Illtas vra praeest, ita eum nos dimisisse meminimus, vt doceret Ill dnum Casimirum patrem eius intra praestitutum sibi tempus, ad eiusmodi successionem consensisse, Quod quia nodum ab Illte eius factum est, quale postulat a nobis mandatum Illtas vra, dare nobis non licuit, Caeterum in ijs quae proximae per nos habebuntur Comicijs, si aut per vestram, aut per illius Illtem admoniti fuerimus, certi aliquid de causa hac decernemus, De qua extra Comicia statuere aliquid no esse nobis licitum videtur, Poterit interea Illtas vestra admonere illum, vt quantum fieri potest, causam hanc extrahat, neqzaut Camere iudicio se submittat, aut alij cuipiam Judici causam cognoscendam permittat,

Accepimus lras fidei Illmorum Principum Joannis Frederici Electoris Saxoniae, et Philippi Landgrauij Hessiae simul quae postulant Illustritates eorum, ex Illustritatis vrae litteris cognouimus

Concilium ab omnibus tanto studio expetitum, Tridenti celebrari nõ ignoramus, Ad quod cum vocati sunt ij, qui Euangelici dici volunt, quamobrem venire recusant ignoramus, Deumq; praecabimur, vt errorem è mentibus hom̃i euellat, ac Spiritum suum largiatur, Cuius beneficio fieri possit, vt idipsum sapiamus omẽs, neq; sint in nobis Schismata, Sed qui vnum corpus nobiscum paulo ante fuerunt, vnus Spiritus, vocati in vna Spe vocationis qui etiamnum vnum dominum, vnum Baptisma, vnum Deum, et patrem omnium, vna nobiscum agnoscunt: ij soliciti sint seruare vnitatem Spiritus in vinculo pacis, Haec est voti nostri summa Cuius vtinam compotes aliquando effici possimus,

Sigismundus primus Rex Poloniæ Carolo Quinto Romanorum Imperatori

SERme et EXcellentissime Princeps, et dne frater, et cósangui; nee noster charissime, et honoran, Qua de re locies cú Mte vestra per Oratores nostros egimus, vt proscriptionis decretum contra Illrem dominú Albertum Marchionem Brandemburgen, in Prussia Ducem, nepotem nrúm charissimum, a Judicibus Mtis vestre latum, abrogatum vellet: de ea nunc quoq mittimus, Magnificum Achacium Cema, Palatinum Marienburgen, Capitaneum nostrum Stumensem, Syncere nobis dilectum, a Mté vestra petimus, vt quibus de rebus verbis nostris cum Mté vestra egerit, in hÿs fidem ei indubitatam habere velit: et facilem se præbeat, ad ea concedenda, quæ nró nomine, pro Nepote nostro, ab illa pecierit, Pertinebit hoc ad pridem constitutam mutuam inter nos amiciciam, non modo retinendam, verum eciam augendam et amplificandam, ac omni vicissim officÿ genere, officium hoc Mtis vræ, per omnem occasionem conabimur compensare Dat Cracouiæ xxix Julÿ Anno domini M° D° xlvj°

Legatio ad Carolum Quintum Caesarem Catholicum. Data Achacio Czeme Palatino Mariē: burgen 26 July 1546

Posteaq legatus noster Cæsarem Mtem frem et consanguineū nostrum Charissimum verbis nris q officiosissime salutauerit, et leta illi ac secunda omnia precatus fuerit, in hanc sentenciam verba faciet

Posteaq oficij sui memor Illustris Ds Albertus Marchio Brandeburgen, in Prussia Dux, nepos noster charissimus, cuius maiores Prussiæ quondā Magri in maiorū nrorum Seremorū Poloniæ regum fide fuerē, et ipse in fidem se nrām potestatemq contulit, effugere non potuit, quin Cameræ Cæsareæ Mtis cuius nulla est in terras nostras Prussiæ iurisditio, erit in ius vocatū, ac a nobis, ne se coram alio iudice q coram nobis sisteret, prohibitū, sententia sua nulla proscriberet, Quæ res et si permolesta nobis accidit, proscribi a Cameræ iuditio eum principem qui nullius preterq nram authoritatem agnoscere tenetur, quasi nos de subdito nobis principe, si quis eum in iudiciū nrm vocasset, iusticiam administrare nō possemus, pro ea tamen amicicia, quæ vetus nobis cū Cæsarea Mte & inclyta domo Austriæ constituta est, ita tulimus indignitatem hanc nrām, vt eam tanti nō faceremus, vt propter eam depositam necessitudinem vellemus, quæ cū illius Mte nobis intercedit, quin oēs potius rationes quæsiuimus, quibus salua amicicia quæ nobis est cū illius Mte, quod vellemus de Illustri dōio Duce, hoc est, quod ius quod æquitas, quod ratio postularet, id obtinere possemus, Neq vero nos penitet eam nos constantia declarasse in tuenda nra cū illius Mte necessitudine, quam etiamnum pro virili nra tueri nos &

conseruare paratos offerimus, Verum illud nō dolenter non possumus ferre, cum nulla fere Imperij comitia a viginti annis intercesserint ad quæ Nuncium nostrum non miserimus, de abrogando proscriptiōis hoc decreto, nihil nos adhuc obtinere potuisse præter prorogationes et suspensiones annuas, Anno vero proximo superiore in semestre modo tempus suspensio decreta est, qua tamen in re nō accusamus nos quidem Cæsaream Mtem cuius animū erga nos in hac causa semper propensissimum cognouimus, sed esse nonnullos animaduertimus profundendi sanguinis Christiani cupidos, qui nō aliud magis laborant, q̄ vt quæ nobis iam inde ab auis et proauis nr̄is cum inclyta domo Austriæ constituta est amicitia, eam disiungant, et odium inter nos, atq̄ inimicitias excitent, Quid em̄ aliud est proscriptio quā isti meditantur, vt nobis certo persuademus contra sententiā Cæsareæ Mtis nisi semen quoddam belli futuri inter nos, et eos qui proscriptione hac vti volent, Nostrum autem animum pacis et tranquillitatis studiosum non ignorat, Mtas Cæsarea: nunq̄ nos nisi vi quadam adacti bellum cum quoquam suscepimus, susceptum aūt contra voluntatem nr̄am ita gessimus, Dei beneficio, cui soli laudem hanc et gloriam tribuimus, vt prouocasse nos hostes nr̄os vehementer pœniteret, a fundendo autem sanguine Chr̄iano, quoad eius fieri a nobis potuit, manus & mentem semper abstinuimus, q. non esse Chr̄ianæ pietatis videbatur, vt in membra ipsa nr̄a sæuiremus. Membra autem nostra omnes esse iudicauimus, qui per fidem et per baptismum vnum nobiscum Christi corpus effecti essent, precioso illius sanguine redemptum

Hoc animo cum semper fuerimus, esse deinceps etiam volumus, quare a Mte Cæsarea petimus, vt sublata esset velit omnia, quæ nos ad alia consilia capessenda adigere queant, q̄ quibus in hunc vsq̄ diem vsi sumus. Non accomodet ijs aures suas Mtas eius, qui quantū in ipsis est, euersam cupiunt eam quæ cū illa nobis est amicitiā, ac sem̄tem han belli, hoc ē, proscriptiōm Illris domi Ducis Prussiæ tollat ē medio

Quod si quis ei coram nobis actioné aliqua de re volet intendere, paratos nos offerimus ad ius cuiqз suum reddendum, Si vero alia aliqua ratione, quod Deus omen obruat, cũ illo agere aliquis animũ induxerit, hunc scire volumus, nobiscum, non cum Dño Duce sibi rem futuram, Nobis enim duplici noĩe deesse illi non licet, et ꝙ subditus princeps, et ꝙ arcta nobis propinquitate coniunctus est,

Quamobrem etiam atqз etiam Mtem eius petimus, vt pro eo quemadmodum Chrianum imperatorem facere par est, ijs presertim temporibus, quibus a Crucis hostibus tanta reipublicæ Christiane pericula impendent, paci & tranquillitati mte Christianos principes consulat, & cum nostrum erga se summum semper studium cognouerit, in hac nostra peticione talem se præstet, vt augẽdo potius illi ꝙ minuendo locus esse videatur, Nos facturi semper sumus omnia, ita vt hactenus fecimus, nullum vt in nobis amici Regis & necessarij principis offitium requiri patiamur,

Sigismundus Rex Polonie
Sigismundo filio regi Polonie

SERme &c Quid metuat, quidue cupiat, Ills dũs Dux Prussiæ ex lris Mtis vræ cognouimus, Est reuera quod metuat, neqз enim quieturũ Magrum Ordinis arbitramur, sed quod cupit magis ad augendum ꝙ ad propulsandũ metũ valere videtur, Nam si educat e regno nostro equites quod velle videtur, quid aliud ꝙ prouocabit eos a quibus sibi metuit, Facit itaqз prudenter Mtas vra, ꝙ illud a nobis non petit quod minime nobis intelligit conuenire, Nam vt illud ommittamus ꝙ cũ Cæsarea Mte nobis amita necessitudo intercedit, quam in hunc vsqз diem inuiolatam seruauimus, et deinceps etiam, Deo nobis propitio, sumus conseruaturi

Quam foret absurdum, et hac ætate auctoritateq͡ nr̃a indignũ, si cũ catholicos nos profiteamur, con̄ catholicos suppetias ijs ferremus, qui a catholica Eccl̃ia descivernut, Quod si alterutrius nos partis esse oporteret, nos vero nõ dubitanter a catholica potius eccl̃a staremus: atq͡ pro ea, & in ea mori etiam, si necessitas postulauerit, non recusaremus ~~vincereq͡~~ vnaq͡ cũ eccl̃ia q͡ vincere con̄ illam mallemus, Quare serio nr̃is ediximus, ne pedem e regno efferent, neue in militiam quoq͡ extra regnũ proficiscerentur,

Quod vero prouideri per nos cupit M̃tas vr̃a, ne quid regnũ nr̃um ex motu isto Germanico detrimẽti capiat: nõ videmus qua id alia ratione a nobis fieri queat, q͡ si efficere possimus, vt quiescat dñs Dux, neq͡ se bello isto quasi ciuili implicet, a quo l̃ris eum nr̃is deterrere sumus conati, quod idem vt faciat M̃tas vr̃a postulamus, Etenĩ quo magis inhiat t̃ris nr̃is Prussicæ Mag̃r hic ordinis, hoc obseruabit diligentius, qualem se in his motibus geret, dñs Dux, quẽ si cognouerit suppetiarũ aliquid dedisse, his qui vocari volunt Euangelici, offenso animo Cæsareæ M̃tis, instabit acrius, vt quod pridem parturit animus eius, id tandem aliquando pariat atq͡ oleum, quod aiunt, camino addet, Vresq͡ suas oẽs contendet, vt vicissim a Cæsarea M̃te suppetias con̄ dom̃ Ducem habere queat, Quare scribat ad eum diligenter M̃tas vr̃a vt se ne immisceat huic bello, q̃ id sine periculo facere nõ possit,

Cogitet q͡ sint hæc parum sibi consentanea, petere vt abrogetur proscriptionis decretum, et interea socia cũ his arma iungere qui Cæsari rebellant, His de rebus vellemus eum a M̃te vr̃a diligenter admonerj

Nos aut̃ Mag̃co D. Palatino Marienburgen̄, quẽ legatũ ad Cæsarem designauimus, dedimus negociũ, vt nr̃o nomĩe Cæsareæ M̃ti persuadere conaretur, vt ab armis discederet, ac hostes potius noĩs Chr̃iani q͡ suos bello peteret, Quæ legatio neq͡ Cæsareã M̃tem offendet, Principũ vero Germaniæ, quibus cũ Cæsaræ negotiũ est studia nob̃ adiunget

Quæ in scheda scribit M̃tas vr̃a de pecunia in vrbe M̃ti vr̃æ condonata ex fructibus defuncti Ep̃i Plocen̄, curæ nobis sunt futura,

Cracouiæ xj Augusti M° D° XL° vj°.

SCHEDA

Præterea captos esse a Duce Wlodimirien Serenissas quatuor postulamus a Mte vra, vt ei serio mandet, quo ad Commissarios nros qui erunt cu legato Turcico eos remittat, vt libertati pristine restituantur

Queritur Serma doia Bona regina coniux nra charma prohiberi a Duce Vlodimirien hoies suos, quominus in Lithuaniam proficisci, et tuto in nundinis versari possint, Quæ cu res iniqua sit et bone vicinitati contraria, prouideri velit Mtas vra, vt id deinceps ne fiat quin liceat potius Sereme coniugis nræ hominibus ad mercatu, quo velint proficisci, ac negotia sua licita exercere, qua in re Mtem vram Serenæ Domine parenti suæ gratificatura no dubitamus, Id enim semper ita in vsu fuit, inter dominia nra obseruatu, q vltro citroq libere mutuo subditi nri comearent, et sine aliquo impedimento hic et illic negotia sua exercerent,

Et hoc insuper volumus faciat Mtas vra, vt ad Commissarios nros qui cum legato Turcico in Vinnicza, vel alio in loco finiu, negotia damnoru tractabunt, aliquos de suis mittat qui vna intersint & cognoscant, quæ et á quibus damna sint illata,

CÆterum hic quoq nobis rem vniuersam Pretwicz exposuit, vnde cognoscere licuit Ducem Wlodimirien culpa no vacare, Nam et illos non statuit, quos ab eo Mtas vra statui mandauit, Qua facile pro sua prudentia quod faciendu illi erit prouidebit,

Sigismundus primus Rex Polonie
Alberto Marchioni Brandeburgensi
Duci in Prussia

Ill^ris etc Quod agit nobis gratias Ill^tas vra de legato per nos ad Mtem Cæsaream designato in causa proscriptionis Mag^co Achacio Czemæ Palatino Marienburgen Capitaneo Stumen syncere nobis di: lecto, est id superuacaneum plane, Neq enim solius Ill^tis vræ, sed et nra plurimum interest, vt hoc proscriptionis decretu abrogetur, quin etiam si solius esset causa, Ill^tis vræ, pro nro tamen erga illa animo facturi semper essemus, vt illius comoda no minus quam nra tueremur, Quod aut parum oportunu tempus id esse censet de cau: sa proscriptionis agendi, idem et nobis videtur, quamobre dedimus in mandatis Legato nro, vt se nostro noie in pacificatione ita, vt suadet Ill^tas vra interponat, communicato cu Illust: genero nostro consilio, ad quem diuertet antea quam ad Cæsarem erit profectus,

Cæterum illud secum expendat Illust: vra, qua autoritatem sit apud Cæsaream Mtem legatio nra habitura, si quod cellari difficulter pot, in regno nostro conscribi contra se milites intellexerit, Quare serio mandauimus hominibus nris, ne quoque e regno nro in militia profici: scantur, Neutrius em partis esse decreuimus, vestra quoque Illust: hor: tamur quo et ipsa quiescat, ac no modo e regno nro ne euocet quenquam, sed neq ex sua ditione ire in castra cuiusque permittat, Neq em nobis dubiu est, quin Magr ille Ordinis designatus, diligenter obseruet, qualem se gerat in hoc tumultu Illust: vra, quæ causa postea sua reddet illtis di: ficiliore, si coopertu erit, ea suppetias misisse, ys qui Cæsari nunc negocium facessunt,

Quod queritur Illust: vra de decreto vel mandato potius a nobis obtento, ita se rem habere sciat, Petiisse a nobis mandatu eius:modi vnum ex Ketingi heredibus, verū hoc responsi a nobis acㅤcepisse, q priꝰ ad Illust: vrām lrās essemus daturi, ac respōso ab illa accepto, tum demum id facturi quod æquitas postularet, quare mandatū illud fuit, surrepticiæ impetratū, Dedimus itaqz mandatum aliud ad Gedanen, vt ab executione omnino supersedeant, vsqz ad aliam informatiom nrām

Cæterum quomodo ante sesquiannum trasacta sit res cū Kn:cys Illust: vræ tenet memoria, quam cū illi transactione Illtis vræ noie acceptarint, vt illi stet æquum censemus, quæ tamen omnia in his quæ proxime habebuntur Comitijs diligentius exequi poterint Dat Cracoviæ xviij Augusti Anno Domini M° D° Xlvj°

Legatio a Sigismundo rege Polonie ad Duces Joachimum et Ioanem Marchiões Brandeburgeñ

Data Achatio Czeme Palat° Marienburgeñ

SAlute dicta, et omnis foelicitatis precatione premissa, Orator noster in hanc sentenciam verba faciet.

Cum essent ante menses aliquot Maiora Regni nostri Comicia Cracovie per nos habita: fuisse non paucos qui de limitum iniuriis, quas perferrent à Subditis Illris domini Marchionis, quererentur: qui nostre quoqz sylue bona partem Marchionatui vendicare, et a Regni nostri corpore auellere conarentur. Quamobrem vt hiser malis obuiam veniretur, visum est, vt Oratorem nostrum ad Ill. eius mitteremus: qui tractaret de Commissariis regundorum finium constituendis, deqz tempore ad quod illis conueniendum esset, atqz ea omnia ad optatum exitum perducẽ conaretur, que per Generosum olim Nicolaum Nipcicz Aulicu nostrum inchoata fuerunt. Quamobrem hortabitur Illtem eius, atqz ab ea pro mutua nostra amicitia postulabit, vt tandem aliquando certum aliquid de finibus istis regundis constituat. Interea vero suos in officio contineat, atqz eos ab iniuriis nostris hominibus faciendis abstinere cogat, neqz permittat, vt aliqua terre partem, quæ quidem ad Regni nostri corpus iam inde à longo tempore pertinet, quisqz vsurpare sibi audeat, ne maius inde malum eueniat, qz cui mederi postea facile liceat. Nos enim pro necessitudine que nobis cum Illte eius intercedit,

omnes dissidiorum causas, non modo inter nos et Illtem eius: verumetiam inter homines utriusque nostrum, sublatas, et semi:
na malorum quae euenire inde possint, tempori euulsa cupimus.

Quod si Illtem dominum Ioannem Marchionem in ditione sua reppererit, hac apud Illtem eius legatione utetur. Deinde ad Illtem dominum Ioachimum Marchionem Principem Electorem se conferet. Sin autem abesse à terris eius Illtem dominum Ioannem intellexerit, recta ad Illmum dominum Ioachimum proficiscetur.

Ac primum Illtem eius meo nomine quam poterit officiosissime sa:
lutabit: lataque ac foelicia Illti eius precabitur omnia. De:
inde in hanc sententiam verba faciet.

Quandoquidem inter nostram, et Illtem Brandeburgensem, familiam vetus necessitudo iam inde a multis annis intercesserat, nos eam necessitudinem auctam cupientes, quod habui:
mus in terris pignus charissimum filiam nostram primogenitam Illti eius in Matrimonium dedisse. Ea spe et fiducia quod illam iux:
ta Praecepta diuina cumprimis esset charam habitura. Quae:
quidem spes nostra minime nos fefellit. Sic enim ad nos uno om:
nium ore perfertur, Illtem eius Illmam filiam nostram singu:
lari quadam charitate prosequi. Qua ex re credibile non est, quantam animus noster voluptatem capiat. Neque enim nobis ipsis quam Illmae filiae nostrae melius omnia euenire cupimus. Quá:
obrem grata nobis quidem est, haec Illtem eius erga coniugem suam filiam nostram dulcissimam, tam propensa voluntas. Sed interea tamen vehementer optaremus, ut aliá quoque Illtas eius amoris sui erga coniugem suam certiora documenta ost:

dexit. Qua lege nati sumus omnes non ignorat Illtas eius. Mi:
grandum est aliquando ex vitae huius diversorio. Id tam certu
est, qd est hora migrationis ipsius incerta. Nemo est, qui vel cra:
stinum sibi polliceri possit, cum quid serus etiam vesper vehat
nesciamus. Deum precamur ut Illtas eius qz longissimo tempore
vivat incolumis. Sed si quid illi humanitus acciderit, eo loco
sunt res Illmi filii nri, ut pessime Illri eius consultum consul:
tum fore videatur. Nam quae bona dotis et contradotis noie
Illri eius sunt obligata, ea maiori ex parte libera minime, sed
aliis esse dicuntur oppignorata. Ut si quid factum Deus vellet
de Illmo filio nro, non habitura esset Coniunx eius, filia no:
stra dulcissima, unde se pro dignitate sustentare posset. Hac
ergo in re velit Illtas eius, suam erga Illmam coniugem, filiam
nostram dulcissimam, coniugalem affectionem declarare. Ac
rationem aliquam ineat, qua primo quoqz tempore bona dotis
et contradotis nomine Illmae Coniugi inscripta, ex aliorum
manibus, quibus oppignorata sunt, liberet: nemo ut quicqz in
illis iuris habeat, praeter eam cui pridem inscripta sunt Con:
iugem Illris eius, filiam nram charissimam. Hoc ut semota qua:
vis cunctatione faciat Illtas eius, etiam atqz etiam vehemen:
ter ab illa petimus. Una enim hac re declaraverit, quanti nos,
quanti filiam nostram dulcissimam, Coniugem suam charissi:
mam, faciat. Cuius dignitatis aequum est, ut memor morta:
litatis Ill. eius rationem habeat. Nobis vero in hac affecta
et aetate et valetudine nostra, nullam afferre poterit consola:
tionem maiorem, qz si pro eo, ut officium Illris eius postulat,
Illmae Coniugis suae filiae nostrae charissimae rationibus prospi:
cere conabitur. De qua perpetua quadam cura angimur,
neqz potest animus noster conquiescere, nisi provisum illi tamen
aliquando esse audiamus. Magna nos solicitudine liberaverit
Illtas eius, si ipsa huic petitioni nrae locum dederit. Atqz officium hoc
illius ita interpretabimur, ut magno nos ab illa beneficio affectos

esse iudicaturi simus.

Dicit secundo loco scripsisse nos Illmi eius, atque ab ea petiuisse ut quam debet pecuniam Magco Andreae à Gorca, Castellano Posnan., et Maioris Poloniae Capitaneo generali, cuius numerandae dies pridem praeterijsse dicitur, eam illi tandem persoluat. Quibus autem verbis agere ea de re cum Illte eius debeat, ex ipso Magco Andrea, et ex literarum exemplo ad Illmum do: Marchionem per nos scriptarum, quod apud Magcum Andream reperiet, Instructionem capiet.

Dicit deinde legatus noster accepisse nos responsum Illtis eius in causa fratrum Loysiorum, de quo non potuimus non vehementer mirari. Scribit Illtas eius in responso Generoso Georgio à Konopats, Castellano Gedanen. Capitaneo nostro Succouien. dato, quod causae Loysiorum Iudex ipsa esse nolit, cum Actoris officio fungatur. Sed nihilominus nec ad forum competens eam remittere vult, sed Iudices constituit Ciues suos Colonien. scilicet. Magis hoc è dignitate sua fore putat, ut causa quam habet cum Domino nostro, à Ciuibus iudicetur, subditis suis, quam à Rege Socero. Certe si dignitas hac in re spectatur, honestius est à Rege iudicari, quam a subiectis ciuibus. Nisi fortasse, quod nos non opinamur, ea est Illtas eius de nobis de nobis opinione, quod nos iniquiores futuri simus subiectis nobis Ciuibus, quam Illti eius, quae in loco filii nobis est, et erit semper. Nos pro nostra paterna erga Illtem eius affectione, sinistri quicquam de illa suspicari non possumus. Sed quid alii suspicaturi sint ipsa pro sua prudentia Illtas eius facile conijcere poterit. Non effugiet hanc apud multos suspicionem, quod propterea a subiectis sibi Ciuibus causam hanc iudicari

velit, ut ne liberam habeant, quod nostrum intellexerunt, decernendi facultatem. Scimus nos quidem, quod ratione Contractus, reus actoris quandoque forum sequi necesse habet. Sed non si idem Iudex sit qui actor. Deinde dispar hec causa videtur. Nam ubi solucio facienda fuit in finibus Regni nostri. et quibuscunque de rebus cognosci debet. hec in finibus Regni nostri acta sunt, Inde res cognoscenda, inde probationes petende sunt. Quis ergo potest esse Iudex magis competens, quam eius loci dominus ubi pecunia fuit solvenda, ubi ea omnia facta sunt, de quibus est controversia. Nos certe, si nobis cum subdito Illris eius aliquid eiusmodi intercederet, nunquam committeremus, ut ad hunc modum cum illo ageremus, sed alacri animo causam Illti eius cognoscendam permitteremus. Non eodem esse erga nos Illrem eius animo, dolenter ferimus. Quam iterum atque iterum hortamur, ut causam hanc ad forum competens Illtas eius remittat, ne deterius aliquid si secus factum sit consequatur. Nam si Illtas eius, ita ut cepisse videtur, in agere contra hominem nostrum perrexerit: quid aliud quam nos quoque contra sententiam animi nostri facere compellet, ut occasiones quaeramus, per quas par pari referre nobis liceat.

Fibi forum erat competens, solucio porro facienda fuit

Instructio ad Illrem Principem dominum, Ioannem Marchionem Brandeburgense

Generoso Christophero Konarski data

Ill.me Princeps, et domine domine clementissime. Quae unis atque alteris lr̃is scripserat Ill.tas vr̃a de disiectis aggeri: bus suis tumulis, quibus fines erant terminati inter Ser.mi Principis mei, et Ill.tis vr̃ae ditiones, ea Ser.mus Princeps et dominus meus ita facta esse non probauit: ac si authores eius rei, qui fuerint, cognoscere potuisset debita in eos ani: maduersione usus esset. Caeterum nec illud probare potuit M.tas eius, quod qui non legittime disiecti fuerant aggeres eos Ill.tas vr̃a aeque non legittime non vocatis et assencientibus iis quorum intererat, instaurandos curauit. Facile credit M.tas eius quod scripsit Ill.tas vestra iisdem in locis instau: ratos esse, in quibus disiecti fuerant: sed legittime tamen id factum oportuit. Quamobrem ab utraque parte M.tas eius erratum esse videt, ac aequum censebat M.tas eius, quandoquidem prior ille error corrigi non poterat, saltem ut posterior corrigeretur. Et quos aggeres minus legit: time factos esse constabat, ij disijcerentur. Quoniam tamen cum Ill.te vr̃a res fuit cuius amicitiam Ser.mus Princeps meus fecit semper plurimi, significauit quidem suis litte: ris Ill.ti vr̃ae quid aequum esse iudicaret. Sed contra ta: men illius voluntatem fieri quicquam noluit. Factu: ra M.tas eius libenter ut Commissarios mittat sicut Il: l.tas vr̃a postulauit: dummodo de tempore inter M.tem eius et Ill.tem vestram conuenire possit. Hoc enim su: mmum semper fuit M.tis eius studium, ut omnes alios Prin: cipes Christianos, tum vr̃am Ill.tem inprimis, cuius fratri Ill.mo domino Ioachimo electori, filiam suam Charissimam in Matrimonium dedit, omnibus amici hominis officiis sibi deuinceret. Sed videt interea M.tas eius, quantum ipsa pacis et tranquillitatis ac amicitiae propagandae studiosa est: tantum laborare alios, ut pacem et tranquillitatem Christianam perturbent. Ex quorum

numero est Mgr quidam Ordinis, qui se nescio quid Iuris ha:
bere praetendit in terras Serenmi Principis mei Prussiae.
Quod optat Mtas domini mei, idem sperat fore, ut cogitata
ille non perficiat, et ab hoc suo tam parum Christiano institu:
to dimoveatur. Sed quia praemissa iacula minus nocere di:
cuntur, facit nihilominus omnia Mtas domini mei, ut si
quid facere praeter officium suum Mgr ille aggressus sit, et
ea quae sua non sunt, occupare animum induxerit, non eum
imparatis rem sibi esse sentiat. Quoniam vero fieri po:
test, ut per Illtis vrae ~~Regias~~ terras Mgr ille in terras
Mtis domini mei, si forte in suo parum Christiano instituto
persistiterit, invadere conetur, Petit Serenmus Rex meus
Illtem vram, ut memor necessitudinis, quae ipsi, atque Illmo
fratri ipsius cum Mte eius intercedit, non modo nihil ipsa
Mgro isti opis ferat: verum etiam, ut accessum per terras
illius habeat in terras Serenmi Regis mei ne permittat.
Fieri potest, ut sunt humani casus, ut ipsa quoque Illtas vra
aliquod non dissimile officii genus, a Mte domini mei po:
stulare aliquando opus habeat, tanquam ab eo rege, qui non
modo sanguinis illi necessitudine coniunctus est, verum etiam
terrarum vicinitate. Quae quidem vicinitas in propin:
qua amicitiae parte reputari solet, tanto id magis quasi iu:
re suo olim exigere poterit, quanto se nunc animo esse pro:
pensiorem in partes Mtis eius ostenderit. Cui grati Re:
gis officiis, officium hoc Illi vrae, per quamlibet occasionem
compensare studebit.

Palatinatus Valachie Consiliariis
Sigismundus primus Rex Polonie

GEnerosi syncere nobis dilecti. Allatus est ad nos Nuncius de morte Magci domini Petri Valachie Palatini vicini syncere nobis dilecti, quam pro humanitate doluimus. Etsi autem in memoria nos habere existimemus foedera in que nobis terra Valachie inravit, contra que Nuncius noster tam diu istuc retinetur: tamen eorum comonefaciendos vos putavimus. Quos hortamur detis operam, quo et Nuncius noster liber dimittatur, et cuius causa missus à nobis erat. Conuentus in finibus Regni nri et Palatinatus Valachie habeatur. In quo offensiones iste et iniurie mutue tolli et deleri possint, Jam quidem nos commissarios nostros ad diem festum Natiuitatis Marie proficisci in Camyenyecz iussimus, atque ibi eos qui ex Valachia mittentur, expectare. Quos quid in ea re facturi sitis, primo quoque tempore certiores reddetis. Coetera iste qui has reddet nomine nro refferet. Cui et plenam fidem habeant hortamur. Facturi nobis rem gratam. Datum Crac xii die Mensis Septembris. Anno Dni M. D. XLVI.

Legatio ab Helia Voievoda Valachorum ad regem Poloniæ Sigismundum primum missa. 1546

Cozan hanc dixit.

Tych przeszlych czassow byl Piothr Voiewoda ociecz Iliasow, i panem byl á theraß on vmarl, álie záśię ná mieysczé iego stal iest syn iego stárszy hospodarem ziemie Moldáwskiey zeznániá Czesarza Tureczkiego tedi iego Mć Ilias voiewodá poslal nas ku v.m. zeby go v.m. przyial, áby byl v.m. przyiácielem i samsiádem bliskim, iáko byl i ociecz hospodára mego, tak tesz Iliasz pan moy chcze v.m. być przyiácielem dobrim i samsiadem bliskim. i prosi v.m. iako przyiácielia swego stárszego i samsiáda bliskiego, áby bylo spokoynie iako postárá dawná bylo, iáko miedzy dwiema ziemnomá krzescyiánskimi, áby chodzili liudzie podoliane po ziemi hospodára mego dobrowolnie przesz zadnego hámowánia tárguyacz, a nászy livdzie tákiesz áby chodzili dobrowolnie w ziemi v. m. tárguyacz przesz zadnego hamowania.

Drugie tákiesz hospodár moy Iliasz Voiewodá kazal mi mowić v.m. ku swemu dobremu i láskáwemu i stárszemu przyiaczieliowi, abi poslal v.m. iednego ktorego swego paná postároste v.m. i ku ziemianom ktorzy máyą wsi i imięnia na gráni czách, áby przykazáli abo ze by wdziierzywáli ich, abÿ nyekrádli w ziemi hospodara mego.

To tesz hospodár moy Iliasz voiewodá poslal ná gránicze listy swoye do Stárost, áby zadny pan niedozwalial i wsciegal poddane swe, áby niechodzili krásć w ziemię v.k.m. ze hospodár moy chcze s waszą Mcią dobry pokoy i przyiacielstwo, tákiesz i s kroliem mlodym iakoß i s waszą Mcią.

Drugie tesz kazal mi v.m. mowić dliá Seymu, ze hospodár moy poslal

swoie pany na graniecze, pod Choczimem zeby bezymowali. bo hosspodar moy dzierzy rzecz czo w.m. myal s oyczem iego Piotrem Voiewoda, to mi kazal mowic v.m. milosciwy kroliv.

Drugie mi kazal mowic w.m. aby nieraczyl dziwic o posla w.m. ktory byl do oycza iego do Piotra Voiewody przyiechal ze Piotr Voiewoda ociecz iego dlia tego go byl zadzierzal za swe posly ktore sa pobili ktory byl naliepszy tam na smiercz vbit, a drugich porąbali, sluzebniki im wsitkhy pobloli, porabali, to Piotr Voiewoda wsytkho byl opuscil i chczial go odprawicz, boliesc go vderzyla powalil sie, vmarl. a hospodar moy Iliasz Voiewoda iego odprawil, i puscil dlia w.m. niema zadney szkody.

Responsum regis ad praecedentem legationem Palatini Valachie.

Iego krolewska milosc nasz milosciwi pan na poselstwo ktores przed iego. k. M^cia imienim pana Voyewody Voloskiego novego poviedzial ktore tesz w liscie pana Voyewodzinym opissane bylo, tak ci odpowiedziec raczyl roskazac.

Izes powiedzial smiercz Piotra Voyevody oycza pana twego. krol iego M. zalowac tego raczy. poniewasz byl panem krzescyanskim a s iego. k. M. wprzymnierzv dobrym a bliskim samsiadem, poddanym iego. k. M^ci. a panem Voyewodam, ktorymi sie przymierze obrazalo. a wsakosz iego krolewska. m. tak rozumie. isz by sie to wszitko bylo poddanym iego. k. M. vedlie przymierza przesz pana Voiewode nagrodzylo, a iz by sie byl przeciwko iego. k. m. i poddanym iego. k. m. zachowal.

Alie iz to iest rzecz powinna kazdemu vmrzeć, iego k. M. tym sie ciesżyc raczy, iz pan Iliász Voievoda na myeysczе oyczá swego godnie przesz poddáne iest podniesion. i zyczy mv tbego aby mv sczesliwie się wsytko ná tym páństwie nowym wodziło. i iest wdzieczen iego. k. mc tego wska: zánia i pissania pana Voyewodzinego. iz chcze bycz przyiacielem i dobrym sąmsiadem iego. k. Mci. wczym iesli pan Voyewoda vprzeymie się á státecznie zachować będzie, nie moze stego niez insego vrość iedno dobre i iego samego i poddányich iego, iedno by tbego niedbay strzegl, aby ty nayazdy i zlodzieystwa w páństwá iego. k. mci. a szko: dy poddanym iego Krolewskiey Mci s wolech się niedziały, ktore się przesz then czász za oycza iego działy.

Jego Krolewska Mc będzie tesz roskazać raczyl Starostom pogranicznym aby tbego pilnie strzegli, aby od poddanych iego. k. Mci niez takiego się nyedziało czo by było przeciw przymierzv, ktore iest miedzy zie: miani iego. k. Mci, a ziemią pana Voyewodzina.

A izby wsytki przyczyny nyeprzyiazni miedzi iego. k. Mcia poddanymi á pana Voyewodzynymi vstaly. Zda się iego. k. Mci za rzecz potrze: bną, aby Sziem spolny wedlie przymierza był dzierzan, na ktorym by wsytkich skod i krzywd nagrodzenie i porownanye było. I wdzię: czen iest tego iego. k. Mc iz pan Voiewoda on napominać iego k. Mc raczy. Alie iz czesto Seymy takowe za oycza pana Voyewodzinego skladany byly a nigdy skvtkv niebraly, a iego. k. Mc na nie rady swe od granicze odlieglé slać, kost wielki czynicz raczyl nyerad by tego iego. k. Mc widział, aby za pana Voyewody ktemv przysz miało, iz by predszy wtym postępek był, raczyl tę rzecz iego. k. Mc staro: stom swoim pogranicznym polieció, aby ony spolnie spanem Voyewodą czász Seymowy zlozyli, a iego. k. Mci oznaymili, za ktorych oznay: mieniem iego k. Mci Comissarze swoye poslacz będzie raczyl ku skon: czeniv tbych rzeczy ktore miedzy poddanymi iego. k. Mci i pana Voyewodzinymi nieprzyiazni mnoza.

Elias Voievoda Valachie
Sigismundo primo regi Polonie

Nayaśnieyszemu Sigmuntowi z bożey łaski Kroliowi Polskiemu, viel:
kiemu Xiędzu Litewskiemu, roskazuyączemu Pruskiemu, Szmucz:
kiemu Mazowieczkiemu, i inych, od Iwana Iliasza voyewody z bożey
M[ilości] hospodara wszythkiey ziemie Moldawskiey powolnie czołem byći,
abi v. k. m. raczył wdzięcznie przyiącz od powolnego przyiaćielia
waszei k. M[ości].

Przytym nayaśnieyszy Króliu vasza k. m. o tym by raczył wiedziecz,
że niemożym tego vyrozumieć ieśliż by to mogło być z roskazania
waszey k. m. przyiaćielia naszego łaszkawego, abowiem nayaśniey:
szy Króliu tych czassow niebarzo dawnych, wzięmi vaszey k. m.
Podolskiey, niewięmy czo za sprawcza mianuje się bycz synem ho:
spodarskim synem, zebrawszy się z służebniki pogranicznych panow
i z pospolitymi ludzmi ziemie vaszey k. m. przyiaćielia naszego
łaskawego, tak ich było wielie, iakoby wieczey niśli o dwie śćie
koni, y przyiechawszy w naszey Moldawskiey ziemie na sameyzgra:
nieczy, i wielkie nyepospolite szkody czynili sześć wsi na głowę s[t]woyo:
wali, chyba iedno domy poostawiali, i my to widząc takowe nie:
podobne rzeczy, kazaliszmy do Starost sprawcz waszey k. m. po:
granicznych pissać, i o tym posłaliszmy, żadali, i napominali, aby
ich miłość to opatrzyli, i roskazali tym to istym ktorzy tam byli,
aby ty szkody wroczone były. ich M[ość] panowie pogranicznii o to nicz
nyedbali. A tak nayaśnieyszy Króliu vaszey k. m. o to żądamy
iako naszego przyiaćielia łaskavego, iżby [..] wasza k. m. raczył

roskazacz do Starost pogranicznych pissac, iz by ich M[ci] tego doy:
rzeli i tego to istego ktorysie mieni byc hospodarskim synem, iz
bij on byl wydan nam, i tby wszytki szkody ktore v naszey ziemi
podzialane sa, abi wroczone byly, o to waszey k. m. przyiaciela nasze:
go zadamy, a my takiesz wedlie starodavnego przyiacielstwa i
miery swa k. m. i s ziemia waszey k. m. obczemi sie zachowac
i mieskac. Bo nayasnieyszy kroliu ziemia Moldawska iest
Czesarska, i wedlie dziadow i przedziadow naszych i oyczow
naszych poddana iest w naszych reku, abychmy tego wszytkiego do:
patrzyli. A tak iesli ze laski i przyiacielstwa waszey k. m. nie:
vyrzymy iz by to wyszey pissanie w naszych reku nie bylo i wsytki
skody wroczone nie byly, tedy by wasza k. M. nasz przyiaciel la:
skawy raczyl wiedziec iz my wiecey takowych krzywd cier:
piec nyemozym, i wbym do Czessarza iego M[ci] poslemy, tedy
ktore roskazanie od iego Czesarskiey M[ci] bedziemy miec tego
sie bedziem trzymacz, to by wasza krolieuska M. wiedzial.

Przytym tesz wsitkiego czo slowem ku waszey k. m. od nasz nasz sluga
Abraam Bamlonski pissarz bedzie mowic, abi wasza k. m. raczyl
iemu we wszytkim wierzycz, abowiem sa nasze istne a potrzebne
rzeczy. Przytym sie polieczam w laske waszey k. m. Pisan
w Jaskim mieste Grudnia dziewiatby dzien.

Legatio ab Elia Palatino Valachie
ad Sigismundum primum regem Polonie
Hanc obiuit Abraam Baniłowski 1546

Roskazanie hosspodara moyego Iliasza voyewody syna Piotra
voyewody niebosczyka naprzod ku Iego. K. M. wielkiemu hosspo-
daru krzescziyanskiemu.

Nayasnieyssy krolu hosspodar moy Iliass voyewoda przysłał
mię do waszey. K. M. zdrowie t. m. nawiedzic przyiacielia swe-
go starszego a milego. i potym mowic twoiey K. M. iz przyslych
czasow Milosciwy krolu stala się smierc oycza hosspodara mo-
yego Iliasa Voiewody Piotra voyevody niebosczyka. i na miey-
sczu iego stal Hosspodar Iliasz voyewoda ziemie Moldawskiei
z wolię Czessarza Tureczkiego. hosspodar moy temu by nierad,
alie to naiasnieyssy krolu grzechy hospodarow nasszych wtym
się dzieye. i czo byla wolia boza to się nad nami stalo. i napel-
nilo się nad hosspodarmi nasszymi, i nad nami. i nad nasząs
ziemią, tu iuze niemamy czo czynicz poki się nieumilosciwi bog
odyacz nasz od poganskiey ręki, alko nyeiaki hosspodar Krze-
sciyanski, iako by twoia kroliewska milosc nasz mogl zba-
wic od poganskiey ręki, tako aby byly ręcze i szablie naprze-
cziw poganskiey glowie i poganskiey ręcze. by byly hosspodaro-
wie krzesczyianski wespolek, tego moi hosspodar zada, i wszyt-
czy iego panowie wielczy i mali, i wsytka iego ziemia.

A tak nayasnieyszy kroliu hospodar moy Iliasz Voyewoda o tym daye wiedziecz twey krolewskiey M. iako przyiacielowi swemu starszemu milemu a milosciwemu a samsiadowi blizne: mu, iz iako stal hospodar moy Iliasz Voyewoda na hospodar: stwie ziemie Moldawskiey s wolią Chessarza Tureczkiego i przy: slal Chessarz swoiego iednego Basse nadewlasnego Capiczi Bassa, i chorągiew, przymiost i skofiyą przyslal hospodarowi moyemu. Themu by hospodar moy nierad, alie nasze grzechy nasz karaią. I ono wsedl niektory Voiewoda s ziemie twoiey. k.M. w ziemię ho: spodara moiego Iliasza Voyewody. Zebrawszy takowich lotrow iako i sam iest o kilka set koni, i wsedl w ziemie hospodara moyego, i vy: zal iz iego ziemia niebierze takowego lotra hospodarem sobie, a on posiedl, i hospodara mego ziemię voyowal Iliasza Voyewody. sesz wsi woyowal, i wsytko im pobral, i konie, i kobyly, swinie ow: cze, i wsytki ich szaty, takowy gwalt vczynil na hospodara mego. Ziemi nayasnieyszy kroliu ten Voyewoda ktory się czyni Voyewo: dą czo iest w ziemi twoiey Krolewskiei M. A on bil w ziemi hospo: dara mego Mlynarz czo czyniawal mlyn, i messobą wziol, i hetma: na i mytnika, ino nayasnieyszy kroliu tego mytnika poimal i na pal go kazano wbicz, ino za to prosi hospodar moy twoiey k.M. iako przyiaciela swego laskawego i starsego, aby tego nieprzyia: ciel ktory się nazywa synem hospodarskim, i miesza w ziemi two: iey. k.M. i stoi hospodarowi moyemu na gardlo s inszymi lotry iako i sam, aby byl wydan s ziemie twoiey krolewskiey Mci.

Nayasnieyszy kroliu hospodar moy Iliasz voyewoda i panowie rada iego hospodarskiey Mci temu się barszo dziwuią, s czyim roskazaniem takowe rzeczy się poczynaią i stroyą się, iako do tych czassow nie wychodzil niegdy Voyewoda s ziemie twoiey. k.M. i nie wstawal s ziemie krolewskiej, aby wal Voyewoda w Moldawskiey ziemi, a teraz nie wiem czo ma bycz. bo hospo: dar moy Iliasz Voyewoda chcze dzierzecz mir s twoią k.M.

dlia tego się mestrzeze hospodar moy od ziemie twoiey k. M. i
twoia krolewska M. i przodki hospodara mego Iliasza Voye:
wody. A therasz po temusz chcze się zachowacz Voyewoda
twoiey k. M. i kroliowi mlodemu, chcze miecz sobie za przyia:
ciela starszego milego a szamsiada blisnego.

Zatho nayasnieyszy kroliu hospodar moy Iliasz Voyewoda
prosszy twoiey k. M. aby thego lotra ktory się ozywa synem
hospodarskim, aby bylo iego widano hospodarowi moyemu,
i ty lotry ktorzy v niego szą. hetman i inszy lotrowie by byli
wydani czo szam sziim, i chodzą po graniczy, i wchodzą wzię:
mię hospodara moiego, i czynią, i stroyą vielkie rzeczy. i
zbytek czynią nad Hospodarem moym, i nad ziemią hosso:
dara moiego. Za tho hospodar moy Iliasz Voyewoda
pokornye prosi twoiey k. M.ci aby byly wydani, a podali by
ich themu ktoremu twoia k. M.c roskaszesz. Bo Milosciwy kro:
liu, hospodar moy Iliasz Voyewoda chcze się zachowacz
s twoiam k. M.cia, i chcze dzierszecz moczno przysięgą, iako
i thwoia k. M.c dzierzal i przodkowie hospodara mego, pote:
musz chcze hospodar moy, asz by się vmiloscziwil bog i twoja
k. M.c albo krol mlody syn twoiey k. M.czi, aby nasz vyial
s poganskich rąk. Zatho hospodar moy prosi waszey k. M.ci
wielmi pokornie, aby twoja k. M.c raczil poslacz swoich dwo:
rzan, abo komv twoya k. M. roskaszesz poyszcz na thy granicze
tych lotrow szukacz i poimacz, i podacz ich komv thwoya k. M.c
roskaszesz, aby tego Voyewoda czo się mieni i s iego druzyną
byliby wydani hospodarowi moyemv, Za tho hospodar moy po:
kornie prosi twoiey k. M.ci, aby ta smiya miechowala się wzię:
mi twoiey k. M. A iesli ta zmiya czo nastoi hospodarowi moye:
mv na gardlo się nyewyda, i tak będzie stroicz takowe gwal:
ty i rosboy na hospodara mego, i nad iego ziemią. hospodara
to ponyewoli, czlowiek i smiercz mvsi przyczierpiecz, kiedi iusz

takowe grzechy nasze kv takowey biedzie przymiosly, mvszi się
themv hospodar moy skarzyć na thego lotra czo iest w ziemi
twoiey. K. M. w czyich rękach iestesmy, i kto nasz dzierzy w swey
moczy, takomy roskazal mowicz kv twoiey. M. hospodar moy. A nі
do tych czassow hospodar moy komv się nie skorzyl, tylko twey
K. M. chcząc się zachowacz twoiey. K. M. iako przyiacielowi
swoyemv starszemv, a wielkiemv hospodarowi krzesciyanskie:
mv, a swoyemv milemv, i laskavemv a blisnemv sąmsiadowi.

A za drugie hospodar moy dawa wiedzieć twoiey Krolewskiey
Mci o pana Vlodka Starostę Kamyeniecz kiego iz zadney spra:
wiedliwosci nie czyni poddanym hospodara moyego, iako nisy Sta:
rostowie mieszkawali na zamkv wsytko, a ten Starosta wszytko
yezdzi po swoich dworzech, a na swoim mieyscy zostawia Podsta:
rosciego takowego zlodzieya iako i ci lotrowie czo się nazywaią
Voyewody, tamze się chowa, i inszy wszytczy zlodzyeie tamsię
thesz chowaią. Pokornie prosi hospodar moy twoiey. K. Mci. o spra:
wiedliwosć.

Za drugie proszę twey. K. Mci. o podstarosciego Lwowskiego iz
milosciwy kroliv tam nasz trzyma, po czterzy, po piąci, i po szesci
dni, i nie pusci nasz rychlo, i nye daye nąm staczyiey i przewodni:
kow kiedy idzim do wąsey Krolewskiey Milosci.

Responsum regis ad precedente legationem Valachicam

Jego Krolewska M. nasz Milosciwy pan wdzięcznie przyiąc raczyl poklon i powolnosc ktora przess cie posla swego ku iego k. m. pan Voyewoda wskazal, iego k. Mc zasię iemu laskawa przyiasn swa szmsieczka przescię wskazowac raczy, i wienczuye mu tego aby wthym panstwie na ktore po swego oycza pana Piotra Voyewody smierci wziet iest spokoynie dlugo zyl.

Trudnosci pana Voyewodzinych i obciązliwosci o ktorychess powiedzial iego k. Mci zalowacz raczy, ktore iz za dopusczenim boskimi idą, nielza iedno ie od pana Boga wdzięcznie przymowac.

O tym ktory się mieni bicz synem Voyewody Voloskiego, i Voyewodztwo ziemie Voloskiey sobie przywlascza, iego k. Mc wiedziec niez nieraczy, ani dotychmiast o tym sprawy zadney ma aby się wpanstwach iego k. m. przechowywac mial, i raczy tego iego k. Mc zalowac, iz takowe szkody iakie powiedasz wziemi pana Voyewodziney od niego dzieyą się. Gdyss iego k. Mc za tą powolnoscią i okazanim przyiacielskim, iakie za nowotku panstwa pana Voyewodzinego poznawa, i za tym przymierzym ktore przodkowie pana Voyewodzini, i oczecz i ziemia Voloska od iego k. m. mieli, strzecz tego pilnie raczy aby zadna przyczyna sruszenia tey przyiazni i przymierza spanstw iego k. Mci dana niebyla.

i gdzie by się czo takiego dzialo czo by szkodę a nieprzesspieczenstwo panu Voyewodzie i ziemi iego niesc mialo iego k. Mc bamowac to i ty ktorzy by się tego wazyli karac będzie raczyl.
A iz by to iego k. Mc skutbkiem ukazal, raczy s dworu swego czlowieka statecznego na granicze teraz poslac, aby się tych rzeczy o ktore się pan Voyewoda skarzy wywiedzial, i będzie raczyl iego k. M. srodze wszytkim swoim poddanym zakazacz aby tego ktory się mieni być Voyewodzieczem Voloskim zadny przechowywac nie smial: ani iemu tych nayazdow i skod w ziemi pana Voiewodziney s panstw iego k. Mci czinic pomagal. A gdzie by o to mianowicie ktorego poddanego iego k. Mci pan Voyewoda vymienic chcial, iego k. Mc s nim vedlie przymierza czynic będzie raczyl.

Prze[s] iego k. Mci. imieniem pana Voyewodzinym prosil, aby ten ktory się mieni byc synem hospodarskim i ci ktorzy przy nim sa panu Voyewodzie wydani byli. Iego k. Mc zatbomiec raczy iz pan Voyewoda za ten krotki czasz iako iest wzięty na Voyewocztwo, nyewywiedzial się tego, czo iest iego k. Mc iemu i ziemi iego wedlie przymierza powinien. ktorym to iest iasnie opissano, iz takowych skodnikow zobopolnie wydawacz nyemaya bycz sobie powinni: iedno tylko tego bronic a niedopusczac aby się w panstwach chowacz mieli: Czemu iego k. Mc czyniącz dosycz zakazac będzie raczyl, aby go nikt w panstwie iego k. Mci przechowywac nie smial: ani szkodzic i naiezdzac ziemie pana Voyewodziney niepomagal. A w tym iego k. Mc dosyc vczyni ktorego tak pilnie, iako przed tym czynil strzedz będzie raczyl, dokad by przyczyna yemu przesz pana Voyewodę dana nyebyla. Czego iego krolewska Mc nadziewac się po panu Voyewodzie nye raczy, poniewasz tak powolnie na poczatku panstwa swego przeciw iego k. Mci zachowywac się wczynie. sli nieodmiennie trwac będzie, nie moze to ineż insego iemu i

ziemi iego iedno wszytko dobre przyniesc.

Iz się pan voyewoda i rady iego, iakoś powiedział, dziwuya skąd by to było iż by miał voiewoda z ziemi iego k. M.ci wychodzić, gdysz to przed tym nigdy niebywało, aby z ziemie iego kroliewskiey M.ci pan Voyewoda valaski bywacz miał. Niedokończa się to zgadza z tym czoss na przodku imięnim pana Voyewodzinym powiedział. i aczkolwiek ten ktory się nyemi bycz Voyewoda, krom voliey i viedzęnia iego. k. M.ci to czyni, ani mu tego w panstwie swym iego k. M.c dopuscić będzie raczył. A wsakosz gdy na czassy dawnieysze, ktore iego k. M.c pamiętać raczy, pan voyewoda i rady iego wspomnią, niebenda się mieć czemu dziwować, a snać sami obaczą iż onych czassow nyemasz przecz ganić.

Iześ tesz imięnim pana Voyewodzinym przypominał, iż pan Voyewoda w tym przymierzu ktore oczieć iego i ziemia voloska z przodkow od iego k. M.ci i od przodkow iego k. M.ci ma stateczmie się i przyiacielskie przecziw iego k. M. i panstwam iego k. M. zachowacz obecze. vdzięcznie to iego k. M. od pana Voyewody przyimować raczy, i tym że tesz sposobem przeciwko iemu i ziemi iego zachowiwać się będzie raczył. czo aby pewniey vtwierdzono było, zda się iego k. M.ci za rzecz potrzebną, aby pan voyewoda przymierze to tak iako przodkowie iego i ociecz iego czynili, przisięgą swą vtwierdził. ktoremu iego k. M. będzie raczył posła swego posłać, gdi pan voyewoda volią swoyę i czasz na ktory by to być miało, iego k. M.ci przesz list albo przesz posła swego oznaymi.

Czo wskazal pan Voyewoda, isz gdzie by iego K. M. skod tych ktore by sie mialy dziacz s panstw iego K. Mci. bamowac nyerzaczyl, musialby sie kv czessarzowi iego Mci Tvreczkiemv vcieczc. To iego K. M. nierad slyszal, i zda sie to iego K. Mci bycz niepotrzebne a nyeprzystoyne wskazanie. Abowiem iego K. Mci. kazdemv sam: siadowi swemv, tylie ilie s przymierza iest powinien sprawiedli: wosc sam ssiebie czynic raczy, y strzeze tego pilnie, abi zadne: mv przyczyny niedal, isz by sie na iego K. M. slusnie skarzyc mial, a iako tego strzeze tak zasie nad povinowacztwo wyciskac na sobie niez niedopuszczi nikomv.

Czessarzem iego Mcia Tvreczkim takowa przyiazni iego K. Mc. miec raczy, iz mileda yakie powiesci szusye ye moga o ktorim to iego K. M. rozvmie, iz iakos sam ssiebie przyczyny obrazenia przyiazni i przymierza nikomv nyedawa, tak niewnet za czyia powiescia kv szvrczenyv iey sie skwapi. Tego K. M. sebuci sivej ktora ma przeciw panv Voyewodzie za iego powolienstwem kto: re przeczivi iego K. M. vhazvye, rad to vczynic bydzie raczyl, kolo tych skodnikow pana Voyewodzinych, czo nie obieczal, iedno tego pan Voyewoda wdzieczen od iego K. M. niechay ~~mi~~ bedzye, a o to sie stara aby s ziemie iego w panstwiech iego K. M. sie niedzialy, iakoss iego K. M. sprawvia iz by nyema: le nayazdy i zkody w panstwach iego K. Mci. dziac sie mialy, a yako szkod nagrodzenia od iego K. M. zada, tak aby sam ye tesz nagradzal.

Starosta Kamienieczki acz za volia iego K. M. s zamkv sz yez: dza w potrzebach iego K. M. i iego tesz wlasnych a wsakoss ma to roskazanie od iego K. Mci, aby ludzie stateczne a ktorzy by pospolitego pokoyv a dobrego sasiedztwa strzedz mieli, na swim

mieyscu zostawial. Jesli maczey czym iakoss to pan Voiewoda przesz cię wskazal, tedy by tego iego k. m. wdzięcznie od niego przyimowacz niaracżyl. i będzie raczyl iego K. M. temu kto: rego z dworu swego na pogranicze poslie roskazać, aby się tego wszytkiego wywiedzial, a iego k. Mci sprawę dal, za kto: rą iego. k. Mc będzie wiedzial iako to hamowacz i karać bę: dzie mial.

Podstarosćiemu Lwowskiemu roskazać będzie raczyl iego k. Mc. aby postow pana Voyewodzinych nyehamowal, a izby im wdzięcznosć iako postom przyiaćielskim okazo: wal.

ten akt nie na swoim miejscu położony

Magnifice sincere nobis dilecte. Intelleximus ex litteris Mag[nifi]ci Castellani Crac[oviensis] quidnam Valachus moliatur adversus nos, et diciones nostras, probaturque nobis ipsius consilium quod nobis perscripsit de supplemento praesidij eius, quod, quod tuam ipsius S. consilio in Podoliam conscribere et mittere iussimus. Cuius ipsius praesidii quoniam certum numerum S. tuae indicaverimus, factum est eo, quod cognitum non haberemus, quantum pecuniae ex publicis istis exactionibus, quae nuper decretae sunt confici, et quantum porro militum ad rationem eius pecuniae conscribi posset ~~potest~~. Id quod hactenus a S. tua cognoscere non potuimus, cum permultum nostra id scire interesset. Itaque ne nunc quidem supplementi, quo praesidia firmari volumus, modumque atque numerum praescribere possumus, sed utetur in eare S. tua dicti Mag[nifi]ci Castellani Crac[oviensis] consilio, quantumque militum ad priores illos, subducta ratione exactionum, commode adijci posse putabit, tantum adijciet, usque ad mille equites. Quam in re ne quid morae interveniat, acquiret aliunde S. tua pecuniam, vel a propinquioribus Exactoribus accipiet, et voluntati nostrae quoad fieri potest satisfaciet. In quo fecerit S. tua officium suum et nobis gratum. Quod attinet ad Samborzeczki, dedimus mandata ad iudicium, quatenus iuri consentaneum est. S. tua bene valeat. Vilne xiiij[a] Augusti Anno Domini M° D° xxxvj°. Regni n[ost]ri Anno xxx°.

Ad mandatum sacrae
Regiae M[aies]tatis proprium

250

Sigismundus primus Rex Polonie
Elie Palatino Valachie

Magnifice domine vicine syncere nobis dilecte. Reddi:
dit nobis S^tis vestrae litteras Abraam Banilowski, scri:
ba S^tis vestrae, in quibus graviter queritur, esse quendam
qui Palatini Valachie filium simulans, collecta non par:
va manu in regno nostro, terram Valachiae invaserit,
ac aliquot villis ingentem vastitatem intulerit. et cum S^tas
v(est)ra a finitimis praefectis nostris postulaverit, ut eos, qui
damna intulerunt ad resarcienda ea cogerent, nullam esse
postulatorum illius habitam rationem; addubitareque vi:
detur ne ea damna voluntate nostra facta sint. Petit de:
inde a nobis pro iure foederum, quae se observare scribit
velle, ut praefectis nostris finitimis mandaremus, darent
operam, quo hunc qui sibi Palatini nomen vendicat, comi:
tesque illius in potestatem redactas S^ti vestrae traderent;
ac damna quae ditioni S^tis vestrae illata sunt resarciren:
tur: quod nisi a nobis fiat, expressuram a se necessitatem
scribit, ut de his rebus apud potent^mum Caesarem Turca:
rum queratur. a quo quicquid mandatum illi fuerit, id se
secuturam. Postremo petit a nobis, ut Nuncio illius nomine
S^tis v(est)rae dicendi fides a nobis habeatur. Quod factum
a nobis est non gravatim, audivimusque eum benigne. sed
nihil tamen quod in litteris scriptum non esset attulit: ut
autem ad ea primum quae nos maxime moverunt S^ti
vestrae respondeamus. Miramur vehementer unde Sanc

de nobis opinionem concepit, ut an voluntate nostra damna ista, de quibus queritur, facta sint dubitare videatur. Ita enim hoc principio dominii sui Sitas vestra erga nos se gessit, ut illam amicitia nostra dignam iudicaremus: mandaverimusque omnibus finitimis praefectis nostris, caverent diligenter ne quam iustam de hominibus nostris querendi apud nos causam Stas vestra haberet. hominesque nostros ab inferendis damnis et iniuriis subditis Stis vestrae continerent. ac darent operam, ne qua in parte foedera, quae terra Valachiae à nobis regnoque nro habet, violarentur. Quare de nobis suspitionem hanc Stas vestra deponat, semper nos ea qua oportet religione foedera iureiurando nostro firmata, non Christianis modo sed et his qui a fide Christi sunt alieni, servavimus, nec ulli aliquando violandorum eorum dedimus occasionem. Si quid a nostris hominibus factum esset quo violari foedera viderentur corrigere id semper studuimus, neque unquam aliquis iure queri potuit. Quo magis molestum nobis accidit Stem vestram in litteris suis asscripsisse, nisi illi qui damna ista intulerit dedantur, nisi damna illata resarciantur, se apud potentmum Caesarem Turcarum questurum. Cum quo ea nobis intercedit amicitia ut non facile dirimi possit, in qua retinenda animum nostrum spectatum iam habet: neque si maxime Stas vestra de nobis apud illum questa fuerit, aliud illum a nobis postulaturum credimus, quam quod ex foederibus tenemur, et quod sponte facturi sumus. Ultra quae quod petere à nobis Stas vestra videtur non admodum miramur: cum fortassis angustia temporis quid ex foedere vicissim nobis teneamur cognoscere non potuerit. In quo illud diserte perscriptum est. Si quis ex Valachia in regnum nostrum profugus damna ex ditionibus nris in Valachiam inferre vellet. cum ne in ditionibus nris

esse patiremur, dedi vero eum necesse non esse. Quod sane fecimus non inuiti, misimusque iam in fines regni nostri Aulicum nostrum hominem spectatae virtutis et fidei, cui dedimus negotium ut de homine isto qui sibi Palatini Valachiae nomen vendicat diligenter inquireret, inuentumque regno et dominijs nostris excedere iuberet, ac mandaret omnibus finitimis populis ne quis eum domum suam reciperet aut auxilio iuuare audeat: qui contra facere ausus fuerit, in eum nos secundum leges regni nostri animaduersuros esse. Praefectis quoque nostris finitimis mandabimus, ut in prohibendis eiusmodi incursionibus ex ditionibus nostris in terram S^tis vestrae diligentiores sint: et in administranda iustitia S^ti vestrae subditisque illius promptiores. Quod si nominatim aliquem accusare apud nos S^tas vestra voluerit, id illi semper licebit: nos vero cognita causa id quod ex foederibus tenemur, quod iustum fuerit de eo statuemus, omniaque a nobis in S^tem vestram proficiscentur quae ad conseruandam amicitiam pertinere putabimus. Quae q diligenter se obseruaturam promittit, est nobis gratissimum: gratius etiam futurum si ea ipsa foedera iureiurando, quod et pater et maiores illius fecerunt firmauerit, ad quam rem libenter Nuncium nostrum missuri sumus, si modo de voluntate sua certiores nos fecerit. Caetera referet Nuncius Ser^tis vrae Abraam Balinowski, quem benigne a nobis habitum ad illam saluum remittimus. Cupimus S^tem vestram bene valere. Datum Cracoviae ultima die Mensis Decembris. 1546. Regni 40.

Sigismundus primus Rex Polonie
Sigismundo Augusto Regi iuniori

SERme etc. Quo in statu sint res Serenissime domine Regine Hungarie, filie nostre charissime, ex litteris illius Mtas vestra cognoscet. Cui nos pro paterno nostro animo subvenire cupimus. Sed subueniendi rationem aliam non reperimus, quam ut Nuncium nostrum ad Monachum mittamus, Per quem, ipsum ab instituto suo deterrere, et ad officium reuocare conemur. Nam ut per vim aliquid agamus misso exercitu, per foedera, que cum Caesare Turcarum nobis intercedunt licere non videtur. Pecuniam autem si mitteremus, qua ipsa Serenissima nostra filia Milites conscriberet, aut eos qui stant a Monacho ad defectionem sollicitaret, fortasse penis exhausti nos essemus essemus, quam esset a Mte illius aliquid profectum, et qui pecunia corrupti a Monacho desciuissent, ij cum Serenissimam nostram filiam exhaustam viderent, ad eum unde desciuerant facile redirent. Tum etiam periculum foret ne Monachus extrema tentaret, neque minus Regno Hungarie incommodi adferret quam alter Monachus Germanie. Proinde visum est nobis, quietioribus consiliis primum uti. Que si non profecerint, tum alia via rem adgredi necesse erit. A Mte vero vestra postulamus, qua et ipsa ne desit sorori sue, et saltem litteras det Nuncio

nostro in eandem Sententiam scriptas, ut nostro nomine dictu-
rus est. Quarum exemplum M^ti vestrae mittimus, ut si
placuerint ita ut scripta sunt subscribat. Sin aliud illi po-
cius visum erit, suo iudicio addat, minuat, mutet, que
vult. Neque enim vrae M^ti prescriptum aliquid esse vo-
lumus. Rem nobis gratam, et fraterna pietate dignam
fecerit. Datum Crac. xviij Septembris. M^o. D^o. xlvi.

Sigismundus Augustus Rex Poloniae
Georgio Episcopo Varadiensi

Etsi longius absumus a Ser.ma domina Hungariae regina sorore nostra charissima, pro nostro tamen erga M.tem illius fraterno animo de statu illius diligenter inquiximus, et quo in loco sint rationes eius, certiores fieri studemus. Quas eo loco esse accepimus, ut nulla prope dignitatis eius ratio habeatur, maligneque omnia suppeditentur quae ad statum illius Regium tuendum sunt necessaria: quin etiam quae ipsius propria sunt ea per vim eripiantur. Id si fieret ab ijs qui se professo hostes sunt, minus miraremur: sed fit per eos de quibus Ser.mus olim D. Joannes Hungariae Rex affinis noster char.mus firmiter sibi persuaserat, quod in tuendis Ser.mae olim coniugis suae sororis nostrae charissimae rationibus summa fide futuri essent et constantia. Atque ut nulla circumitione usi, id quod sentimus P.ti vestrae scribamus, rebus omnibus diligenter exploratis ipsam esse P.tem vram accepimus, quae dulcissimam sororem nostram magnis afficit iniurijs, quae illi detrahit, ad se vero sevocat plurima, quae per vim etiam oppida illi eripit, quemadmodum de oppido Szassel factum accepimus. Cuius rei causam cum diligenter scissitati essemus, non tam quod illius M.ti male velit, factum id esse accepimus, quam quod, quae regnis omnibus exitio semper fuere, cum spectabili et Mag.co Piotrowicz simultates gerat. contra quem dum firmare suas opes studet, sibi nihil non vendicat cum summo Ser.mae sororis nrae detrimento. Quod quo Iure P.tas vestra faciat non videmus. Nam quod post

Budam captam reliquum fuit Hungariæ id à Cæsarea M^te non alij traditum est q^3 Ser^mæ sorori nepotiq^3 ex ea nostro: vestra verò P^tas adiuncta illi est tanq^3 administer et eius partis quæ relicta est Procurator. Non vt ipsa occuparet quæ vellet: vt sibi regni fructus vsurparet, vt eos in rem suam verteret, sed vt eos omnes M^ti Reginali redderet: ac quibus: cunq^3 rebus opus haberet, de ijs illi pro eo vt dignitas eius postulat provideret. secus si facit P^tas. vestra, officio suo non satisfacit.

Non existimet P^tas vestra Ser^mo domino parenti nostro et nobis vna, vel animum deeße vel etiam facultates, quibus M^ti reginali prospicere poßimus. Est, DEO sit gratiá, vn: de id facere liceat. Neq^3 aut paterna M^tás sui, aut nos fra: terni nostri officij sumus obliti. nisi quod veritus est vterq^3 nostrum, ne quid Reipublicæ Christianæ detrimenti afferre: mus. si Ser^mæ dominæ Reginæ Hungariæ ratiónes in tuto collocare conati eßemus. Pridem illam nobis licuit ex ijs in quibus versatur periculis eripere et in regnum nostrum traducere. vbi pro sua dignitate tractari poßet, verum si id à nobis factum esset, afflicti Hungariæ regni reliquias in summum discrimen adductas iri videbamus: quas occupa: turus fuißet alius proculdubio, si eas a M^te reginali fi: lióq^3 eius quasi pro derelictis haberi animadvertisset. Huius rei metu in ijs angustijs et difficultatibus hactenus M^tem eius versari paßi sumus. Maluimus enim illius periculo saluas esse, q^3 illa salua periclitari Hungariæ reliquias. Sed si non alia Ser^mæ reginæ filijq^3 eius ra: tio habebitur, nobis ratiô non deerit, qua vna cum Ser^mo domino parente dignitati eius et securitati consulamus. Quare P^tem vestram hortamur, vt ne propter privatas inimicitias suas Ser^mæ Sorori nostræ aliquid incommo: det. sed simultates has Reipublicæ potius et tempori cóndonet.

atque ita, ut Christianum facere par est, cum Spectabili et Mag.co Petrowicz in gratiam redeat, et cum illo una de tuenda dignitate Ser.mae dominae reginae filiique eius sit solicita. Nam si non aliter eam haberi à P.te vestra acceperimus, quam adhuc habita esse dicitur, ferre id nulla ratione poterimus. Nunc P.tem vestram clementer hortari, et officium suum Ser.mae sorori nostrae praestet, volumus, sed si benignitate nostra parum nobis profici cognoverimus, cognoscet P.tas v.ra neque animum neque rationes nobis deesse ad charissimae sororis nostrae iniurias vindicandas.

Sigismundus primus Rex Polonie
Isabelle Regine Hungarie

Serma. Ex Nuncio nostro quem ad Mtem vestram misimus Venerabili Alexandro, Vilnen, Sandomirien et Varschevien Canico, Mtas vestra cognoscet quod nos omni ope nostra Mtem vestram adiutam cupimus, ita ut neque auxilium neque consilium nostrum sit illi defuturum. Sed quod à nobis postulat, ut ne verbis neve litteris agamus, sed authoritatem nostram Regiam interponamus, id ex eo ipso intelliget facere nobis non licere. Non quod gravemur aut sumptus aliquos facere aut pericula adire propter Mtem vestram; sed quod federibus id facere prohibemur. Dolet nobis ita agere cum Mte vestra do: Thesaurarium; Sed nos tamen, quamvis ad eum severiora mandata dederimus, censemus inhibuimus, ut adhuc periculum faciat Mtas vestra, si quid contra eum benignitate proficere possit; ac omni ratione adiungere sibi eum pocius quam alienare à se conetur. Nihilominus tamen ea quae sunt Mtis vestrae, maxima vero Castra et Opida in quibus dos inscripta est et obligata, ab eo repetat. Quae vero sunt Illmi filii Mtis vestrae hereditaria, ea si ita visum est repetat, neque tamen graviter urgeat. Nam cum filij Mtis vestrae cura, per Caesarem Turcarum Do: Thesaurario commissa sit; faciendum nobis non videtur, ut instet vehementius quo honorem ipsius hereditariorum

possessionem vestrae M^ti tradat. Hoc tamen M^tas vestra ab eo postulet, ut M^ti vestrae singulis annis rationem reddat accepti et expensi. Ut scire possit in quas usus Ill^mi filii proventus conversi sint. Quod vero pecunia solicitandos putat eos, qui domino Thesaurario sunt additi, nobis non probatur. Neque enim satis firmum eam in re praesidium est. Redibunt yidem illi ad ingenium post[ra]. Poterit autem illis M^tas vestra gratiam suam promittere, quod sit eos Praefecturis aut dignitatibus ornatura. Quodque verbis promiserit, id suo tempore, cum dignitatem obtinuerit, re praestare. Sed si aliis rationibus proficere se non posse viderit, apud Caesarem Turcarum de eo queratur, et ex Bassebis aliquem liberalitate sibi sua deliniat; quod facere Do. Thesaurarius dicitur. Nos quoque Nuncio nostro ad Caesarem Turcarum mandata dabimus, ut de Statu M^tis v[est]rae cum illo agat, ac dignitati illius omnibus modis providere curet. Quem quo itinere simus missuri, nondum constitutum habemus. Si per Valachiam profectus sit, l[ite]ris suis M^tas vestra quid fieri velit, significabit. Si vero per Transylvaniam coram illum instruet.

Oratori Regis Gallorum
apud Caesarem Thurcarum

Magce Syncere nobis dilecte. Cum Nuncius isthinc noster
ad nos reuersus esset, singularem erga se humanitatem S.
tuae, mirifice praedicauit. De qua agimus S. tuae gratias.
Quodque illi benigne factum est, nobis id esse factum in
terpretamur. Facit autem studium istud in nos S. tuae,
vt aliquid ei oneris imponere non dubitemus. Quod vt
nostra causa suscipere ne grauetur à S. tua magnopere postu:
lamus. Missus est a nobis Nuncius noster, vt persuaderet
Serenmo Potentiss. Turcarum Caesari, ne sibi vendicare
vellet arcem Becz: quae ad Transyluaniam, quod Serma
filia nostra possidet Regnum pertinet. Sed nullis Mtas
eius rationibus adduci potuit, vt nostrae huic peticiòni locum
daret. Quoniam vero Arx haec in ipsis est faucibus Transyl:
uaniae non possumus non esse solliciti, si in illius possessionem
Turci venerint, ne cum Hungaris aliquando cõmitantur,
neue sedicio existat eiusmodi, quae iustum etiam bellum
excitare possit. Quod periculum vt effugere liceat a S. tua
postulamus, vt operam suam apud Caesaream Mtem inter:
ponat. Si non patitur eam Arcem esse in Serenissimae filiae
nostrae potestati, saltem hoc nostris precibus vt det, vt ne
semen aliquod belli extet, bona illius cum venia, demolli:
ri eam, et solo equare liceat. Rem fecerit nobis vehemen:
ter gratam, et qua sibi voluntatem nostram plurimum de:
merebitur. Crac. XXVI Marcij M. D. XLvj.

Sigismundus primus Rex Polonię
Paulo Papę Tercio

Reversus ad me Nuncius quem ad San^tem^ vestram legaveram, reddidit mihi San^tis^ vestrae litteras, quibus minime vulgarem animi propensionem erga me et Ser^mum^ filium meum, ac regna et ditiones vtriusque nostrum declarat: atque ea nobis omnia prolixe defert, quae à beneuolentissimo patre obsequentes filii sperare possint et expectare. Simul etiam narrauit mihi se acceptum isthic esse perhumaniter atque ita dimissum, vt quibus de rebus a me missus fuit, eae fuit ex animi mei sententia confectae. Nam et nominationes ac Subrogationes Eporum per me factas ratas habere atque authoritate sua Apostolica confirmare, et caetera de quibus ei fuit per me supplicatum concedere liberaliter est dignata. Quibus nominibus ago San^ti^ vestrae ingentes gratias multumque illi me debere profiteor: enitar omni studio vt me gratum praestem et memorem. Quamque de constanti mea fide et obseruancia erga se sanctamque sedem istam Apostolicam San^tas^ vestra opinionem concepit, eam vt non modo aequasse, verum etiam superasse videar, modis omnibus contendam.

Hortatus vna est me Nuncius iste meus nomine San^tis^ vestrae, vt cum ipsi mihi per affectam, et aetatem meam et valitudinem venire non liceat, saltem Legatos designem qui ad Concilium proficiscantur, quod est Tridenti in spiritusancto

congregatum. Neque vero dubito quin teneat memoria Sanctitas vestra, quanta contentione saepe actum per me sit et Sanctitati vestrae supplicatum, ut concilium hoc citra ullam prorogationem ulteriorem primo quoque tempore congregandum curaret. Nam si cuius alterius, mea quoque et regni ditionumque mearum plurimum interest, ut religionis hoc dissidium tandem aliquando tollatur: serpit enim in dies malum hoc longius, ut ei obviam venire sit perdifficile. Quamobrem quod mihi Sanctitas vestra mandare dignatur, id summa animi mei alacritate faciam: nisi quod ea me res nonnihil est retardata, quod qui priores eo loco sunt ubi Concilium habetur: eos neque ipsos venisse, neque legatos adhuc suos misisse audio. Quin et dubitari de his qui concilio huic congregando causam praecipue dedisse videntur, num sint ad Concilium profecturi. quae tamen res nihil movet animum meum: simul ut alios catholicos Principes Legatos ad Concilium suum misisse cognovero, non committam ut in me mora sit ulla. Quae ad catholicam fidem a maioribus nostris per manus nobis traditam, integram et inviolatam conservandam, quae ad tuendam sanctae sedis Apostolicae dignitatem pertinebunt, ea mihi curae futura sunt maximae. Nam in ecclesia et pro Ecclesia, si usus sit, mori mihi prorsus est deliberatum. Ecclesiam autem aliam non agnosco, quam cui praeest Sanctitas vestra, quem indubitatum esse Christi vicarium et legittimum Petri successorem profiteor.

Caeterum supplicat iampridem Sanctitati vestrae Reverendissimus in Christo pater dominus Samuel Episcopus Cracoviensis et Regni mei Procancellarius, ut habere possit facultatem in mensibus Sanctitatis vestrae vacantia sacerdotia conferendi. Quam ut ei concedere ne gravetur, et ipse Sanctitati

vestrae supplico. nam cum vir bonus et prudens atque acri iudicio sit praeditus, fieri non potest quin sui similes viros, bonos et prudentes atque excellenti doctrina praeditos, in quos prae ceteris singulari quadam suae voluntatis inclinatione propendet, augendos et ornandos sacerdotiis procuret. quamobrem non ipsi modo S^tas vestra rem gratam fecerit, sed et ecclesiae totique Dioecesi huic praeclare consuluerit, ac me quoque sibi beneficio hoc suo devinxerit.

Est et aliud quod petam à San^te vestra. Datus ab illa est regno meo Protector R^mus do. Alexander de Fransio sancti Laurentii in Damaso Cardinalis nepos vestrae San^tis quem ob eximias quibus praeditus est virtutes, et quod eum singulari in me studio esse cognovi, amo plurimum, et ex eo protectore mihi dato maiorem indies voluptatem capio. Quoniam vero Advocatus mihi deest: et est mihi probitas, doctrina, et propensa quaedam in Dominos meos voluntas Venerabilis Bernardini Maphei qui est a secretis San^ti vestrae plurimum commendata, quandoquidem eo Advocato uti non licet propter alias graviores curas quibus est implicatus, visum est et fratrem illius dari mihi Advocatum petere, Venerabilem Achillem Maphaeum Advocatum Consistorialem et Canonicum sancti Joannis Lateranensis, quod eum non esse fratris dissimilem persuasum habeam. hunc itaque ut regni mei Advocatum designet San^ti vestra supplico. Poenitenciarium autem constituere dignetur honorabilem Simonem à Caliss. is enim

inibi tanquam ad id munus prae caeteris idoneus com:
mendatur. Datum Cracoviae XVIa Maij.
Anno MoDo XLVJo.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Ferdinando Romanorum Regi

SERme etc. Binas eodem tempore Mtis vestrae lras
accepimus. Quarum vnis postulat a nobis, vt interdictum
nostrum de mercibus per nostros homines in Hunga:
riam importandis sublatum velimus. Alteris agit gra:
tias, quod causas iniuriarum, quas Orator noster a Magi:
stratu Ciuitatis Epperiensis acceperat, ipsi Mti vrae iudi:
candam permiserimus. Ac primum quidem illud Mtem
vestram scire volumus, graues causas fuisse, quamobrem
commertio cum Hungaris nostris hominibus interdixeri:
mus. Nam quoties eo proficiscebantur, nunquam nisi one:
rati multis iniurijs reuersi sunt. Ex quibus veriti ne
maius aliquando oriretur incendium, arcendos nros
potius duximus, ne ipsi se cum mercibus in Hungariam
conferrent. Sed quando hoc a nobis tantopere Mtas vra
postulat, faciemus in gratiam illius non inuiti, vt interdi:
ctum hoc nostrum abrogemus, ita vt abrogandum om:
nino decreuerimus, dummodo Mtas vra prouideat, vt
citra periculum nostris in Hungariae Regno negociari li:
ceat. Nam si ijsdem quibus antea fuerint iniurijs oppor:
tuni: verendum est ne eo res recidat, vt multo satius fu:
isse videatur nunquam interdictum hoc nostrum esse abrogatum.

Porro quod M^ti V^rae disceptandum causam Oratoris n^ri de iniuriis permisimus, fecimus et hoc libenter in gratiam illius, q^d de propensa V^rae M^tis in nos voluntate nobis pollicemur, habituram eam esse nostrae dignitatis ratio: nem quae magis etiam laesa est per Casparum Scheredi, qui non Servitores modo, sed ipsum Nuncium nostrum Generosum Nicolaum Claysti ausus est violare. Quam: obrem non Epperiensibus modo, sed ipsi etiam Caspari Scheredi M^tas vestra diem dicet. Ac nos vna de die deq^z loco, ad quem nostros mittamus, certiores reddet, Nec du: bitamus quin talem in hac se causa sit praestitura, vt vi: cem nostram non minus doleat, neq^z minus vlciscatur, q^z si eadem ista ipsi M^ti V^rae accidissent, Hoc de vestrae M^tis erga nos beneuolencia, illius animum ex nostro metiti, fir: miter nobis persuademus. Dat^s Piotrcouiae die xvij Marcij. M^o. D^o. xlvj^o.

Responsum datum domino Lango Oratori Regis Romanorum Crac. 20 Iunii 1546

Tenet memoria sacra Mtas Regia dominus noster cle:
mentissimus, saepe secum actum esse per Oratores Sere:
nissimi domini Ferdinandi Regis Romanorum, fratris
et consanguinei sui charissimi, de edicto, non exportanda:
rum e Regno in Slesiam per homines Mtis eius mercium,
abrogando. Caeterum quae res impedimento fuerit, q in hunc
usque diem, tam ardenti desyderio Regiae Romanorum
Mtis satisfactum non est, Dom vestra pluribus commemora:
re necesse non est. Quod si verum fateri volet, volet aut pro:
culdubio, pro eo ut boni viri postulat officium, confiteatur
oportet, penes quemuis alium potius, quam penes Regiam
Sanc Mtem, non abrogati adhuc edicti huius culpam resi:
dere. Ad omnes enim concordiae vias facilem sese et pro:
pensum semper animum Regia Mtas Sua declaravit. Cum
ita conuenisset inter Regiam Romanorum et Sanc Mtes,
ut certi Iudices ab utraque Mte ad cognoscendum de iniuriis
et damnis datis delegarentur: misit suos ilico Mtas Sua ad
diem constitutam, Wschonam primum, deinde Glogoniam. Quid
utroque in loco decretum fuerit, quandoquidem praesens affuit
Dntio vestra meminit proculdubio. Sed neque eorum oblita
est, quae hac ipsa in causa Piotrkoviae acta fuerunt. Nam
qui fuerunt a Regia Rom Mte Oratores insignes missi

hijs condiciones erant huiusmodi propositæ ut facile in eis
acquiescerent, quod eas æquissimas iudicarent; nisi quod refe:
rendum esse prius ad Serenissimum Regem et dominu[m]
suum censebant, q[uam] certi aliquid statuissent. A cuius Mte
responsum fuit allatum, q Iudices rursus delegari vellet;
qui ceptas controversias ad fines perducerent. Pro eo studio
quo est Mtas hæc Regia in gratificando Mti illius, non
modo assensa est alacri animo; sed iam etiam primarios
Consiliarios suos legaverat anno proximo anno proximo
superiore, qui cum Consiliarijs et delegatis Regiæ Romano:
rum Mtis reliqua perficere conarentur, cum subito sunt
lræ a Mte illius allatæ, q ad constitutum tempus et locu[m]
suos mittere nequaq[uam] possit. Ita ex medio cursu nonnul:
li ex hijs, qui erant a Regia hac Mte designati, fuerunt
revocati, et qui sumptus in eos fuit factus non medio:
cris periit. Ex eo tempore nihil actum est præter id quod
nunc affert D. vra. Non potest autem non probare Mtas
hæc Regia diligentiam hanc illius Mtis in facinorosis homi:
nibus conquirendis, qui edicto huic præcipuam causam de:
derunt. Quorum etsi princeps abest, collegas tamen illius
comprehensos esse, gratum est Mti Regiæ. Sed quæ in
Comicijs Piotrconiensibus acta sunt, quomodo dimissi fuerunt
Oratores Regiæ Romanoru[m] Mtis, non excidit fortassis
ex memoria D. vestræ, quæ tum præsens affuit. Illud enim
in primis convenerat, q de quibus pecuniaru[m] summis de:
creta Iudicum ab utraq[ue] Mte delegatorum in oppido nostro
Visbonen[si] intercesserunt, hæ numerarentur. Quæ decreta
præsente tum Visboni D. vra conscripta fuerant, atq[ue]
decreta pecunia ita tum certa esse dicebatur, ut nihil
nostris de ea dubitandum esset, q etiam numerata iam fuisse
ferebatur, ita ut nullus alius q[uam] accipiendi eam labor no:
stris restaret, q eam repræsentari parati essent dummodo

edictum istud per nos abrogaretur. Hec decreta et pollicitationes si non intercessissent, eas quas tulit condiciones D°. vestra nomine Serenissimi Regis et domini sui, fortasse Maiestas Sacra Regia repudiatura non fuisset. Nunc autem aliud non postulat quam quod Jus dictat et ratio, ut decretorum fiat executio, ut ad eorum verba conferantur, ut summe debite hoc est xxij millia numerentur. Quibus ita ut decretum et promissum est numeratis, aperta erit omnibus in Slesiam via. Neque enim sanguinem cuiusquam sitit Maiestas Sacra Regia, sed qui damna passi sunt, hijs ea sarciri postulat, neque ab eo quod semel est legittime decretum, sibi recedendum esse putat.

Quod vero secundo loco postulavit D°. vestra designari Comissarios ad fines regundos. Sacra Maiestas Regia lubens faceret, que cupit omnes litium occasiones precidi et mutuam benevolentiam tum inter illius et suam Maiestatem, tum inter subditos utriusque non modo retineri, verumeciam augeri modis omnibus et amplificari. Ea tamen lege et condicione, ut qui constituti iam sunt fines, de hijs nulla fiat nova disceptacio; sed si qui nondum sunt terminati, de ijs Comissariorum Judicio secundum Juris formam statuatur.

Neque vero gratias agi sibi vult de eo, quod apud Serenissimum filium suum de parapfernis restituendis laboravit. fecit enim id pro officio, Factura deinceps eciam omnia, ut cognoscat Maiestas eius quam opinionem concepit de animo Maiestatis huius in se profensissimo, eam se minime fefellisse: sed cogitaciones etiam suas superatas esse.

Sigismundus primus Rex Polonie
Ferdinando Regi Romanorum

SERme etc. Accepimus litteras Maiestatis vestrae quibus scribit quo consilio miserit ad nos Venerabilem et Egregium virum Joannem Langum Legum Doctorem Consiliarium suum, et per eum de tribus istis captis, qui praedo nostrorum socii fuerant et adiutores, certiores nos reddiderit. gratum nobis est studium hoc vestrae Maiestatis in providendo ne quid in Dicionibus eius nostri homines detrimenti capiant: neque possumus non probare tam prudens hoc et pium vestrae Maiestatis consilium. Sed magis etiam illud nobis probatur, quod praestat in sentencia. ut quae Wsrbowe, Piotrconie, et Calgonie decreta et conclusa iam sunt et determinata, ea debite exequutioni mandentur. hoc enim si factum sit, causa nulla erit cur non fiant omnia quae tot legatis mittendis a nobis Maiestas vestra postulavit. Nam et certe sumus, qui Maiestati vestrae in omnibus gratificari semper cupimus, quatenus id cum utriusque nostrum dignitate fieri possit. Caeterum quod nulla decretorum sit exequutio, in eo non nostra magis quam vestrae Maiestatis dignitas leditur. Neque enim a nostris modo verum et a vestrae Maiestatis Comissariis decreta ista lata sunt vestrae Maiestatis authoritate, quae non maximi fieri videtur, si decretis illius non paretur. Nos eorum qui capti sunt sanguinem non sitimus. Decretorum tamen exequutionem fieri et iuxta illa nostris hominibus satisfieri cupimus. Si quid contra nostros decretum est, facile eos adacturi, ut et ipsi iudicatum faciant. Sed si rei iudicatae nulla erit execucio, ipsa

secum expendat Mtas vestra, quis usus sit futurus Iudi:
cum iterum delegandorum. Nolumus male ominari: sed
metuimus certe, ne utriusque nostrum et oleum, quodaiunt,
et opera pereat. Nos tamen quin denuo designentur Iu:
dices Comissarii, qui Glogoviam se conferant, non recusa:
mus, Sed certe neque vrae Mtis, neque nostrae dignitatis erit,
perpetuo iudicare, nunquam exequi, videbitur negotium non serio
agi, neque dubitandum est, quin progressum in ijs causis nullum
non sint, nisi prius rerum per utriusque nostrum Comissarios prius
iudicatarum facta sit executio. Quamobrem si mitti per
nos Comissarios nros Mtas vestra cupit, cuius nos volunta:
ti libenter obsequemur, det operam ut ante omnia parata sit
executio rerum iam iudicatarum. Deinde de ijs que restant,
iudicia exerceantur. Sed illud tamen Mtem vestram latere
nolumus, quod ad tempus per illam designatum, nros Comissa:
rios nulla ratione mittere possumus, nam sub id ipsum
tempus Comicia sumus habituri: a quibus tot senatores
et Consiliarios Regni nri abesse fas non erit. Quamo:
brem alium diem constituat, quo possint, peractis Regni
nostri Comicijs, Glogoviam Comissarii nri proficisci. Nos
pro fraterno nro animo facturi sumus omnia, quae ad reti:
nendam vel augendam pacem non modo inter nos, verum
etiam inter subditos utriusque nostrum coniunctionem mu:
tuam pertinere videbuntur. Verum illud Mtem ve:
stram petimus, ut sue et nostre dignitati consulere digneturˌ
ne decreta utriusque nostrum authoritate lata, ludibrio haber
antur: sed eorum debita fiat executio. Datum Cracovie
penultima Mensis Septembris, Anno dni M. D. xlvj.

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Sigismundo Augusto regi Poloniæ iuniori

SERmæ. etc. Eorum, qui sunt in finibus, lr̃is facti sumus certiores, q Tartari in magnum ducatum nr̃um irruperint, et ingentem hominum, pecorumq₃ vim abegerint, ac incolumes rebus etiam suis saluis ad suos sunt reuersi. Quorum qui duces fuerint, eorum etiam nomina conscripta habemus. Miramur a Mte vr̃a nihil ea de re nobis esse præscriptum. Sed et illud aiũt exploratores nostri, multo maiores eorum copias esse nunc in procinctu. In Regnum ne, an in magnũ Ducatum inuadere cogitent, certi nihil habemus. Quamobrem Mtem vr̃am hortamur, vt istic in finibus prouideat, qua arceri ab illis possunt. Quod nos quoq₃ in Regni nr̃i finibus prouidere conabimur. Quoniam vero decuplo maiora damna iam intulisse nostris Tartari feruntur, q̃₃ quanta proximo superiore anno à nostris acceperunt, visum est nobis mittere Nuncium nostrum ad Cesarem Turcarum, atq₃ ab eo postulare, quandoquidem qui eorum magis insignes sunt nomĩa conscripta habemus, vt poenas ab eis exigat, simul et damna quæ nostris hominibus illata sunt, sarcienda curet. Quare a Mte vestra postulamus, vt inquiri diligenter iubeat, qui damna passi sunt, et quanta, et quibus in rebus. Ita tamen vt vera sit narratio, cum ea aliquem narrasse, quam quantũ damni accepit,

ei nulla fiat compensatio. Puderet enim nos, si plus peteremus nostros homines Caesar Turcarum animadverteret, quam eis deberetur. Nollemus idem, hic quod solet in Cittacionibus fieri. Cogitantibus aūt nobis quem ad Caesarem Turcarum mitteremus, visus est ad eam provinciam prae caeteris idoneus Generosus Florianus Zebrzidowski Aulicus Mtis vrae. Quamobrem a Mte vra postulamus, vt lras ad eum det, quibus hoc ei onus imponat. Poterit hic vtriusque nostrum Legationem hanc obire. Ita vt nos eorum qui in Regno, vra Mtas eorum qui sunt in magno Ducatu, damna sarciri postularet. Hac de re cupimus vt Mtas vestra suam primo quoque tempore voluntatem nobis explicet. Libellos aūt iniuriarum et damnorum vere conscribi statim mandet, vt cum convenerit nobis cum vra Mte quis mittendus sit, ad eum in Opidum nostrum Camieniecz Libelli isti, simul et mandata Mtis vestrae citra moram perferantur. Caeterum detinuit Valachus Nuncium nostrum, neque dimittere prius vult, quam restituta sint, quae Nunciis eius in magno Ducatu sunt erepta, et Barsobobati causam iterum dicat. Quamobrem a Mte vra petimus, vt pro die Nativitatis beatae virginis Mariae mitti curet ad Comissarios nostros in Camieniecz, res Nunciorum qui caesi sunt in Litwania, simul et Barsobobati mandet, quo se sistat coram Comissariis nostris. Nam frater eius Cubiculario nostro respondit, quod absit, neque se sistere queat. Sed sive comparuerit, sive non; nostri ad ea quae sunt Iuris procedent. Datum Cracoviae penultima Mensis Augusti Anno domini. Mo. Do. xlvjo.

Sigismundus primus Rex Polonie
Eidem Sigismundo Augusto filio

SERme Vel. Quod Mtas vestra tanta est cura et solicitudine de valetudine nostra, agnoscimus in eo pietatem illius erga nos singularem, Deo sit gratia, cuius beneficio recreati iam ex morbo nostro et prorsus esse confirmati videmur. Vestre quoque Mti diuturnam incolumitatem, rerumque omnium prosperitatem ab eodem fonte cunctorum bonorum precamur. Quid egerit Nuncius Mtis vestre apud Caesarem Precopiensem: queque ibi cognouerit, ex scripto per Mtem vestram ad nos misso intelleximus, fuitque nobis gratum ea intellexisse. Etsi pro veteri more suo fecisse Caesarem illum videmus: tamen quod suos in officio continuit, neque excurrere in fines Regni nostri passus est, valde nobis id gratum accidit: Iam enim procerto nobis fuerat renunciatum: quod aut in Regni nostri, aut in magni Ducatus fines, impetum essent facturi. Ad quem propulsandum, quod Mtas vestra suos in procinctu esse iusserit, vigilanciam hanc illius laudamus: ac vt deinceps quoque pari cura prouideat, ne quid Magnus Ducatus iste detrimenti capiat, hortamur. Quod sua sponte eam facturam esse minime dubitamus. Quoniam vero probatur Mti vestra consilium nostrum de Legato in Turciam mittendo, qui sarciri damna postulet, quae sunt hominibus nostris per Tartaros illata, vellemus vt primo

quoque tempore conscripta ad nos damna ista mitteret. Designavimus iam Nuncium eo Aulicum nostrum Generosum Stanislaum Broniewski, qui pensari damna omnia & nostra et si ita visum fuerit M^ti^ vestrae, illius quoque nomine postulabit. Petro Voiwode proxime defuncto successit filius, qui suum ad nos misit Legatum, per quem nobis renunciari fecit, se de consensu omnium ordinum Valachiae, accedente etiam Caesaris Turcarum voluntate, in patris locum esse suffectum, studiu suum nobis deffert et constantem amicitiam. In cuius signum Generosum Jacobum Vilamowski Nuncium nostrum liberum dimisit, seque conventum istum de quo pater eius nobiscum egerat, esse celebraturum promisit. Hoc M^tem^ vestram latere noluimus. Datum Cracoviae ultia Mensis Septembris Anno domini M. D. xlvj.

Sigismundus primus Rex Poloniae
Isabellae reginae Hungariae

SERenissi ma Vra. Mittimus Nuncium nostrum Generosum Stanislaum Broniowski Aulicum nostrum ad Caesarem Turcarum per Valachiam; quando quidem defuncto Petro successit filius, qui studium suum nobis defert, et conservare nobiscum amicitiam cupit, securum illi iter fore et expeditum per eam Provinciam persuasum habemus. Quamobrem si quid curatum per eum volet Mtas vestra apud Turcarum Caesarem, mandata ad eum sua dabit. Habet enim a nobis in mandatis, ut iussa Mtis vestrae exequatur. Cupimus Mtem vram diu foeliciter valere. Datum Cracoviae xvj Mensis Octobris Anno Mo. Do. xlvjo.

Sigismundus primus Rex Polonie
Caesari Thurcarum

SERmᵉ ac Potentissime Princeps, amice et vicine noster Charissime et honorandᵉ. Mittimus ad Mtem vestram Generosum Stanislaum Broniczski Aulicum nostrum. Cui dedimus negotium, ut nomine nrᵒ Mtem vestram viseret; atque illi omnia foelicia et prospera optaret, ac de rebus quibusdam cum Mte vestra ageret. Quem ut benigne audiat, et fidem indubiam habeat, pro nostra amicitia, quae nobis cum Mte vestra intercedit postulamus. Quam nos salvam semper et inviolatam erga Mtem vestram, quod hactenus à nobis semper factum est, conservabimus. Cupimus Mtem vestram foelicem valere. Datum Cracoviae xxiij Octobris. Mº. Dº. xlvjº.

Legatio a Sigismundo primo Rege Poloniȩ ad Solimanum Caesarem Thurcarum missa

1546

Hanc obiuit Stanislaus Bromierski Aulicus Regis

Possel nász przyiechawszy do Camieńcza tam poczeka do kąd komornik krolia iego Mci mlodego do niego nye przyiedzie. a krzywd pogranicznych ktore się poddanym naszym od poddanych Czessarza Turecz kiego staly, dlia ktorych go do Czessarza Tureczkiego sliemy nye przymiesie.

Iadącz przess ziemie Voloską stąpi do Voyewody voloskiego, a onego imięnim naszym nawiedzi. i oddawszy mu listh nász będzie giemu sdrowia i wsytkich fortun na tym nowym pańśtwie imięnim nászym vinczowal. a będzie go zadal aby onego przess ziemię swą vedlie zadania naszego listowego glieytowal.

Gdy przyiedzie do Czessarza Tureczkiego. do Rostimbasze poydzie list mu nasz odda przyiaśń naszę od nasz powye. Naprzod s Ianusbekiem rozmowiwszy się. ktorego uzywać będzie. a nie opuszczać go wniczym. A przytym powie iz iest od nasz poslan do Czessarza iego Mci opowiedaiącz krzywdy, szkody. i ciężkości ktore się poddanym naszym od poddanych iego Mci Czessarza Tureczkiego staly. i będzie go zadal imięnim naszym. aby tak yako zwykl się przeciwko nam

wrzeczach naszych zachować, włożył się w to pilnie, aby ci
złoczyńczy ktorzy poddanym naszym szkodę poczynili, ba:
mowani byli, iż by się takowe szkodzenie państw naszych nie:
działo. A to czo szkod i cięszkości a krzywd się stało aby na:
grodzono było. A iż by się o to przyczynił aby przyiaźń
i przymierze ktore z Cessarzem iego Mcia mamy, a
my tey pilności i starania ktore w tey rzeczy czynić bę:
dzie wdzięczni od niego będzim i łaską naszą i inszymi oby:
czaymi nagradzać będziem, nieodmiennie trwało.

Potym gdy będzie u Basz pozdrowiwszy ie imieniem naszym
powiedziawszy, iż mi życzym wszego dobrego iako przyiacie:
lom naszym, a powie iż iest od nasz posłan do Cessarza
iego Mci dla szkod i krzywd, ktore poddanym naszym,
poddani Cessarza iego Mci pograniczni poczynili. i bę:
dzie ich żądał imieniem naszym aby się o to starali iż by
w tey rzeczy u Cessarza iego Mci prętką a dobrą odprawę
mieć mogł. A o to się przyczyniali aby przyiaźń i przy:
mierze ktore z Cessarzem iego Mcia mamy zachowa:
no było, a ci ktorzy by przeciwko iemu czynili bamowani
byli.

Kiedy u Cessarza będzie, tak mowić będzie Krol iego Mca
Polski pan moy roskazał waszey Cessarskiey Mci pozdrowie:
nie brackie powiedzieć, i zdrowie waszey Cessarskiey Mci
nawiedzić, ktorego waszey Cessarskiey Mci zawżdy życzy
i szczęśliwe iako bratu i przyiacielowi swoiemu. Raczył
mi też iego K Mć roskazać rzeczy niektore przed waszą Ce:
ssarską Mcia przełożyć, czemu aby wasza Ce: M. wiarę
zupełną dał, list ten oddać mi waszey Ce: M. roska:
zał. a za tym list odda.

Potym mowić będzie, iż my ustismy natym aby ta przy:
iaśń i przymierze, ktorę s Czessarzem iego Mcie mamy,
na wszem wczalie zachowana była, i strzeżymy tego
pilnie aby przess nass wniczym obrazona niebyła, iakoss
się to okazać niemoże aby s ossoby naszey a za wolią naszą
czo się takowego dziać miało. czym by ta przyiaśń a przy:
mierze, ktore iest miedzy nami a Czessarzem iego Mcie na:
ruszono być miało, i owszem gdy się czo takowego kiedy
od pogranicznych kozakow nad wolią i srogie zakazanie
nasze stało, zawszdyśmy to za opowiedzenim i żądanim
Czessarza iego Mci nagradzać roskazowali. Czośmy i teraz
radzi uczynili gdy o szkody Oczakowskie Czessarz iego Mc
posła swego posłać raczył do nasz, wszytko to czo było wliście
iego Mci. za umową s posłem iego Mci zapłacić roska:
zaliszmy, mież na to niebacząc, iż ty szkody nie przess pod:
dane nasze osiadłe, alie przess łotrostwo polne stały się, kto:
rego żadnego do tego czassu wpaństwach naszych niemasz,
czo wszytko uczyniliśmy radzi, mając tę zupełną dufność
o przyiaśni Czessarza iego Mci iż tak się będzie raczył
zachować przeciwko nam, iaką chuć i powolność bracką
po nasz uznał.

Juz przess czass niemały poddanym naszym pogranicznym
były czynione szkody przess poddane Czessarza iego Mci,
Turki i Tatary Białogrodzkie i Oczakowskie, ktorychę:
śmy posłom naszym przypominać nigdy przed iego Czessar:
ską Mcią nieroskazowali, niechcąc iego Mci trudno:
ści i frasunku dlia rzeczy rownych zadawać. Wiedząc
to iż miedzy przyiacioły niewszytko ma bić baczono,
Alie iż teraz w państwach naszych wielkie a nieznośne
szkody Turczy i Tatarowie Białogrodzczy i Oczakowscy

poddani iego Cze: M^ci poczynili, wsi popalili, plony wiel:
kie wygnali, ludzi bardzo wielie wnyewolią pobrali, a
drugie zamordowali, prawie na ten czasz gdy possel iego
K. M^ci v nasz byl, czo tesz po odesciu posla iego M^ci powto:
rzyli. iakoss to wszytko za pewnym wywiedzenim s roska:
zania naszego spisano iest. ktori spissek tam przed Cessa:
rzem vkazesz.

Tych takowych skod poddanych naszych i ciesskosci mie dalo
sie nam zamylczec i zanyechac, i dlia tego smy cię do Ce:
sarza iego M^ci poslali abisz iego M^ci opowiedzial i prze:
lozyl, a zadal iego M^ci aby ty zloczyncze hamowac a pod:
danym naszym szkody nagrodzic, a ty ktorzy sam w nie:
volią zabrani wrocic i swobodnie pvscic rozkazac raczyl.
Czo iego Cze: M^c listhy swymi czesto obiecowac nam
raczyl. i toss posel iego Cze: M^ci bedacz v nasz gdy mv
o tych szkodach powiedano obiecowal, iakosz to iego Cz:
M^ci i za tą przyiaznią ktorą s iego M^cią chowamy
i wedlie przymierza przysięgą iego M^ci vtwierdzonego
vczynic iest powinien. Abowiem poddani naszy pogranicznj
wiedzacz o przyiazni i przymierzv ktore s iego Cessar:
skam M^cią mamy, vbesspieczyli się byli nienadziewayącz
się, aby ie czo nieprzyiacielskiego potkac by mialo. nawię:
czey slyszącz iz na zadanie posla iego Cessarskiey M^ci
skody Ozakowskie przyiacielskie nagrodzone iusz się bylo
stalo, nierozvmiemy inaczey iz ty nayazdy i szkody nad
roskazanie i volią Cessarza iego M^ci się staly. A wsakosz
tego znak bedzim mieli naswiętszy. gdy Cessarz iego
M^c ty ktorzy szkody takowe w panstwach naszych po:
czynili, hamowac aby tego więczey nieczynili, a skody
nagrodzic i ludzie w niewolią zabrane swobodnie

puścić roskazać będzie raczył, iakoss my nieodmienne du:
fanie o iego M^ci^ mamy, iż wtym wedlie przyiaźni i przy:
mierza ktore z iego M^cią^ mamy zachowac się będzie
raczył, bo tho yest v nasz nawiętsze staranie, abyszmy
przyiaźń i przymierze ktore s iego M^cią^ mamy wedlie
przysięgi i szlowa naszego krolewskiego zachowali, a
przyczyny zadney rozerwania iey niedali.

Przypominaiącz iż to nam iego M^ć^ wedlie przymierza
uczynić powinien, gdisz to iest znak, trwaley a prawey
przyiaźni, kiedi skody a krzywdy miedzy zobopolnymi
vgrami z nymi ludzmi nagrodzone bywaią, iakoszmy
iusz kilka kroć nagradzać ye roskazali.

Jeslisz przydzie ktemu izby szkody zachowac miał, tedi
wedlie spisku ktorić od Krolia iego M^ci^ poslią młodego
szachowac ye będziesz wczym wedlie powinowacztwa twe:
go przeciwko nam, a wedlie tego iakoć się rzeczy poda:
dzą, zachowiwać się będziess.

Będzali chcieć abisz tesz ludzie ktorzi wniewolią są za:
bram szachował, powiesz iż v nasz człowiek żywy sza:
chowan być niemoże, i będziess się starał aby byli wy:
swobodzeni.

Powiedzaliąż iż tak wielie ludzi trudno znaleść, po:
wiesz iż Czessarz iego miłość iest pan moczny, gdy czo
poddanym swym roskaże tedy woliey iego i roskazaniu

zinić dosyć muszą. A tak snadnie się ci ludzie znaleść wszytczy mogą gdy iego M^c^ będzie raczył. abowiem ci ktorzy tych nayazdow byli wodzmi, wiedzą gdzie ty lu:dzie ktore zabrali obrocili.

Ostatek baczeniu i wierze twey przypuszczamy, tam będąc możesz wielie obaczyć czego my tu niewiemy, a wedlie tego iako rze:czy będą podawane, tak postępować będziesz.

Posłali do ciebie w rzeczach swoich iey Mc Krolowa Węgierska, tedi wedlie nauki ktorąc wipisze w rzeczy iey M^ci^ sprawować będziesz, a starać się o to aby na dobrym postępku zostały, w czym rady i pomocy Rostembasze vżywać będziesz. ×

Kiedy possel nasz będzie v Basz powiesz po odiechaniu iego od nasz iadąc na drodze słyszał iż by Sendziak chciał zamek na ziemi naszey budować, i mial iusz słać mularze mieysce ogliędować. Aczkolwiek nyemam żadnego roskazania w tey rzeczy od krolia iego M^ci^, a wsakoss iako słudze przistoi mi rzeczy pana mego krolia iego M^ci^ przestrzegać, gdysz rozumiem gdy by to tak być miało trudności by nyemale vrość mogly. Abowiem krol iego M^c^ dopuścić by tego nyemogl, aby na iego kto sobie się mogl a budować, gdyś by to bylo iasnie przeciwko przymierzu ktore s Czessarzem iego M^ci^ mamy zobopolnie vtwierdzone. I czo więcey będzie rozumiał potrzebnieyszego wedlie rzeczy podania. tym się przymawiać będzie aby zamek ten budowan niebył, a wsakoss to zakrywając aby niepoba:zyli aby to s roskazania naszego mowić myal.

Sigismundus primus Rex Polonię Stanislao Broniewski Aulico et Nuncio suo ad Coesarem Thurcorum misso.

BROniewski przyiechali sam do nass posłowie naszy ktoreś:
my do Krolowey Vgierskiey corki naszey słali i do
Kristarta, s ktorych desmy wyrozumieli w yakich iey Mc.
trudnosciach iest, a yako się przeciwko iey Mci Kristart
zachowywa. A tak roskazuyęmy cię aby gdy będziess v Ces:
sarza Tureczkiego powiedział iego Mci. iż my tey łasky
ktora iego Mc. przeciwko Krolowey iey Mci wnukow Vę:
gierskiey corze naszey i przeciwko synowi iey Mci wnuko:
wi naszemu okazować raczy iestesmy wdzięczni, i roskazu:
yęmy to iey Mci iako oycię, aby yei Mc nicz nyeczyniła
coby było przeciw woliey a mysli Cessarza iego Mci, ia:
koss to wiemy pewnie iż od iey Mci nicz się takowego nye:
dzieye czym by iego Mc obrazon być myał.

A iesli iest co takowego co by nye było ku myśli iego M.
dzieye się to nie s wolią iey K. Mci, ale owszem przeciwko
mysli iey Mci, iedno są nyektorzy poddani iey M. ktorzy
by tego nieradzi widzieli, aby iey M. miała tego s synem swym
vzywać, w czym iey M. iest i s synem swym przess Cessarza
iego M. na ten czass gdy s Budzyna syeżdzała zostawio:
na, i staraią się o to pilnie aby zwierzchność wsytkę
i władzę i wszytki pożytki iey M. sęsko wiyęli, a rzeczy wsytki

i dochody wedlie mysli swey sprawowali. Gdysz tego iego Mc
nikomu inszemu iedno iey Mci s synem dać myc racżyl. J bedzieś
prosil Czessarza iego Mci, aby iey M. Krolowa Vgierska
i s synem wtym czo iego M. rass dać iey M. raczyl, zacho:
wal. Aby iey M. wtym wladnęla i wsytkę swiecz:
chnosć tak iako od Czessarza, iego Mci iest poruczona, iey
Mc myala. a poddani iey Mci w tey poczciwosci iaka przy:
stoi iey Mci i synowi iey M. czynili, pozytkow i dochodow
ktore przess iego M. zamku wychowaniu iey Mci i syna iey
Mci starnu dany wedlie swey chcziwosci nie safowali. alie aby
u yey Mci to w ręku i wszafowaniu byli, prosącz iego Mci
aby raczyl to poddanym iey Mci roskazać. aby wedlie na:
szey tey zadosci przeczciwko iey Mci. i synowi iey Mci
sie zachowali.

Jesli iest possel Krolia Franczuskiego ktory byl na ten czass gdy
Czikowski byl postem u Czessarza Tureczkiego, poydzieśs do
niego pierwey nisli w tey rzeczy Krolowey iey M. vgier:
skiey bedzieśz u Czessarza. i oddass mu list nass. a przytym
powieśz mu iz possel nasz przyiechawszy do nass od Czessarza
Tureczkiego, powiedzial nam o wielkiey zyczliwosci i przychyl:
nosci a staraniu. ktore czynil w rzeczach K. iey M. Vgierskiey
u Cessarza iego Mci i u Bass. czegoss iestesmy od niego wdzię:
czny, i radzi tę chuć iego przeczciwko nam i czorce naszey
pamiętać i oddawać będziemy. i bedzieśs go prossil aby i
teraz tesz chuć i zyczliwosć w rzeczach iey Mci okazal.
Albowiem iey Mc. będącz zostawiona i s synem przess Cessa:
rza iego Mc. na ten czass gdy s Budzinia ziechala w
Siedmigrodzkiey i wtey czesci Vgierskiey ziemie. ktora
iest za Cisą miala od iego Mci wsytkę wladzę i swiecz:
chnosć i roskazania Gdzie dziss niektorzy poddany iey Mci

Zabaczywszy powinowacztwa swego, i na postanowienie Cze:
sarskie nyedbayacz, nietylko iz iey Mczi wtey powadze
i czczi iako sa powinni, mieć nyeobezą, alie wsytky władzą
i zwierzchność sobie vyimuyą, i pozytki a dochody wsytki
ktorymi by iey Mc stan swoy i syna swoyego pocziwie wy:
chowac miala, odeymuyą iey Mczi a wedlie chcziwosczi swey
nymi szafuyą.

Czo iz iest yei Mczi cierpiec nyeznosna, bedziesz go prosil izby
i v Czesarza iego Mczi i v Bass o to sie przyczynial, aby iey
Mc wtey trudnosczi przez poddane, ktorzy iey Mczi wsytky
poczciwosc i poddanstwo powinni, vvodzona nyebyla, czo sna:
dnie bic moze gdi Czesarz iego M. bedzie raczyl roskazac pod
danym iey M. i synowi iey M. gdy s Budzyna syechala
zostawic raczyl na przeciwko iey M. i synowi iey Mczi zacho:
wali sie, a władzy roskazowaniv i zwierzchnosczi iey Mczi nye:
przekazaly, a szafunk dochodow wsytkich iey Mczi w mocy
zostawiali, iakosz iey Mczi samey a niekomu inszemu iest
od Czessarza iego Mczi dane.

Bedzieli chcial wiedziec ktorzy by to byli poddani, ktorzy by
tak sie zlie przeciwko krolowey iey Mczi zachowywali, mo:
zesz mu powiedziec wtayemniczy sam, ze by tak iakoby nie:
poznal iz to z roskazania naszego czynisz, iz Mnich tego
iest poczatkiem, a iz on o to sie stara iz by sam mogl to,
czo krolowa iey Mc i s synem ma od Czessarza iego Mczi,
opanowac, ktory nieiesth iednak vprzeymym sluzebnikiem
Czessarza iego Mczi, gdysz to wiesz iz na insze strony so:
bye sczelie.

Przythbym bedziesz sie rzadzil tego posta iesliz by ty rzeczy mogly bycz swierzone Rostembaszy, a s niego rada bedziesz wtbym postepowal, pilnie się o to staraiącz aby byli przezeń sprawowane, abysz vyrozumial czo za mysl iest Czesarska prze: ciwko Kroliowey iey M^ci Vegierskiey. Czo snadnie i s postawy Czessarskiey gdy snim w tych rzeczach mowicz bedziesz i s Ro: stembasze iesli v niego w tey rzeczy bedziesz, poznasz.

Jesliz niebedzie ten possel ktory byl za Czikowskiego, a ktory inszy byl poydziesz przed sie do niego; a dass Tytul iego na li: scie pierwey napissacz, oddamysz mv go, potym powiesz iz ten kto: ry byl przed nim postem od Krolia iego M^ci Francuskiego v Czessarza iego M^ci zyczlywym a przychylnym się okazowal rzeczom Kroliowey iey M^ci Vegierskiey corcze naszey, rozu: mieyacz iz to nyemialo bicz przeciw woli Krolia iego M^ci Fran: cuskiego, s ktorim ya panem Krzesciyanskim sprzyiazniynie mamy. A gdy na iego mieysczo on iest postan, mamy te nadzie: ye o nim, iz w tey się mierze przeciwko iey M^ci Kroliowey Ve: gierskiey bedzie zachowacz, o czo go prosicz bedzie, aby on v Czessarza iego M^ci wsytko dobre Kroliowey iey M^ci Vegier: skiey iednal, a o to sie przyczynial aby iey M^ci panstw tich ktore iey M^ci Czessarz iego M^ci i s synem dacz raczyl, spokoy: nie vzycz mogla, a poddany iey M^ci przeciwko iey M^ci tak iako przystoi zachowali się. Powiesz potym sam s siebie, iz iestesz tey nadzieye iz w tey rzeczy bedzie mial od Krolia iego M^ci Francuskiego list.

Jesli obaczyss iz bedzie chcial się w tey rzeczy zyczlywym okazacz tedy mv szerzey wsytko rzecz powiesz, a o to się przyczyniacz bedziess chcemy starac się v pierwszego posta roskazali, i malo wissey napiszali.

Sigismundus primus Rex Polonie
Stanislao Broniewski ad Coesarem
Thurcarum Nuncio

GEnerose syncere nobis dilecte. Postquam a nobis profectus es, scripsit ad nos Mag[cus] Palatinus Belzen[sis] comperisse se Sendiacum Bialogrodensem velle Arcem quandam quam Balaklii vocant, proximo Vere reficere, unde non parvum detrimentum ad Regnum nostrum perveniret, si quod cogitat perficere posset. Quare volumus cum veneris in Aulam Coesaris, eius rei quoque mencionem facias ad prescriptum hoc quod hisce litteris adiunximus. Mittimus quoque tibi Tartarum Oczakoviensem, qui in excursionibus istis captus est, quem Caesari Turcarum aut Bassebis exhibebis, ut ex eo cognoscant, quae damna Dominiis n[ost]ris subditi Caesaris dederunt. Ostendes et Chirographum Nuncii Coesaris Turcarum, quo testatur pro damnis Oczakowien[sibus] satisfactum sibi esse, quem etiam litteris istis adiunximus. Non prius tamen id facies, quam alieni legendum dederis, ne quid discerpet ab hoc exemplo literarum Consiliariorum nostrorum, qui Baram missi a nobis fuerant, quod tibi mittimus, quas illi dederunt. Non enim habuimus nunc qui Chyrographum hunc nobis interpretaretur. Facturus nobis rem gratam.

Sigismundus primus Rex Polonie
Sigismundo Augusto regi Polonie iuniori

SERme etc. Et q gratias vnis litteris Deo agit Mtas vestra, q nos ex morbo nostro recreauerit: et q solicitudinem suam declarat alteris litteris ex rumore istuc allato de aduersa valetudine nostra in quam proxime rursus incideramus, vtraqz ex re minime vulgare studium in nos Mtis vre agnoscimus, ac merito illam amamus de amore isto quo nos prosequitur singulari. Est quidem ita q ante dies plus minus quatuordecim valde fuimus affecta valetudine: sed Deo sit gracia, cuius benefitio videmur esse iam confirmati, omnibus enim sani hominis officiis fungimur, ita vt nisi ipsa senectus morbus esset, vacui esse morbo omni videri possimus. Quae scribit Mtas vra de iniuriis quas Masouitae quidam intulerunt, causa cognita libenter quod Iuris est statuemus. Caeterum simul vt allati sunt libelli iniuriarum et damnorum, quibus partem Magni Ducatus Lithwanie Tartari affecerunt, tradi eos iussimus Nuncio nro, quem ad Caesarem Turcarum ea de re mittimus, eo ipso die discessit penultima Octobris. Proficiscitur autem lento gradu, ita vt facile Mtas vra in Opidum nostrum Camieniecz quae reliqua sunt mittere possit, vbi eum subsistere hac de causa nonnihil iussimus.
Ad Illrem dnm Ioannem Marchionem quales cupit Mtas vra lras in causa Nobilis Petri Rozbiczki, scribi mandauimus.
Datum Crac. die ij Mensis Nouembris. Mo. Do. Xlvjo.

Sigismundus primus Rex Poloniae Stanislao Broniewski ad Caesarem Turcarum Nuncio

Generose etc. Mittimus F. tuae Quietationis Nuncii Caesaris Turcarum litteras, de resarcitis damnis Oczakowien(sibus) et exemplum litterarum Consiliariorum nostrorum, quos ad resarcienda ea miseramus, quas illi dederunt. Pertinere enim arbitramur ad ea quorum causa a nobis ad Caesarem Turcarum missa est. Volumus autem ut commemorata nostra diligentia in refundendis istis, eciam quantum solutum sit pro eis dicas, ac quietacionis l(itte)ras, si res postulaverit, ostendas: et cum nos tanto studio postulatis Caesaris satisfecerimus, atque Consiliarios nostros ad fines usque Regni nostri miserimus, subditi tamen Caesaris, quibus damna resarciri debuerant, non venerunt. Itaque coacti sunt Consiliarii nostri Nuncio Caesaris pecuniam numerare. Quoniam vero non habuimus ad manum qui nobis quietacionis l(itte)ras legerent, volumus ut F. tua, priusquam illam alicui ostendat, advocet ad se aliquem interpretem, atque illi legendas det, videatque diligenter, num cum iis conveniat, quas illi Commissarii n(ost)ri dederunt. Factura pro gratia nostra. Datum Cracoviae x. Novembris. M° D° XLVJ°

Sigismundus primus Rex Poloniae
Sigismundo Augusto Regi Poloniae

SERme etc. Renunciatum est nobis Arcem quandam Balaklii, quae fuerit aliquando familiae à Jazlowiecz, nunc à Monasterkii possidetur, abesse decem millia passuum ab Oczakow, quae collapsa cum sit, velle Sandziacum eam restaurare, atque iam Architectos eò qui locum inspicerent misisse. Esseque ei omnino deliberatum, ineunte Vere proxime opus adgredi. Quod si illi succederet, magnam ea res nomini nostro ignominiam, magnum Terris nostris detrimentum esset allatura. Quamobrem etsi ad Nuncium quem in Turciam leganimus, celeriter nostrum cubicularium proficisci iussimus, cum iis mandatis, vt Baßebis suo nomine diceret, quod proficiscens intellexerit cogitare Sendiacum Arcem nostram occupare, et eam collapsam restaurare, nos vero, opinari se, minime id passuros, Petet itaque vt probibeant Sendiacum, ne fines nostros occupet, contra ea quae nobis cum Caesare foedera intercedunt. Hoc consilium etsi subditis in rebus nunc capimus: cogitamus tamen in iis Comiciis quae proxime habebuntur, rem diligentius cum Consiliariis nostris expendere, vt salubre aliquod Consilium ab illis capiamus. Quoniam vero non minus ea res ad Magnum Ducatum quam ad Regnum pertinet, postulamus à Maiestate vestra, vt ad Magni quoque Ducatus, Consiliarios de ea refferat, ac quod erit istic deliberatum, id scriptum ad Comicia Regni nostri mittat. Crac. x Novembris 1546.

Sigismundus primus Rex Poloniæ
Sigismundo Augusto regi Poloniæ filio

SERme etc. Accepimus à Serma dna Isabella Hungaria Regina filia nostra charissima lras, quibus scribit à Turcis quidem sibi non esse iam periculum, sed à suis tamen se sibi metuere. Maxime vero a Monacho, qui nova pacta cum Cesarea Catolica Mte, sequestre Episcopo Quinqecclesien fecisse dicitur, inscia Mte eius, qui sub hoc ipsum tempus quo Theodorum ad nos Mtas eius miserat, venturus erat ad Mtem eius. et persuasurus, vt cum Cesarea Mte nova pacta iniret: perinde atq si nihil adhuc transegisset, cum tamen iam transegisse dicatur. Petit itaq a nobis Mtas eius consilium, si nova aliqua fieri velit pacta Cesarea Mtas, num assensum ad id suum prebere debeat. Quod si assenciendum illi putemus, nobis vt pocius interpretibus et sequestris id fieret, vehementer petit: q Monacho quem suis rationibus non favere persuasum habet. Porro vt non consenciat ad nova pacta, eo se moveri dicit maxime, ne si rescisat id Cesar Turcarum, ingens in discrimen veniat. Nos quandoqidem quas ferat Cesarea Mtas conditiones ignoramus, quid illi consilii dandum sit nescimus. Sed illud tamen suasimus, si equas condiciones ferret, vt eas non repudiaret. Nam quod Turcarum Cæsarem attinet, ab eo nihilominus metuendum semper fore: eciamsi pacta nova nulla cum Cæsarea Mte iniret. Porro nos non recusaturos operam ea in re nostram. Sed nobis tamen non videri, vt excluderetur Monachus. esse enim retinendum pocius, ne

plus obesset prouocatus. Cum praesertim vniuersa fere Transylvania in eius manu sit. Haec quidem nostra fuit sententia. Sed interea tamen à v̄ra quoq̃ M̃te postulamus, vt suum ipsa quoq̃ consilium Ser^{mae} filiae nostrae, sorori suae charissimae imperciat, vt cum iterum ad nos eadem de re nuncius ab illius M̃te venerit, de vestrae quoq̃ M̃tis sententia certiorem eam reddere possimus.

Sigismundus primus Rex Poloniae

Sigismundo Augusto regi Poloniae

Reddidit nobis Cubicularius M^{tis} vestrae literas, quibus de recuperata per nos incolumitate se plurimum gaudere significat, ac eam nobis firmam et diuturnam precatur. Quae illius erga nos pietas magnam animo nostro consolationem affert, ac vicissim fausta et foelicia omnia M̃ti vestrae precamur, vt eam DEVS q̃ longissimo tempore seruet incolumem, atq̃ omni foelicitatis genere cumulet, nullum nobis diuina M̃tas in hac vita maius et gratius beneficium dare potest.

Quod libellos iniuriarum per Nuncium nostrum ad Caesarem Turcarum perferendos M̃tas vestra curauerit, factum hoc illius nobis probatur. Neq̃ possumus non cōmendare studium illius, quo fertur erga finitimas hostibus arces, ac prouidere conatur ne quid ab illis principis. detrimenti capiat. Fungitur boni hominis officio, q̃ hominum suorum saluti et incolumitati prospicere studet. Consilium hoc profectionis illius Kiouiam versus nobis probaretur, si alia essent tempora

q̃ quæ nunc sunt. Magnam enim ex eo laudem consecutura
esset Mtas vestra, si in his locis aliquandiu commoraretur:
magnam etiam hominibus illis consolationem allatura, qui
tutiores essent ab hostium insidiis, præsentia Mtis vestræ, atq̃
illius adventum proculdubio magno cum desyderio expectant.
Sed ea temporum istorum est ratio, vt Mti vestræ profectionem
hanc suadere non possimus: veremur enim ne quid ea suspicionis
conflet apud Cæsarem Turcarum: ne is propterea in fines cum
exercitu venisse Mtem vestram existimet, q̃ conatus illius im:
pedire velit. Est enim hæc multorum opinio, q̃ ineunte vere
proximo in hungariam cum valido exercitu cogitet: ac man:
dasse dicitur Valachis et Tartaris, vt in procinctu sint,
vna cum eo profecturi. Periculum itaq̃ est, si cum exercitu
in finibus esse Mtem vestram intellexerit, ne ideo venisse eam
interpretetur, q̃ velit Mtas vestra Tartaros & Valachos à
præstando ipsi auxilio deterrere, ac in finibus suis eos conti:
nere. Quæ res rumpendo foederi occasionem dare posset.
Ac fieri potest vt Valachis & Tartaris mandaret, quò
contra Mtem vestram arma caperent: quæ si parum firmum
neq̃ satis numerosum exercitum haberet, ingens discrimen
non effugeret: aut redire cum ignominia cogeretur: si vero iustum
exercitum habere velit, ingenti ad eum conscribendum pecu:
nia opus esset futurum. Quare videtur nobis omnino vt
consilium hoc profectionis in aliud magis opportunum tem:
pus reyciat. quod se vltro aliquando offeret, vt quod cogitat
citra periculum facere posset. Quod vt ità faciat, atq̃
à profectione hac temporibus his supersedeat, etiam atq̃
etiam pro paterno animo nostro Mtem vestram hortamur. neq̃
nobis modo, sed & consiliariis nostris senatoribus quos ad
manum habuimus idem visum est, vt ab ista nunc in Kiyoniá
profectione abstineret. Datum Cracoviæ XIIII Decembris.
1546

Responsum a Sigismundo patre rege Polonie nunciis Sigismundi filii regis Ioanni a Domanow Preposito Vilnen: et Nicolao Radiuilo magno Lituanie Marshalco: ex Lituania Cracouiam missis 1546

Principio Sacra Mtas haec Regia, Serenissimi principis domini Sigismundi Poloniae regis filii sui Charissimi salutacionem hanc tum officiosam et foelicium successuum precationem gratissimo animo accipit, ac vicissim illius Mti prospera et foelicia cuncta precatur, vt et vitam agat complures annos incolumem: et omnia illi cedant ex animi sentencia.

Quae Mtas eius renunciari fecit de crebris Litwanorum quaerimoniis de iniuriis quas in finibus ab hijs qui regno subsunt se pati dicunt, ea tenet memoria Mtas Sua Regia, cuius aures id genus quaerimoniis, cum esset in Litwania saepe obtundebantur. Sed quod Litwani de Polonis, hoc ipsum de Litwanis Poloni queri non intermittunt, ac se pocius quam illos iniuriis affici dicunt. Proinde probatur Mti huic consilium Mtis illius de mittendis revisoribus, qui in rem presentem veniant, deque iniuriis istis cognoscant. Revisores autem ita vt visum est Mti illius ex aula sua mittet, qui in locis illis de quibus controversia est nullas possessiones habeant, neque affectui quidque, sed omnia veritati tribuant: vt istis tandem aliquando quaerimoniis finis imponatur.

Fugitivos iuxta postulationem Maiestatis illius, Maiestas haec Regia restitui mandabit.

De commissionibus et Cittacionibus contra Litwanos in Cancellaria regni obtentis, agi fecit Sacra Maiestas Regia, cum hijs quibus id nominatim impingebatur, qui constanter negaverunt quidquam a se impetratum fuisse quod esset contra Juris formam. Neque enim eos qui cittati sunt, in aliud forum citatos esse, quam ad quod citari iure debuerunt, quod suo tempore docebunt, quando de finibus inter regnum et Magnum Ducatum Litwaniae cognoscetur, tum informationem de rebus omnibus scriptam producent.

De aequatione Monetae postulatum est hoc ipsum per Nuncios regiae Romanorum Maiestatis, quibus Maiestas haec regia, de consensu omnium Regni ordinum non gravatim est assensa, ac misit illius Maiestati schedam, in qua describi fecerit, quot Lotos marca in se habeat argenti puri, quot etiam Grossi ex Marca conficiantur, cui additum est, quod vocant pagamentum. Misit etiam plumbi portiunculam, quae Marcae pondus in se contineat. Porro, si cum exteris aequari monetam regia Maiestas haec facile patitur, multo magis id fieri volet, cum hijs qui unum esse cum regno corpus videntur. Quamobrem si censebit Maiestas illa Regia, ut eodem pondere, grano et mensura, utrobique in regno et in magno Ducatu Litvaniae nummi percuciantur, non refragabitur Maiestas haec. Sin autem videbitur illi, ut suum quaeque Moneta pondus, granum, et mensuram, retineat, saltem de praecio conveniatur, neque hoc Maiestas eius recusabit ut certum precium et aestimatio utriusque monetae constituatur, ut tanti

sit nummus in vtrisq(ue) terris, quantum valet. Qualem aut(em)
Sobedam M(aies)tas h(ui)c Ser(enissi)mo d(omi)no Ferdinando Romanorum
regi misit, eius similem etiam illius M(aies)ti mittet in Litwaniá
vnacum plumbi portiuncula, quae Marcae pondus in se con:
tinet, ac 96 grossis, qui ex Marca h(uius)m(od)i confici dicuntur:
quo possit marcae huius fieri cum Marca Magniducatus colla:
tio, atq(ue) intelligi putat quanto illa hanc superet. Cupit autem
M(aies)tas haec Regia, vt qua de re toties actum est, de ea
tandem aliquando statuatur, quod ex co(m)muni vtrarumq(ue)
terrarum bono esse queat.

De Donatiuis, quae mittuntur e Regno Tartaris, pro eo habi:
tum est, quod non pauciora hinc, q(uam) ex Magnoducatu Li:
twaniae mittantur. cum tamen aequum visum sit nonnul:
lis Consiliariis, vt a dominis Litwanis, maioribus donatiuis
Tartari delinirentur, q(uod) illi eorum opera contra Moscos saepi:
(us) vtuntur, atq(ue) eo nomine quasi stipendium eis numerent, regno
vero nullus sit Tartarorum vsus. De quo non alia datur
illis benemerendi occasio q(uam) si nullas in id incursiones fa:
ciant. Qui itaq(ue) fructum ex illis percipiunt, aequum
esse nonnulli censuerunt, vt hi maiore eos sibi liberalitate
deuincirent. M(aies)tas tamen haec Regia, pro sua in magnum
ducatum Litwaniae gratia, quandoquidem animaduertit
Consiliarios regni Poloniae non minus q(uam) suis ipsorum propriis
Magniducatus Litwaniae commodis fauere, ex eorum sententia
repugnare non vult. quo minus ex regno munera ista Tarta:
ris mittantur, vt et Magnus Ducatus onere se quod maius in
ea re q(uam) regnum fert leuetur. et domini Consiliarii Magni:
ducatus studium ac beneuolentiam erga se dominorum Con:
siliariorum regni cognoscant.

Instructio ad Imperatorem Thurcarum Nicolao Czikowski data

Principio salutabit Mtem eius nostro nomine, ac studia illi nostra deferet.

Deinde aget gracias pro ea benevolentia qua Mtas eius adhuc usa est erga Serenissimam filiam, et ex illa Nepotem nostrum, quod illius beneficio factum sit, ut ea tranquille possidere liceret, in quorum possessionem ipsius Mtis permissu venerunt, ac rogabit, ut Serenissimam filiam, Nepotemque nostrum deinceps etiam tueri et defendere à cuiusuis iniuria conetur.

Quoniam vero accepimus exhiberi illis non nihil negotii de Castro Bachya, etiam atque etiam rogabit Mtem eius, quandoquidem hoc castrum una cum reliqua omni Transylvania semel Illmo Nepoti nostro donavit, ut donationem hanc firmam esse velit et validam, Neque persuaderi sibi à quoquam patiatur, ut Castrum ab eo alienet, cui semel donavit liberaliter. Nam ad ceteras Mtis eius laudes et hoc pertinet: fides et constancia in promissis & factis omnibus.

Illud una petit, ut quem mittit Nuncium suum Serenissima dna Regina Isabella, ei benignas aures praebeat atque in iis quae nomine Mtis illius pecierit, facilem illi se praestet. Quicquid

erit Ser.mæ filiæ nostræ factum, id nos nobis ipsis fa:
ctum interpretabimur: ac officiorum eius M.tis gratos
nos & memores præstabimus. Atq; eam amicitiam, quæ
cum illa nobis intercedit inviolatam semper conservabi:
mus: ita vt hactenus etiam conservavimus.

SI fuerit obiectum Nuncio nostro, q nos partibus Ser.mi Re:
gis Romanorum faveamus, q conspirationes cum eo faci:
amus, suppetias illi demus, id esse falsum respondebit. Et
qui eiusmodi deferunt, eos nunq; esse probaturos. Veniunt
in Regnum ex Turcia Mercatores, q nihil tale narrare
possunt. Non modo non mittimus auxilia Ser.mo regi Ro:
manorum; verumetiam edicto nostro vetamus, ne quis ex
Regno nostro Militatum eo proficiscatur. Volumus enim
omnino sancte & inviolatè amiciciam, quæ nobis cum
Ser.mo Cæsare Turcarum intercedit, conservare.

Ad Rostenbasseham adibit, et eum nostro nomine saluta:
bit, ac munus offeret q illi mittimus, vtq; grato animo ac:
cipiat rogabit. Scire nos dicet, quanto ille studio et nostra
& Ser.mæ dnæ Hungariæ Reginæ filiæ nræ charissimæ
apud Cæs: M.tem curet negotia: quo nomine aget illi ingen:
tes gratias, ac vt qua cœpit esse voluntate erga nos & erga
Ser.mam filiam, Nepotemq; nostrum, in ea perstet roga:
bit, Daturos nos esse operam vnacum Ser.ma filia nostra,
vt nos gratos & memores esse cognoscat.

Accedet et alios quoq; Basseas, et quanto quemq; gracia plus
valere cognoverit apud Cæsarem, tanto eum officiosius
nostro nomine salutabit. Agetq; aut cum ipso Cæ:
sare si libebit, aut cum Bassis, vt restituantur

nobis ij qui capti sunt ad Vinnicham.

Cum venerit Nuncius noster ad Serenissimam filiam nostram, verbis nostris eam plurimum saluere iubebit, ac laeta et felicia cuncta precabitur. Quae nos haud aliter illius Mti atque nobis ipsis euenire cupimus. Si quae mandata Mtas eius ad Caes: Turcarum dare volet, ea fideliter perferat, dummodo eiusmodi sint quae tuto perferre liceat citra periculum aliquod. Nam si quae Mtas eius ad Caesarem dare mandata vellet, ex quibus difficultatis aliquid oriri possit, dicet se a nobis in mandatis non habere, vt perferat eiusmodi, sed suum vt potius mittat Nuncium suadebit. Se vero facturum nostro mandato dicet, vt in genere Mtis eius negocia omnia Turcarum Caesari commendet.

Sacra Regia Mtas tenet memoria quae fuerit aliquot ante diebus D. vestrarum sententia de rationibus Serenissimae dnae Reginae Hungariae constituendis. Hoc enim consultum Mti suae visum sunt, vt aliquis ad dominum Tesaurarium Regni Hungariae mitteretur, qui et gratia et authoritate apud eum possit, et ageret cum eo, quo Serenissimae dominae Reginae Hungariae, eiusque filii, et dignitatis melioris haberet rationem. Quod cum a Mte sua tentatum iam esset, missusque esset eius rei caussa ad eum vnus atque iterum alter

Nuncius, non modo profectum nihil est, sed et dignitas M^tis Regiæ non leviter offensa est. Nam qui postremo profectus ad eum fuerat cum mandatis Nuncius, eum et parum humaniter et honeste habuit, et ad ea quæ nomine M^tis suæ cum illo egit, nihil respondit: verum responsurum se per Nuncium suum pollicitus est qui tamen ad eam diem non venit. Veretur itaque M^tas sua, si nunc quoque aliquem miserit, ne nihil rationibus Serenissimæ filiæ suæ prosit: dignitas autem M^tis suæ offendatur. Sed neque excogitare adhuc potuit M^tas sua, quem ad eam rem deligeret. Non improbat tamen D. vestrarum consilium: verum deliberare amplius etiam vult, atque perquirere, qui hanc provinciam ex dignitate M^tis eius et Serenissimæ dominæ Reginæ Hungariæ obire possit. De eo, quæ cum salua Deo volente redierit, deliberationem suscipiet.

Legatio ad Franciscum Regem Gallorum data Antonio Wranto in fine anni 1546

Principio M^tem eius quam potuerit officiosissime nostro nomine salutabit. Deinde qui status sit Serenissimæ filiæ nostræ diligenter exponet. Dicet Buda per Caesarem Turcarum occupata, fecisse Caesarem, ut eam unacum filio in Transylvaniam proficisci permitteret, atque eam provinciam universam filio eius condonasse, ita ut Ser^ma filia nostra rerum interea potiretur, fructus perciperet, atque omnem

in ea terra Iurisdicionem haberet. Adiunxisse illi Consiliarios et quasi Administras, et bonorum Procuratores Rndum dominum Georgium Monachum Episcopum Varadiensem: et Magnificum Petrum Petrovič, vt ipsi, maxime vero Epus, fructus collectos Sermae filiae nrae traderent, ac rationem accepti et expensi redderent. Nunc Epum ad se omnia seuorare, ea quae necessaria sunt Serenissimae filiae nostrae maligne suppeditare, suas opes fir: mare, ac non modo non esse in officio potestateque Serenissimae filiae nostrae, sed ad se quasi transferre Imperium velle: Maior vt penes eum, quam penes Sermam filiam nostram authoritas esse videatur. Etsi autem non futurum esset nobis difficile ad officium Epum etiam nolentem reuocare: quoniam tamen Caesaris Turcorum voluntatem offen: dere nollemus, Mtem eius Regiam rogabit, vt suam apud illum autoritatem interponat: atque efficiat, vt Epm Caesar Turcarum in officio contineat. Ac serio illi percipiat, ne sibi plus quam par est Iuris in Transyluania vendicet: neque dominum illius, sed fructuum tantum Procurato: rem vel Questorem porius se Serenissimae Reginae esse meminerit. Illi primum omnem collectam tradat, illi rationem reddat, illius authoritatem agnoscat. Simul et illum petet, vt Sermam filiam nostram, Nepotemque ex illa nostrum quam poterit accuratissime Caesari Tur: carum commendet, quo possent rationes illius in tuto esse. Ac legato quem apud Caesarem Turcarum habet, mandet, vt quocies aliquis a nobis aut Serenissima fi: lia nostra Nuncius ad Caesarem Turcarum missus fuerit, presto illi adsit nomine Mtis eius, consiliumque et auxilium suum impartiat, quo possit de quibus mis: sus fuerit rebus, hys ex Sententia confectis, ad nos redire.

Eadem omnia narrabit Rmo domino Cardinali Fer:
rariensi, atque vt sua authoritate peticionem nostram
apud Regiam Mtem adiuuet rogabit.

Postulat a nobis Serenissima filia nra, vt neque literis, neque
verbis, sed re pocius ipsa Mtem eius adiutam veli:
mus, autoritate nostra Regia interposita. Atque id primo
quoque tempore, ne si cunctati simus, sero postea medi:
cina paretur. Nos pro paterno nostro animo nihil ma:
gis cupimus, quam vt presto Mti sue adsimus, et ratio:
nes illius in tuto collocemus: modo vt qua racione suc:
curri illi queat, et quid Mtas eius autoritatis nostre
Regie nomine intelligat, scire queamus. Nam si hac
autoritatem interponi per nos vult, exercitum vt mitta:
mus, nulla est res in quam facultates nras libencius im:
pendeamus, quam in salutem dignitatemque charissime filie
nostre tuendam. Sed educi e Regno exercitum in
Hungariam, Regni nri ordines passuri non essent, propter:
ea quod violari ea re federa viderentur, que cum Cesare
Turcorum nobis intercedunt. Itaque hac ratione frustra
est quod sibi succurri velit. Sin autem hoc vult, vt mit:
tamus aliquem ex primariis Consiliariis Regni nri,
nihil est quod summo studio facturi non simus, dum:
modo saluti et dignitati charissime filie nostre consulamus.

Sed illud primum consideret, ad quem ex primariis Con:
siliariis nostris aliquis sit mittendus: certe ad Monachum.
Quod si ita visum est Mti eius curabitur id a nobis, sed ita,
vt nostrae quoque dignitatis Regiae rationem habuisse videa:
tur. Nam vt primarius Regni nostri Senator quaerat Mo:
nachum in penetralibus Hungariae Regni decoris non est. Sed
Sris cum eo primus agendum esset vt Cassouiam, aut in locum
aliquem Regno nostro finitimum veniret eo nos aliquem ex
primis consiliariis nostris legaremus, nisi quod ante omnia
quis exitus rei sit futurus diligenter est expendendum, ne
si magno aliquo Oratore misso nihil profecissemus, fierent
nouissima peiora prioribus. Quod si autem vult Mtas
eius, vt mittamus ad Caesarem Turcorum questum de in:
iurijs quibus à Monacho afficitur, id quoque faciemus non
inuiti in gratiam filiae nostrae Charissimae, dummodo rati:
ones illius ea re queant adiuuari, et non maior aliqua
inde rerum sequatur perturbatio. Proinde haec secum om:
nia Mtas eius diligenter reputet, ac quid horum velit
potissimum, aut si quid aliud velit praeter haec nobis discer:
te perscribat. Nos amantissimi patris officium à dulcissima
filia nostra in nobis requiri nunquam paciemur. Haec sibi
Mtas eius firmiter de nobis polliceatur, Videbit, non falle:
mus opinionem illius.

Legatio ad Regem Gallorum domino Iacubowski data

Quo loco sint res Serenissimae dominae Isabellae Hungariae Reginae filiae nostrae charissimae, vel ipse rumor ad M[aiesta]tem vestram procul dubio iam pertulit. Anni enim plus minus octo intercesserunt, cum eam in matrimonium dedimus Ser[enissi]mo domino Joanni Hungariae Regi, qui non totum sesquialterum annum cum ea commoratus, relicto ex ea filio, ex hac vita excessit. Porro Coniuge suo desideratissimo orbata, dici satis non potest, quantas calamitates pertulerit, quantis in periculis versata sit. Nam in Civitate Budensi diuturna obsidione pressa tandem in Caesaris Turcarum potestatem pervenit, a quo clementer habita, atque ita dimissa est, ut eam in Transylvaniae Regnum cum filio suo proficisci, atque eo contentam esse vellet. Ibi iam quintum agit annum, animo a multis molestiis, maxime vero a metu minime vacuo. Nos quibus consiliis succurrere illi cupimus, quandoquidem per foedus quod nobis est cum Caesare Turcarum, aliis rationibus illi subvenire nobis non licet. Itaque crebris Nunciis ad Caesarem mittendis quantum possumus rationes illius in tuto collocare conamur: ac Deo sit gratia successit adhuc nobis non prorsus infeliciter. Quoniam vero perfertur ad nos M[aiesta]tis vestrae summam esse apud Caesarem illum authoritatem, quod nemo sit alius in Orbe universo, quem ille ~~pluris~~ faciat, pro paterna n[ost]ra erga Ser[enissi]mam

filiam nostram affectione facere non potuimus quin a Mte vestra peteremus: ut tum litteris suis Caesari Turcorum Serenissimam filiam nostram commendet: tum legato suo quem illic habet mandet, quoties aut nos aut Serenissima filia nostra Nuncios nostros ad Turcarum Caesarem miserimus, quibus de rebus missi fuerint, in iis authoritate Mtis vestrae praesto illi assit, ac peticiones nostras adiuvet. Multum eo nomine Mti vestrae nos debituros profitemur. Cui vicissim quibus nobis oneris imponere licebit, nullum in nobis amicissimi domini officium requiri patiemur.

Instructio ad do: Epum Varadien Andreae Iacubowski data

Etsi Serenissima domina Regina Hungariae pro ea modestia qua praedita est singulari, de eo in quo nunc est statu non queritur: tamen quotquot ex Hungaria veniunt, statum eius praesentem apud Serenissimos dominos Parentes eius ita deplorant, ut eam indigne tractari, ac maligne ei, quae ad vitam pro dignitate sustentandam necessaria sunt, suppeditari dicant. Qua ex re cum pro sua paterna in charissimam filiam suam indulgentia Serenissimi Principes mei ingentem dolorem animi ceperunt, omnibus modis explorare sunt conati, quae causa esset, quod Serenissima filia Neposque suus ita male istic acciperentur: neque iusta dignitatis eorum ratio haberetur. Tandem quod ex Serenissima filia sua cognoscere non potuerunt, ex aliis didicerunt,

non aliam eius rei causam esse, nisi dissidium quoddam ani:
morum, quod est inter Rmam D. vestram et Specta:
bilem ac Magnum dominum Piotrowicz. Nam dum ad
se quisque rapit, quo suam factionem firmet magis, et sibi
quam plurimos adiungat, fit ut rerum omnium penuria
Rlis Mtas laboret: Vellent Serenissimi Principes mei me:
minisse Rmam P. vestram, post captam Budam quod
reliquum fuit Hungariae non alio traditum esse à Caesa:
re, quam Serenissimae dominae Reginae filioque eius, vram
Rmam P. esse illi adiunctam tanquam Administrum, et
eius partis, quae Reginali Mti filioque eius relicta est
Procuratorem, non ut in suam rem vertat omnia, non
ut sibi fructus omnes vendicet, non ut per vim Oppida
Mtis eius Rlis occupet, quod de Oppido Szasel factum ac:
cepimus, sed ut quibuscunque rebus opus habet Mtas Re:
ginalis, de iis illi, pro eo ut dignitas illius postulat, provi:
deat. Secus si facit Rma P. vestra, muneri suo satis:
facere non videtur. Poterant Serenissimi domini Parentes
charissimae filiae, Nepotisque sui rationibus iam pridem pro:
spicere, Nam est divina benignitate, unde prospicere, unde
Mtem eius pro dignitate sustentare queant, nunquam animus
defuit, neque desunt vires et facultates, quibus id praestare
possint: Sed quod hactenus non fecerunt, non negligentia
factum est, sed quod metuebant, ne dum Parentum offi:
cio fungi volunt, Regni istius calamitosi rationibus plu:
rimum officiant. Licebat pridem Serenissimis Principibus
meis Serenissimam filiam Nepotemque suum ex his
periculis eripere: atque ad Regnum suum traducere,
ubi pro dignitate sua tractari possent: sed si id factum
esset reliquias afflicti Hungariae Regni in summum
discrimen adductas iri videbat, Quae cum quasi pro
derelicto habita a Mte Reginali filioque eius viderentur,

erat eas procul dubio Cæsar Turcarum occupaturus. Huius rei metu in hijs angustiis & difficultatibus charissimam filiam suam versari hactenus passi sunt. Quod ex ipsius Mtis filijque eius præsentia pendere regni Hungariæ salutem perspectum habent. Sed si non alia illorum ratio habebitur, quam est adhuc habita, omnes vias prosequentur Mtes eorum, quibus Charissimæ filiæ Nepotisque sui dignitati consulant, & eorum rationes in tuto collocent. Quamobrem etiam atque etiam hortantur Rmam P. vram, ut provideat ne quid ex hac illius cum dno Petrowiz discordia Regnum Hungariæ capiat detrimenti, ut cum illo in gratiam redeat, neque tam de suis opibus firmandis, quam de Serenissimæ dominæ Reginæ filijque eius dignitate tuenda sit sollicita, nam ita eam tractari ut adhuc tractata est Serenissimi Principes mei non patientur. Sæpe Rma D. vra et per lras & per Nunctios suos Serenissimis Principibus meis facturam se recepit, ut summa fide & diligentia rationibus Serenissimæ dominæ Reginæ & filii eius inserviret, haud aliter atque Serenissimo domino olim Joanni Regi marito eius, in quem singulari semper fuit fide & constancia, hoc nunc præstare Rma D. vestra velit, et verba ad rem conferre. Ita futurum est, ut non modo laudem apud omnes constanciæ consequatur, verum etiam Serenissimorum Principum meorum sibi gratiam demerebitur. Qui quæ fuerint officia per Rmam D. vestram Serenissimæ filiæ et Nepoti eorum præstita, eorum se perpetuo gratos et memores fore pollicentur. Vellent autem Sermi Principes mei ut periculum potius faceret Rma P. vestra, quantum illi Serenissimi mei prodesse propicii, quam quantum nocere possent irati. Sunt enim, ut est in Proverbio, Longe Regum manus, neque tanta

esse poterit in suis opibus tuendis R.^mæ D. vestræ solicitu:
do, quanta erit Serenissimorum Principum cura in filiæ
suæ charissimæ dignitate tuenda.

Instructio data Iacubowski à Sigismundo primo rege Polonie ad Coesaré Thurcorú

Gdy przyiedzie possel nasz do Czessarza Tureczkiego, naprzod poydzie do Rostembaszę, powie mu przyiasń naszę i bedzie mu od nasz wsytkiego dobrego winczowal, potym mu odda list nasz, a opowie się iż iest posłan ku Czessarzowi iego Mci od nasz wzgledem krolowey iey Mci Vgierskiey czorki naszey, ktore iemu rosłowie wedlie nauki ktorą mu krolowa iey Mc Vgierska da, i bedzie go od nasz żadal aby się o to przyczynial v Czessarza iego Mci iż by mogl mieć prętką odprawę, a takową na ktorąbyśmy i my i krolowa iey Mc czorka nasza przestać mogli, a iż by się tesz o to starał aby ta przyiasń ktora iest miedzy namy a Czessarzem Tureczkym nieodmiennie trwala.

Gdy bedzie v Czessarza Tureczkiego powie mu przyiasń naszę braczką i bedzie mu imieniem naszym vinczowal zdrowia i fortunnego panowania, iako przyiacielowi naszemu i sąmsiadowi. Powie potym iż iest od nasz k niemu possłan wzgledem krolowey iey Mci Vgierskiey czorki naszey, a iż by temu gomowić bedzie wiącę dal, list wierzączy odda.

Kiedy mu mowić roskaze, powie iż aczkolwiek Cżessarz
iego Mc krolowey vgierskey iey Mc i s synem iey Mci
tak opatrzyć raczył, iż iey Mc na tym przestawała, po:
niewaſſ to iey Mći w władzey i wroskazanie dano od
Cżessarza iego Mci było, a wsakoſſ sie nyektorzy ktorzy
się o to przyczyniaya aby iey Mc tego nye vżyła, a to
zo kv iey Mći i syna iey Mci stanv vychowania iest
dorno, widzięy krom woliey iey Mći, rzeczom swym fol:
gvyącz obrażaya, tak iż na wieliv iey Mc szkodzić
musi.

Cżemv aczkolwiek byśmy my zabieżeć mogli a opatrzić
to iż by corka nasza tego vżyła czym iest slaski Cże:
ssarza iego Mći opatrzona, a ty ktorzy w tym nad
woliey Cżessarskey władnać chczą od tego odsadzić,
alie mamy to dufanie o przyiaźni iego Mći Cżessarskiey
przeciwko nam ktorey ieſmy zawżdy strzegly i strzeże:
my, aby za przyczyney naszey w czym naruszona niebyła,
la, iż iego Cżessarska Mc będzie raczył pomnieć na
obietnicze i na słowo swoye, a będzie raczył tak opatrzyć
iey Mc krolowey vgierskey corkey naszey, aby tego
vżyć mogła s synem swoim, czym iest od iego Cże: Mći
kv wychowaniv stanv iey Mći opatrzona, a w tym aby
nikt władzey i roskazania nyemiał, ino woliey krolio:
wey iey Mći, abowiem by to nye przystało aby tego kto
inszy vżywać miał, a iey Mc ktorey to iest w moc słowem
Cżessarskim w roskazanie dano i s synem iey Mći niedo:
statek iaki ciirpieć miała, czo by było, i kv zelżeniv iego
C. Mći aby to czo iego Mc rasz dał to inszy odymować
miał czego teſſ iednak iego C. Mc przestrzegać wedlie
przymierza powinien, ktore s iego Mcią mamy, v
ktorego to iest iasnie opissano, iż iego Cże: Mc ma być

przyiaciolom naszym przyiacielem, a nieprzyiaciolom nie:
przyiacielem: a my nad Kroliowa iey Mć węgierską mil:
szego nicz niemamy. abowiem iey Mć iest krew nasza i cia:
lo nasze, a niemoze się iey Mći nicz dziać ani zlego ani
dobrego, czegobyszmy spolem s iey Mćia nyeczuli. Dlia
czego iego Mći Czessarza będzie prossil imienim naszym,
aby tak iako iego Mć corkę naszę opatrzyć raczyl i
s synem iey Mći, aby ie wtym chować raczyl, a niedo:
pusćil aby kto inszy wtym władzę abo roskazowanie ia:
kie mieć miał, ino iey Mć, a iz byto iego Cessarska
Mć przess list y posla swego wsem poddanym iey Mći
roskazal, aby iey Mć wtey czci i powadze mieli, iako
na stan iey Mći przystoi, a nikomu inszemu poszlusen
niebyli ani dochodow oddawali iedno iei Kroliew:
skiey Mći.

Bedali cię pytać ktorzy by to byli, kto by takowy byl kto:
ry, by mial to czo od Czessarza iest dano Kroliowey iey
Mći odymować, tedy powie tak iako od Kroliowey iey
Mći naukę mieć będzie, od ktorey się tego vywiadować
będzie gdy v iey Mći będzie.

Będzieli tesz mial iakie insze poruczenie i naukę od Krolio:
wey iey Mći Vngierskiey, tedy sprawować to będzie, czo
by bylo ku dobremu iey Mći, przyczyniaiącz się o to, aby
byly rzeczy iey Mći wdobrey mierze postanowione, czo
yego baczeniu i wierze poruczamy.

C v Bass kiedy będzie pozdrowi ye imyenim naszym, i
będzie im wsytkiego dobrego vinczowal, a będzie ich o
to zadal aby się oto starali v Czessarza iego Mći ya:
ko by w tych rzeczach dlia ktorychess od nass poslan

wdzięczną odprawę myal, a może im zwierzchu nie:
czo powiedzieć o kolo tych rzeczy dlia ktorych iest od
nasz poslan.

Ostatek tego baczeniu i rozumowi a wierze polie:
czamy wedlie ktorey tak postępować będzie iako mu
rzeczy podawane będą.

Cause suscepti belli ab Imperatoria Mte aduersus quosdam Principes & Ciuitates GERMANIE

CAROLVS quintus. Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus: Germanie. Hispaniarum, vtriusq Sicilie, Hierusalem, Hungarie. Dalmacie, Croacie &c. Rex: Archidux Austriae Dux Burgundie et Comes Hapsburgi, Flandrie. Tirolis. &c. Vniuersis et singulis Electoribus, aliisq Principibus Ecclesiasticis et Secularibus, Prelatis Comitibus, Liberis Baronibus, Equitibus auratis. Militibus. Capitaneis, Prouincialibus, Aduocatis, Locumtenentibus, Aduocatis, Prefectis, Procuratoribus, Officialibus, Scultetis, Magris Ciuium. Judicibus. Senatibus, Ciuibus, Communitatibus, omnibusq & singulis aliis nostris et Imperii Vasallis subditis et fidelibus, cuiuscunq dignitatis, status, et conditionis existentibus Et precipue Joannis Friderici. Ducis Saxonie Electoris, & Philippi Landgrauii Hessie Ducatuum et Dominiorum Statibus, subiectis, subditis, et addictis, ad quos presentes Imperiales lre aut earundum fide digna transumpta peruenerint, eisdemq requisiti et commoti fuerint. Graciam nostram & omne bonum nunciamus.

RN di, Illustres Electores et alii Principes, propingui et Auunculi. Item Magci, nobiles, et honesti sincere et fideles dilecti. Jam inde ab inicio Imperialis regiminis nostri, in quod nos Deus Opt: max: ordinaria intercedente suffragatione et electione gratiose collo:cauit: ex innata affectione et pietate, quam erga sacrum Imperium na:tionis Germanice, vt Patriam nostram charissimam, quouis tempore gessi:mus, atque eciamnum gerimus, eo consilia et actiones nostras contulimus, vt nationis Germanice honorem, vtilitatem, commodum, et foelicitatem, quibuscunque possemus modis gratiose meditaremur, proueheremus, au:geremus: eandemque in ea, quam antiquitus obtinet, libertate et immunita:te, necnon in pacifica quiete, ocio, tranquillitate, iure & vnanimi concor:dia conseruaremus. Quapropter saepius haereditaria nostra Re:gna & Dominia, cum summo nostro dispendio et incommoditate, et eorundem Regnorum et Dominiorum detrimento, neque vel Imperiali per:sone, vel facultatibus nostris parcentes, reliquimus.

Magno eciam labore, clementer & paterne a pluribus annis illud egi:mus, vt sane quam damnose, detrimentose, et periculose, controuerse reli:gionis discordie, quibus hisce temporibus Germanica natio admodum est grauata, dispendiosis atque perniciosis differentiis sopiendis, ad Christianam concordiam et aequabilitatem reducerentur, et que inter Status inualuerunt insidiose simultates ad amicam reconciliatio:nem et beneuolenciam redigerentur. Pro eo atque mens [voluntas] et sentencia no:stra nunquam aliter fuit, neque etiam nunc est, quam vt iuxta complura Imperii acta, et communes statuum ipsorum assensiones, tam graues et damno:se controuersiae primo quoque tempore, per generale Christianum concili:um, aut alias legittimas et competentes vias et modos componi & transigi deberent.

Itaque a nobis est factum, vt simul et de statuum omnium consilio, et pro nostra virili, hucusque omnis generis remedia quereremus et adhiberemus,

quibus ad eam, quam diximus transactionem et concordiam recte perue:
niri posse iudicaremus. Qua sane in re, aliisq item in negotiis, ita nos to:
to Imperialis nostri regiminis tempore graciose gessimus, vt nobis constan:
ter et verè impingi non possit, nos vel veram Christianam religionem, vel
nationis Germanicè libertatem, aliqua ex parte labefactare, conuelle:
re, aut imminuere, multo vero minus (vt nobis quidam homines pro libi:
dine sua, sine omni racione præter veritatem asscribere conantur) oppri:
mere voluisse. Id quod nobis nunquam in mentem venit. Quippe qui in hac cau:
sa rebusq omnibus non priuatum commodum nostrum, sed precipue et vni:
ce publicum sacri Imperii nationis Germanicè bonum, pacem, ocium, tran:
quillitatem, et incrementum quæsiuerimus; neq cuiquam vnquam vel minima
re occasionem aut causam contumacie, inobedientie, et rebellionis præbu:
erimus. Sed illud pocius quouis tempore et modo summa diligen:
tia graciose studuerimus, vt preciosa in Germania omnis bellici mo:
tus et tumultus causa, omnes opes, copias, et vires nostras, vna cum
Statuum omnium, aliarumq potestatum auxilio et subsidio, in com:
munem et hereditarium tocius Christianitatis hostem Turcam, et ali:
os infideles et barbaros, eos vero potissimum, qui iam Germaniæ
aliarumq Christianarum nationum ceruicibus imminent, conuer:
teremus: eosq à nobis et Republica Christiana propul:
saremus.

Viceuersa autem quod dilectiones et sinceritates vestre vniuersiq
et singuli norunt (summi et infimi sacri Imperii status, ordines,
et subditi omnes et singuli, nobis vt naturali, vnico, et vero domino,
capiti et superiori suo, homagii et fidelitatis sacramento, obliga:
ti, addicti, et obstricti sunt, eos scilicet nobis fauentes, intentos,
obedientes, et fideles fore, neq vnquam vlli interfuturos consilio, vbi
contra personarum honorem, dignitatem et statum nostrum quid:
quam agatur: neq se in eiuscemodi consilia assensuros. Sed pocius
nostrum et sacri Imperii honorem, commodum et vtilitatem pro:
uecturos, damnaq omnia prouisuros et auersuros. Ac si quis

eorum intelligeret quicq; contra Imperatoriam Mtem, et perso:
nam nostram agi, atq; attentari, id quicquid esset fideliter
impedituros, et nos de eo quamprimum admonituros atq; certio:
raturos.

Insuper in Imperiali constitutione nostra, de tranquillitate
publica, et Prouinciali pace (que Landfrid vocatur) et
subsequutis eam pacis edictis, diserte expressum est, et Stati:
bus interdictum, ne alius alium vel religionis et professionis no:
stræ vel alicuius alterius rei causa, sub qualicumq; colore et
prætextu, diffidaret, armis impeteret, bello opprimeret, et dam:
no afficeret, aut vi armata manu e possessionibus suis deij:
ceret et spoliaret, ac ne quis alium ad religionem suam ample:
ctendam cogere audeat.

Item ne alius alii subditos suos per practicas ad defectioné
solicitatos alienaret, aut eos contra dños eorum in tutelam et
protectionem suam reciperet.

Nobis porro in primis, ut Imperatori Romanorum, capiti et supe:
riori, cui prouidentia et ordinatione diuina summum Imperium
et potestas in sacro Imperio, in omnes status ordines et subditos
eius mandata et commissa est, vigore eiuscemodi delegati et in:
iuncti officii et potestatis competit, ea quæ dicta sunt omnia
conseruare, obedientes in pace et iure suo defendere, et contra
omnimodam illegittimam vim et violenciam tueri atq; propugna:
re, Inobedientes vero, contumaces, rebelles, et publice pacis turba:
tores, omnibus legittimis competentibusq; viis et modis coercere,
eosq; ad debitam obedientiam dirigere atq; deducere. Prete:
rea vero nemini prorsus cuiuscunq; status vel conditionis cuius:
cunq;, etiam fidei vel religionis, et quicunq; tandem ii sint,

neq3 diuinis, neq3 humanis constitucionibus, aliquatenus concessu aut permissum est, vt se vi propria de facto nobis vt summe potestati per rebellionem opponat, aut ex debita et ordinaria obedientia et subiectione, contra proprium iuramentum, prestitumq3 promissae fidelitatis sacramentum, subducat et subtrahat. Que sane res omnis vt exempli pessimi et perniciosissimi, quum ingentem omni ordinario regimini perturbationem et euersionem secum affert, tum etiam apud subdelegatos, et infra nos positas potestates, vt eorumquoq3 subditi eo magis faciliusq3 per res nouas et secessiones illis aduersandi causam et occasionem arripiant, grauem & periculosam sequelam inducit.

Quibus rebus omnibus non consideratis aut perpensis, imo directe contra hec omnia iam multis inde ab annis longoq3 tempore Joannes Fridericus Dux Saxonie Elector, et Philippus Landgrauius Hessiae, propria temeraria et arroganti presumptione, vt omnes nostras exantlatas curas, labores, multifariam diligentiam, et actiones vniuersas, quas ita vt premissum est, ad pacem et quietem in sacro Imperio prouehendam atq3 stabiliendam, et perniciosa grauamina iurgia et dissidia tollenda, necnon publicum sacri imperii nacionis Germanice bonum, commodum & emolumentum procurandum suscepimus, quantum in eis situm fuit, et quantumcunq3 efficere potuerunt, impedirent, competentem debitamq3 nobis subiectionem obedientiam et fidelitatem suam pluxifariam denegarunt, atq3 detractarunt.

Neq3 illi satis habuerunt, vt se nobis et Imperatorie

nostræ sublimitati contumaciter opponerent, nisi eciam alios nostros et sacri Imperii status, ordines et subditos, ad similem inobedientiam et iniquas, atque de iure probibitas conspirationes, et factiones concitarent: pertraherent, allicerent, permonerent: reque demum ipsa et cum affectu perducerent, ac huiusmodi conatibus, et quibuscunque preterea possent modis, nobis in usu et administratione ordinarie et Imperialis nostre potestatis, aliud atque aliud impedimentum objicerent, et sibi ipsis eam de facto presumptuose vendicare et arrogare auderent.

Quemadmodum iam olim Landgravius ipse, non considerato neque perpenso eo, quod ei ut singulari statui et membro Imperii, nostroque et ipsius Imperii subdito pro statu et conditione sua, nullo modo competiit aut licuit, vi et motu proprio, sine sciencia et permissione nostra, adversus alios status et ordines imperii diffidationem aliquam aut bellum suscipere, nihilotamen minus presumptuose ausus est, contra quosdam imperii, et quidem precipuos status, violenter sub conficto colore, et pretextu nescio quarum actionum et peticionum, quo iure, quane iniuria, arma sumere, delectum habere, exercitum conscribere, et partim ab eis ipsis Statibus per iniquissimas depredaciones, magnam vim pecunie extorquere, partim eos provinciis et Dominiis suis, armata manu deiectos, subditisque suis spoliatos, gravare, opprimere, et summa iniuria afficere.

Neque porro eo contentus, sed ulterius per audaciam progressus, una cum Ioanne Friderico Electore Duce

Saxoniæ, quem diximus, nobis non permittentibus, neque obtento, aut eciam requisito Iure, sed propria et violenta præsumptione, de facto, eiusdem enim eis Status Principi, et Statui, apertum bellum intulit. Eundemque Principem, qui Ducatum suum a nobis et sacro Imperio, vt præcipuum vnum inter Regalia nostra Feudum, perinde atque maiores et præcessores eius antiquitus vsque ad eum, feudi iure obtinuit, militaribus copiis oppugnauit. Ducatu eo et dicione omni, vnacum subditis omnibus, exuit, et profligauit. Quem Ducatum etiam nunc Elector Dux Saxoniæ, et Landgrauius Hessiæ prædicti, de facto detinent, et vsurpant.

Iidem isti Principes, aliquot Episcopales, Ducali prærogatiua gaudentes, et alias Ecclesiasticas fundationes et Prelaturas. Item Comitatus et Baronatus, qui ab antiquo Regalia et Feuda sua a laudabilis memoriæ Prædecessoribus nostris in Imperio susceperunt, et pro Statibus atque Ordinibus Imperij habiti, locum et Ius dicendæ sentenciæ, in Imperialibus consiliis obtinuerunt, atque nullis Imperii temporibus atque contributionibus Reipub: pro virili eorum parte defuerunt, nobisque vt Imperatori Ro: omne fidelitatis debitum præstiterunt, atque eciam nunc se præstituros recipiunt. Quique nos et omnes Imperii status in aliquot retroactis Imperii Conuentibus sæpenumero humiliter rogauerunt, vt eos in Republica nobiscum et cum sacro Imperio defendere, tueri, atque conseruare dignaremur.

Eas namque Episcopales aliasque Ecclesiasticas fundationes et Prelaturas, Preterea Comitatus et Baronatus violenter

instituerunt à nobis et sacro Imperio alienare, et vna cum laudabili, atque à Predecessoribus nostris Imperatoribus et Regibus Ro: libertate donata Nobilitate, Equestrique ordine, sibi ipsis et Dicioni eorum subdere, subycere et inquietare. Ita vt eorundem non paucos adhibita violencia sibi subdiderunt: eosdemque contra mandata et edicta nostra cum temeraria et impudenti obediencie et Iuris atque Iudicii detractione, nunc quoque violenter detinent. Preterea vero alios quoque summi et infimi status et ordines superioritatibus, dominiis, censibus et redditibus suis presumptione temeraria, multifariam spoliaverunt, atque eciam nunc sine intermissione spoliant.

Insuper quosdam status, eorundemque subditos, contra et preter nram eorundemque ordinariæ potestatis assensionem, præcipitibus consiliis et practicis, sub obtentu religionis eo perpulerunt, vt se tutelę et protectioni eorum committerent. Quos etiam ita in protectionem suam susceperunt, et in horas nunc quoque per practicas alliciunt, impellunt, suscipiunt. Idque eo animo et consilio, vt eos a nobis et sacro Imperio, aliisque eorum naturalibus et legittimis dominis et potestatibus alienent, sibique ipsis vendicent, et dicioni sue subdant.

Eadem presumptione et temeraria audacia adducti non omiserunt, cum quibusdam statibus clam communicatis consiliis efficere, eisque persuadere, ne se ad presentem generalem Imperii conuentum conferrent. Quodquidem eo, procul dubio fecerunt animo, vt apertam de se

summi contemptus nostri darent significationem, neve
in gravibus sacri imperii rebus, temporibus hisce, cum
fructu aliquo quoque confici et expediri possit. Quae om:
nia illi eo quoque levius absque cura et metu secure praesu:
munt, attentant et adgredi atque efficere audent, quod neque
Iudicia, neque potestatem aliquam agnoscunt, quibus se
teneri nullis putant. Qui etiam publicam pacem,
et iusticiae administrationem usque adeo impedierunt et tur:
barunt, ut rerum per legittimas sententias recte et ordi:
ne iudicatarum executio, ipsorum intercessione praepedita,
et postremo summum quoque Imperiale Iudicium nostrum,
in sacro Imperio nationis Germaniae, ipsis illegittimo te:
merarioque ausu, causam et occasionem praebentibus, subla:
tum sit. Ita ut iam omnes homines ultra anni curricu:
lum subsidio iuris caruerint, et hodie quoque careant. Quae
tanta rei indignitas cum per se ipsam est gravis, multisque
miseris oppressis, et spoliatis partibus summe detrimento:
sa, tum nacionibus et gentibus exteris omnibus illibera:
lis videtur et horrenda.

Sed enim, quod omnium est indignissimum et gravissimum,
has tantas indignitates maxima ex parte comittunt et
exercent, sub gloriose allegato, opinione falsa concepto
ameno, et illicibili praetextu, et splendore religionis, nec:
non praetensa et praesumptuosa conservatione pacis, Iuris,
et Germaniae nationis libertatis, quam omnibus suis prae:
cipitibus, insidiis, et iniquis actionibus, tanquam praetextum
obtendunt, cum tamen nihil minus quam transactionem et
concordiam verae Christianae religionis, aut pacis, iuris,
vel nationis Germaniae libertatis conservationem quae:
rant vel paciantur.

Adde, q illi, in laudabili Christiana religione nr̃a omni cum fide et veritate invenire aut probare nullo modo possunt, alignaturus illis, ut se summae eorum potestati temerario ausu opponant, licere, cum id Christianae religioni aperte sit contrarium. Id autem quod ab hoc diversum est, in sacrosanctis et divinis l̃ris, aliisq fide dignis rerum gestarum monumentis et historiis se manifeste exhibeat, primos illos veri Christi fideles, qui non tantum inanibus verbis de fidei sue persuasione sunt gloriati, sed eandem vita et moribus expresserunt, profusoq sanguine confirmarunt. Ethnicis quoq Imperatoribus Regibus et potestatibus, fidelitatem et obedientiam prestitisse. Qua de causa inobedientes et infideles isti nostri, eo minus iuste cause habent, ut nobis, tanq ordinarie eorum potestati, debitam suam fidelitatem, sub obtentu & specie religionis, detrahent: et se contra nos opponant, atq extollant. Itaq contumacia tali omnibus et singulis declarant, animos et conatus eorum multo magis eo esse directos, ut omnino Imperatoriam nostrã sublimitatem, autoritatem, diadema, et sceptrum ambiant. Eaq omnia una cum religione, pace, iure, iudiciis, et libertate opprimant, et actionibus huiusmodi iniquissimo modo proprium et privatum suum commodum, et exaltacionem quaerentes, atq procurantes, omnes sub ditionem, iugum, et tyrannidem suam redigant, ac demum (opportunitate et occasione arrepta) arma capiant, et bellum excitent.

Cuius eorum tam infidi et sediciosi animi satis apertas significaciones et testimonia exhibent, cum temeraria eorum, qua de iis pridem sunt auditae voces, tum pleni gravissimarum criminationum et iniuriarũ atrocium famosi Libelli et imagines, quos et quas illi pre

typographicen, et aliter in Ducatibus, ditionibus, et dominiis suis, edi, et inde passim in loca omnia sacri imperii absque metu et pudore omni, publicitus spargi, et divulgari sunt passi, eam ad nomen nostrum iniuriosissime atque despicatissime traducendum, proscindendum diffamandum, tum proculdubio, ad multitudinem imperitam talibus aliisque similibus modis, in nos commovendam, exacerbandam, ac deinceps ad tumultum et rebellionem concitandam.

Ad hec accidit, quod non omiserunt in Conventiculis suis et parasynaxibus, contra homagia et iuramenta sua non solum omnis generis pacta, federa, conspirationes, et alias machinationes in nos excitare: verum etiam apud exteras potestates et alios, nostri absque dubio odiosissime mencionem inferre, et eisdem potestatibus et aliis, ut modo dictum est, in fraudem nostram occulti, omnis generis adherentiam, societatem, subsidium, et auxilium deferre, cum illis consilia communicare, practicas facere, eosque contra nos irritare, confirmare, commonere.

Extant quoque adhuc homines, qui pro sua in nationem Germanicam, benevolentia, affectione et pietate, de eis, quod cum fide sua sponte dicant, sciunt eos nationem eam quantum in eis est, quantumque ad Turcas pertinet, in discrimen et periculum conycere, et in eodem retinere, id porro eo est credibilius. Quod illorum conatibus ad tyrannidem consequendam, contegendam, atque in effectum deducendam, non incommodum, neque inutile esse posset.

Atque hec quidem omnia illi fecerunt et faciunt gravissi:
mi homagii oblati, per quod ad fidelitatem nobis ut
Imperatori Romano, ipsorum a Deo ordinato unico,
naturali vero domino Capiti et Superiori sunt obstri:
cti, in preiudicium, diminutionem, et detrimentum
Imperialis nostre celsitudinis, authoritatis, et pote:
statis, contra generale Imperatorium publice tran:
quillitatis conservande decretum nostrum, et subse:
quuta pacis retinende dicta. Que ipsi non aliter ac:
cipiunt, habent, et interpretantur, quam si ob hanc tantum
causam edita, constituta et promulgata essent, ut obe:
dientibus et in officio manentibus Statibus manus
clause et naturalis ac de Iure eis concessa defensio
et tutela adempta. Ipsis autem e diverso per ea con:
cessum et permissum esset, pro libidine eorum omnes
illegittimas, indignas, et prohibitas actiones adversus
obedientes status suscipere, exercere et perficere.

Per quas ut supra commemoratum sunt, actiones, ino:
bedientiam, contumaciam, rebellionem, ambitionem,
et offensionem, nostre Imperatorie amplitudinis,
potestatis, et superioritatis, se illi omnium summi et
maxime horrendi criminis lese Magestatis, par:
ticipes fecerunt. Quapropter etiam in eius ipsi:
us criminis, et supradicti publice pacis decreti
poenam et coercionem realiter et cum effectu incide:
runt. Que quidem omnia tam sunt manifesta,
aperta, et notoria, ut ulteriore et fusiore aliqua
de eis commemoratione aut declaratione prorsus
non sit opus.

Ac nos quidem vigore, quod gerimus, Imperialis officii, iamdudum satis legittime et iustae occasionis et causae habuimus, ut contra praefatum Electorem Ducem Sa: xoniae, et Landgravium Hessiae, per viam competentem poenarum procederemus, maluimus nos tamen illis ad hoc usque tempus, pacis conservandae, bellique et quae ex bello consequuntur incommodorum vitandorum atque cavendorum gratia, clementer parcere, atque in rebus omnibus longe magis quam deceret, aut nobis conveni: ret, non sine ingenti conscientiae nostrae gravamine et offendiculo, nostraeque imperatoriae authoritatis dimi: nutione, et multorum obedientium Statuum praeiudicio, detrimento, et damno summo, gratiose per clementem conivenciam indulgere. Pro eo atque nos proximo 1541 Qua: dragesimo primo. Anno, hic Ratisbonae erga Land: gravium Hessiae, et posthac in proximo Spirensi Im: periali conventu nostro. Anno. 1. Quadragesimo quar: to, erga Electorem Ducem Saxoniae clementer prorsus et gratiose exhibuimus. Id quod ea potissi: mum spe et opinione a nobis est factum, quod cre: deremus fore, ut per eiusmodi immensam nostram patienciam, indulgentiam et benignitatem, eos a gra: vi eorum rebellione, contumacia, inobedientia, ille: gittimisque et iniquis molicionibus, machinamentis, et conatibus, aliquando tandem abalienaremus, obdureremus, vinceremus, viamque debitarum in eos poe: narum praecideremus.

Enimvero tantum abest, ut tam paterna nostra liberalitate, indulgentia, paciencia, conniventia, et benevolencia, apud eum ipsum Electorem Ducem

et Landgrauium, id quod manifesto deprehendentes cognouimus, quicquam effecerit, et etiam inania tantum verba nobis ab eis data esse, et nihil minus eos re ipsa quam quod se litteris simul et verbis amplissimis facturos esse polliciti sunt et receperunt, praestitisse sentiamus.

Qui nimirum nostris et sacri Imperii ordinationibus, constitucionibusque ac Imperialibus de publica pace et religione editis, decretis, edictis, et interdictis (quae quidem ad decreta talia publicae pacis et religionis manutenenda et vim atque violentiam omnem arcendam atque inhibendam, passim in sacro Imperio, saepius edi, promulgari et publicari curauimus) plurifariam per arrogantiam abuti, et contra gratiosissimas eas actiones, quas cum eis hic Ratisbonae et Spirae instituimus, ex diametro venire, atque haec omnia ad praetextum et oblentum temeritatis et contumaciae suae conuertere sunt ausi.

Ita etiam propter depravatam plenamque odii et inuidiae mentem, in peruerso suo instituto indurati sunt et incrassati, et omnia consilia et coepta eorum in eum finem destinauerint, ut omnes et singulos, possessionibus bonisque suis, pro libidine sua spolient, et eo nomine non modo ius et iudicium nullum tolerent, sed potius multoque magis propter eam quam eos diximus concepisse inuidiam, fraudulentumque et inexplebilem animum, contra Ius et aequitatem omnem, tumultus et bella in Imperio commoueant,

Principes, Comites, Barones, liberam nobilitatem, aliosque Ecclesiasticos et Seculares sacri Imperii status et ordines. Imperiali nostro de publica pace decreto proculcato, armata manu violenter inuadant, aliisque omnis generis precipitibus conatibus sibi subiugent ocium, tranquillitatem, pacem, leges, et Judicia turbent, et tollant. Imperialem autem authoritatem nostram opprimant, sibique eam vendicent, Conuenticula et parasynaxes cogant. Pacta, foedera, conspirationes, aliasque machinationes contra nos instituant, et Imperatoriam nostram personam famosis aliisque eius generis scriptis, aliter quoque quam inuidiosissime et contemptibilissime impeti, traduci, et proscindi curent, et patiantur. Atque adeo quo clementiores et benigniores nos indulgendo, conniuendo, et parcendo erga eos exhibuimus, eo illi pertinaciores, obstinatioresque sunt facti, et in temerariis contumacibusque coeptis et conatibus suis, et perseuerent diutius, et progrediantur longius, atque ob id in eo seueriores et iustiores poenas inciderunt, eas denique ut iuste expectent commeruerunt.

Itaque in animo nostro gratiose reputantes, si longius ad hac conniueremus, et neque ordinaria Imperiali nostra authoritate et potestate uteremur, neque prędictum Electorem Ducem Landgrauium ad legitimam debitamque obedientiam cogeremus, quod parum spei reliquum futurum esset, ut inclyta Germanorum natio, vel ad Christianam transactionem et concordiam in controuersa religione perueniret, vel constantem, certam, summeque necessariam, pacem.

Jus et iudicium consequeretur. Quin e diverso eam potius
omnis generis iniqua vis, violentia, tyrannis, ra:
pinae, latrocinia, ordinis, policiae, bonorumque morum
vastities et fidei fidelitatisque omnis iactura et interi:
tus maneret. Quo eam modo ex quieto in inquie:
tudinem, et ex dulci libertate in gravem servitutem
prorsus redigi necesse esset.

Quam tantam indignitatem Imperialis regiminis nostri
tempore diutius ferendam atque tolerandam non esse:
quae scilicet neque coram Deo, neque coram ipso mundo ex:
cusari ullo modo queat, decretum nobis est et consti:
tutum.

Itaque stat sententia ad cavenda et inhibenda ulteri:
ora gravamina, incommoda et detrimenta, quae ex
huiusmodi licentia et impunitate, sacro Imperio
Germanicae nationis, totique Reipub. Christianae acci:
dere posset, contra nominatum Electorem Ducem
Saxoniae, et Landgravium Hessiae, tali nobis ab
eis imposita necessitate, Imperiali nostro officio et au:
thoritate uti.

Et quoniam praedicta eorum in rem et effectum
deducta inobedientia, contumatia, et rebellio, con:
vulsio atque turbatio pacis, Iuris, legum et Iudicio:
rum, conculcatio et laesio Imperialis Mtis et ampli:
tudinis nostrae. Aliaque temerariae, turbulentae, violen:
tae, iniquitatae et pacifragae actiones, seditiosaeque tumultuariae,

omnimodo passim usque adeo sunt aperte, manifeste, et notorie, ut eas ipse quoque Elector Dux Saxonie, et Landgravius Hessie, nullo prorsus fundamento, equitate aut colore excusare, defendere aut fuco aliquo obtegere possint.

Et alioqui illi nullum ordinarium Jus, iudicium, et Judicem ferre volunt. Quippe qui sibi ipsis altitudinem et potestatem nostram arrogantes, eam usurpant, et contra status alios non aliter quam de facto, violencia adhibita et armata manu, procedunt.

Tales ob causas deliberatis atque consyderatis cause istius circumstanciis, statuque eius omni perpenso, summa et inevitabili hoc ita exigente et flagitante necessitate, urgenteque a Deo nobis commissi officii debito: dictos Joannem Fridericum Electorem Ducem Saxonie, et Philippum Landgravium Hessie, ut nuos inobedientes, infideles, homagii et Juramenti fragos, rebelles, perduelles, sediciosos, proculcatores, et temeratores, Imperialis amplitudinis et Maiestatis nostrae, turbatores communis publicate provincialis pacis, in nostram et sacri Imperii proscriptionem et reproscriptionem, ac supradictas poenas coertiones, et mulctas incidisse, decrevimus, declaravimus, promulgavimus, et publicavimus, eosque ex quiete in inquietudinem, seu ex pace in non pacem collocavimus, decernimus, declaramus, promulgamus, et publicamus eos nostros et imperii bannitos, et rebannitos, ac praedictis poenis, coercionibus, et mulctis subditos. Collocantes

eos ex nostra et sacri Imperii pace, in non pacem Ro:
mana Imperiali authoritate, ex certa scientia, vigo:
re praesentium.

Constituimus etiam prorsus ad competentem realem
adimpletionem, perfectionem, et executionem, eius:
cemodi nostrae declarationis et publicationis, promul:
gataeque proscriptionis, poenae vexationis, et mulctae ipsi:
contra eos ipsos Joannem Fridericum et Philippum,
qui se nominant Ducem Saxoniae, et Landgrauium
Hessiae, ut publicitus proscriptos, siue bannitos, necnon
nostros et Imperij perduelles et hostes, auxiliante nobis
diuina gratia, ope, et subsidio, competentiumque poenarum
ab eis expetendarum gratia, nulla interposita mora,
progredi et procedere, ut deinceps absque eorum im:
pedimento, ad constantem et stabilem pacem, iterumque
Jus, Judicium et concordiam in sacro Imperio con:
stituendam, et Rempub. ordinandam eo certius,
meliusque pertingere et peruenire valeamus.

Qua in re nos offerimus ita modis omnibus, ut Christia:
ni Imperatoris nomen et officium postulat et requirit,
clementer prorsus et paterne gesturos et exhibituros,
Germanicaeque nationis libertatem, amplitudinem,
honorem, commodum et foelicitatem, cum omni gra:
tia et fide conseruaturos, procuraturos, et pro:
mouturos esse, pro eo atque ex debito astricti, et spon:
te nostra ad id propensi sumus.

Quodquidem dilectioni et sinceritati vestræ et vobis caus, ob rem insinuatum volumus, ut dnius legittimi summe necessarii et inevitabilis consilii et coepti nri veram, constantem, et certam causam cognoscatis. Quam scilicet ob causam ad eas graues et cogentis necessitatis angustias simus redacti, ut præsentem bellicam expeditionem nostram, longius proferre, continere, omittere, aut inhibere, nullo modo vel debuerimus, vel potuerimus.

Itaq dilectioni et sinceritati vestræ, et vobis omnibus et singulis simul et seorsim, respectu homagiorum et fidelitatis, qua nobis et sacro Imperio obstricti estis, sub graui nostra poena et indignatione, præcipue vero sub amissione omnium vestrorum Regalium feudorum, libertatum, et Priuilegiorum, quæ prædecessores vestri, et vos, a laudabilis memoriæ prædecessoribus olim nostris Imperatoribus et Regibus Ro: nobis et à sacro Imperio obtinuistis, et sub amissione bonorum et vitæ mandamus: ne dictorum Joannis Frederici, et Philippi, qui se nominant, Ducem Saxoniæ, et Landgrauium Hessiæ, causam contra nos tuendā suscipiatis, ne vos cum eis coniungatis, aut stipendia sub eis faciatis, neue opem aut subsidium aliquod, commeatu præbendo, aut alio quouis modo, directe vel indirecte palam vel occulte feratis, aut exhibeatis.

Quod si quis vestrum, vnus vel plures, in eorum vrorumue complicium cuiusquam ministerio, stipendio

et sacramentum recepti estis eorumve castra sequimini, ut ille vel illi e vestigio visis dictis literis sine omni exceptione et detrectacione se subducant, ab eis discedant, neque eis ulterius operam navent.

Vos quoque status obstricti, addicti et subditi dictorum Joannis Friderici et Philippi, qui se nominant Ducem Saxoniae et Landgravium Hessiae, ut ne eis amplius ullo modo aliquam obedienciam, operam, aut assistenciam praestetis, nec vos alterius eorum rebellionis, inobedientiae, commissorumque criminum, per adhaesionem, participes faciatis: sed ab eorum commercio, in hac causa prorsus seiungatis et abstineatis.

Dilectiones quoque et Syncaeritates vestrae, et vos omnes et singuli ad persecutionem praetactorum declaratarum contra dictos inobedientes infidos, pacifragos, hostes, poenarum et coercionum, eos ad legitimam et competentem obedientiam cogendos, vestram fidelem assistenciam, operam, subsidium, et auxilium nobis coniuncti feratis: atque vos in eo impediri aut retardari non patiamini ulla pacta, conventiones aut adhaerentias, non etiam praestita haereditaria homagia, aut iuramenta aliqua, quibus illis obstricti esse possitis.

Eiusmodi enim foedera, adhaerentias, et obligationes, sive illae pridem antea, seu nunc primum, vel denuo institutae, renovatae, et productae sint ❡ Quatenus illae

antiquioribus vestris dudum nobis à vobis praestitis homagiis et iuramentis, et praesenti nostrae declaratioi atque decreto, aliisue quibuscunque modis, nobis et ordinariae et summae potestati vestrae, adversae repugnantibusque esse intelligi possent. Et ob id, in hoc casu, de Iurium omnium sentencia, contra nostrum decretum, eiusdemque executionem, vos ligare et obstringere nec debent nec possunt, animo bene deliberato, et ex certa sciencia et Imperialis nostrae plenitudine potestatis, praesentibus sustulimus, cassavimus, et abolevimus.

Dilectiones etiam et sinceritates vras, et vos, quicunque tandem obstricti essent eis, ex ea ipsa Imperialis potestatis nostrae plenitudine, ab eis omnino absolvimus, et liberamus.

Vos quoque dictorum Ioannis Friderici, et Landgravii dicionum et Dominiorum status, et subditos, ab haereditariis, homagiis, et iuramentis liberos esse et absolutos decernimus. Omnibusque et singulis qui se in hac causa obedientes erga nos exhibuerint, fidem nostram Imperialem, salvum conductum, et securitatem certam, praesentibus gratiose promissam datamque esse volumus.

Constituimus praeterea et decernimus ex praedicta Caesareae nostrae plenitudine potestatis, eos ipsos declaratos et iudicatos hostes et perduelles hac contra non debere tueri, defendere, liberare, aut adiuuare, ullam gratiam, libertatem, solacium, conductum, securitatem, provincialem aut castrensem pacem, supradicta

aut alia etiam quaecunque foedera, conuenciones, Castrensia aut ciuilia iura, quae a nobis, nostris in Imperio precessoribus Roma: Imperatoribus et Regibus, et aliis potestatibus vel superioritatibus, vobis aut illis generaliter vel specialiter data vel confirmata essent, aut adhuc darentur vel confirmarentur, nec non ullam etiam consuetudinem, usum, vel antiquum morem, neque quicquam aliud, quod eis hac in re auxilio, usui, et commodi esse deberet, vel posset.

Nos etenim praetactos perduelles et bannitos, talium auxiliorum, et perfugiorum omnium minime capaces, et ab eis exclusos, in eisque non comprehensos esse volumus.

Quod si quis vestrum vel plures, cuiuscunque Status, vel conditionis is vel ii sint, sub quocunque quaesito colore, et quocunque modo id fieret, hac contra se inobedientes exhiberent: Adversus eum, vel eos omnes exceptum et praeservatum nobis esse volumus, et eadem, quo contra saepedictos bannitos, modo, severiore poena et coertione, iuxta Dei gratiam et indignationem procedemus. Secundum ea omnia, se unusquisque et singuli gerere atque conservare, et sibi a damnis et pernicie cavere scimuto. Haec nostra seria est sententia. Datum in nostra et Imperii Civitate Ratisbona XX die Mensis Julii. Anno a nativitate Christi MDXLVI. Imperij nostri XXVI. et Regnorum nostrorum XXXI.

CAROLUS

Vidit Naues

Ad mandatum Caesareae et Catholicae Maiestatis proprium

Obernburger.

Legatio ad Carolum Quintum Imperatorem Catholicum à Sigismundo rege Polonię Achacio Czemę Palatino Mariemburgensi data 1546

Sacra et Ser.ma Caesarea M.tas et domine domine clementissime. Ser.mus Princeps et dominus, dominus Sigismundus Dei gr[ati]a Rex Polonię supremus Dux Litwanię, Russię, Prussię, Mazowię dominus et heres, dominus meus clementissimus, Sacram M.tem vestram plurimum salutere iubet, fausta et foelicia à Deo omnia haud aliter atq[ue] sibi ipsi ex animo precatur et optat studium praeterea suum illi deffert. Mihi simul dedit in mandatis, ut certis de rebus apud M.tem vestram nomine M.tis eius verba faciam, quod prius: quam facere aggrediar, quo maiore id à me authoritate fieri possit, has illi fidei litteras offero.

Quum gravibus et iis quidem iustis causis adducta fecerit Maiestas vestra, ut contra suos quosdam a quibus offensa est, arma sumeret. Serenissimo principi et domino meo dubium non est. Etsi enim inter vestram et illius M.tem longius est aliquanto locorum intervallum, tamen cum nullae tam remotae orbis partes esse queant, ad quas virtutum vrae M.tis fama non pervenerit, etiam Ser.mo Principi meo obscurum esse non potest, qua sit M.tas vestra

animi moderatione, qua aequitate, qua grauitate, nihil vt ab ea nisi consilio iustaque ratione fieri tam firmiter persuasum habeat quam quod firmissime. Caeterum quamlibet graues et iustae causae videri possint huius belli suscipiendi, gerendi tamen eius Serenissimus rex meus tempus nunc esse minime censet opportunum, neque enim nescit Maiestas vestra qui status hoc tempore sit Christia: nae Reipub: in qua Maiestas vestra principem locum tenet, quanto ea in discrimine versetur. Imminent in exitium eius Christiani nominis hostes sempiterni, quibus per bellum hoc fenestra est patefacta, ad id quod Hunga: riae reliquum est occupandum, et finitimas ei regno prouincias inuadendum.

Nihil est quod credat Maiestas vestra, quae factae cum illis esse feruntur Induciae, eas, quominus id faciant, eos pro: hiberi posse. Non illi quicquam honestate, sed suis commo: dis metiuntur omnia. Itaque pactis non fere manen: tur, neque stare illis diutius consueuerunt, quam quoad suis id conducere rationibus intelligunt. Non est Maiestati vestrae proculdubio inauditum, quam plena iam illis est Hun: garia: in qua: proh dolor, arces aliquot munitissimas recens expugnarunt, quos proculdubio rumor hic belli, quod gerere Maiestatem vestram contra suos acce: perunt, e suis sedibus excitauit, et ad impressionem in afflictum Hungariae regnum faciendam incitauit. Neque enim alia res eos intra fines suos continere po: tuit, quam terror nominis Maiestatis vestrae. Cui DEVS hanc quam perpetuam esse velit, foelicitatem tribuat, vt quo: quo se vertit victoriam semper de suis hostibus reportarit.

Hanc ergo cum solam metuerent, posteaquam vident hoc esse quasi Ciuili bello implicatam, sumpserunt animos et parum pactorum memores, occasionem sibi datam esse [ratii] Hungariae reliquias inuadendi, cupide eam et libenter arripuerunt. Feret autem hoc Mtas vestra, vt in illo orbis Christiani propugnaculo impune grassentur hostes nominis Christiani? ac non pocius ommisso bello hoc, contra suos non suo tempore suscepto, se catholicum regem declarabit? et calamitosum Hungariae regnum ab istis iniuriis vindicare, et e faucibus hostium, in quibus nunc esse videtur, eripere conabetur? Quae maior dari possit Crucis inimicis laeticia, quam si victricem vrae Mtis dexteram in sua viscera conuersam esse intelligant? viscera enim sunt Mtis vestrae omnes isti quos nunc bello petere cogitat. Quae maior contra tristicia, quae maior afferri queat Christianis desperatio, ijs praesertim quibus a tam potenti hoste propius discrimen impendet, quam si, in quo secundum deum summum rerum suarum praesidium habebant constitutum, ab eo se prorsus videant destitutos.

Haec secum vt clementer animo reputet Mtas vestra petit Sermus princeps meus, ne triste Christianis, iucundum vero Christiani nominis hostibus, spectaculum prebeat. At grauius offensa est quam vt salua dignitate sua ferre possit? Concedit hoc Mti vestrae. Sermus princeps meus. Nam vt initio dixi, in ea est omnino sentencia, qua est Mtas vestra animi aequitate, nunquam eam in hunc locum descensuram fuisse, nisi grauibus iniuriis prouocatam. Sed fecerunt hoc saepe viri fortes, qui Deum non nouerunt, vt priuatas suas offensiones, et temporibus et Reipub. permitterent.

Quanto magis id facere aequum est Mtem vestram, quae catholicam principem non magis nomine quam re referre semper visa est. Non est hoc magni animi privatum dolorem vlcisci velle: faciunt hoc etiam vermiculi, sed ita posse animo suo imperare, nullus vt sit tam iustus dolor, quem saluti Reipub: non postbabeas: id vero magni cuiusdam excelsi et vere Imperatorii est animi. Qui tocius orbis Christiani personam magna ex parte vnus sustinet, eum rerum suarum privatarum oblitum, non alio quam ad publicam tranquillitatem, ad publicam salutem conservandam cogitaciones suas omnes referre decet.

Cum itaque multos Mtas vestra saepe numerosos exercitus Deo fortunante vicerit, se quoque ipsam vincere conetur. quamlibet iusto dolori suo, modum tamen statuat, ac tocius orbis pocius Christiani quam suas privatas iniurias vlcisci velit. Meminerit non omnia semper principi pro suo iure facienda esse, cui multa necessario quandoque dissimulanda sunt, vt non abs re dictum illud sit, nescire imperare qui nescit dissimulare. Simul illud secum expendat, quod inter Imperatorias virtutes, neque gratior neque admirabilior vlla est, quam sit clementia et misericordia, qua multo facilius quam armis quam metu subditi in officio continentur. neque enim diuturni magister officii metus est, contra benevolentia fidelis est vel ad perpetuitatem.

Animadvertat Mtas vestra qui sint illi quos bello petere decrevit, numquid non subditi sunt omnes Mtis vestrae? quorum opes dum evertentur cuius alterius praterquam vestrae Mtis opes evertentur? ac quanto

plures ex illis caesi fuerint, tanto pauciores restabunt
quorum opera contra Crucis hostes uti possit. Iam et
illud obuersetur animo Mti vestrae, quod sit hoc alienum
ab omni Christiana pietate, ut manus suas parentum
caede contaminent liberi, ut fraterno sanguine fra-
trum enses madeant, ut omnia iura necessitudinis
extincta prorsus esse videantur, quod in hoc bello
fieri necesse est.

Quamobrem omnes alias rationes potius Mtas
vestra persequi velit, quibus ad officium suos revo-
care possit, quam ut ad extrema deveniat. Quae vero
ex utraque parte collectae iam sunt copiae, eis ad deffen-
dendum afflictum Hungariae regnum utatur. Sic fa-
cere par est regem catholicum, ut abstineat ab eorum
sanguine fundendo pro quorum salute Christi sanguis
fusus est, ut ne sua ipse membra atque adeo in Chri-
sti membra ne saeviat, quin salva ea potius et
integra esse velit. Si vero necessario saeviendum
sit, in eius membra saeviat, qui Christi nomen oppu-
gnare semper conatur. Cuius generis hi sunt, qui
iam sub Imperium suum calamitosum Ungariae
regnum ex magna parte subiunxisse videntur.
Qui non aliud dies noctesque cogitant, quam ut quic-
quid est Christiani nominis id omne prorsus extin-
guere possint et abolere. Horum si conatus fre-
gerit Mtas vestra, si contra illos potius qui ex pro-
fesso hostes sunt, quam contra suos castra mouerit, opta-
tam deus Mti vestrae victoriam concedet, futurumque
est ut de Repub: Christiana praeclare mereatur,
neque ulla unquam aetas de laudibus Mtis vrae conticescet.

Legatio à Sigismundo Augusto rege Poloniæ ad Cæsarem Carolum V. per Czemam

SACRA Catolica et Imperatoria Mtas domine domine clementissime. Sermus Princeps et dominus dominus Sigismundus Augustus Dei gratia rex Poloniæ, magnus dux Litwaniæ, Russiæ, Prussiæ, Mazowiæ, Samogetiæ, dominus et heres, dominus meus clementissimus. Sacræ Mti vestræ affini suo et consanguineo plurimum observando, salutem, incolumitatem, et rerum omnium prosperitatem ex animo precatur et optat: studia illi sua et ea omnia deffert obsequia, quæ bene merenti patri a morigerato filio præstari fas est. facturus omnia libenter, quibus amorem suum et observantiam erga Sacram Mtem vestram testatam omnibus facere possit. Has illi litteras offerri iussit, quo maiori fide cætera quæ in mandatis habeo persequi possim.

Etsi Mtas domini mei quamquam longissimo internallo ab ijs terris disiuncta est, cum in extrema sit orbis Christiani parte, tanta tamen est gloria rerum a Sacra Mte vestra proximis superioribus diebus gestarum, ut ad nostrum quoque quasi alium orbem rerum fama pervenerit. Quæ cum esset Sermus rex et dominus meus maiorey

in modum exhilaratus, pro suo perpetuo studio propinquis-
sima necessitudine, quae illi anita cum Sacra Mte
vestra intercedit, tenere se non potuit, quin per me Nun:
cium suum hos tam prosperos successus Sacrae Mti ve:
strae gratularetur: quod periculosus motus in Germania
concitatos tanta celeritate compresserit, et iam pacata
in ea omnia reddiderit DEUM precatur ut contra Sem:
piternos Christiani nominis hostes, quorum imperium
longius in dies, et latius propagatur, parem Sacrae
Mti vestrae foelicitatem tribuat, quo calamitosum Hunga:
riae Regnum, cuius potior iam pars ab illis occupata
est, ex eorum faucibus eripiat, neque Barbaros Christi:
anis dominari et suam in eos crudelitatem diutius ex:
promere patiatur, verum de iniustis florentissimi ni:
per regni occupatoribus debitas poenas, pro catholici
regis et Imperatoris officio, persequatur.

Rogat praeterea Sacram Mtem vestram eadem omnia
de quibus paternae Mtis legatus missus est. quae cum ab
eo dicta sint fusius, repeti a me necesse non est. audivi
tantum a Sacra Mte vestra preces paternas et eis locum
dari petit. ut qui Orator huc venit, exoratorad Mtem
eius redire possit. Serenus vero princeps meus plurimum
se debere Sacrae Mti interpretabitur. si quod una cum
paterna Mte optat, a Sacra Mte vestra id ei optatum
ferre licebit.

Legatio ad Ioachimum Marchionem Bran: deburgen' à Sigismundo primo rege Polonie
Achatio Czema data xxi Julij

Legatus noster ad Caesaream Mtem proficiscens ad Illmum dominum Joachimum Marchionem Brande: burgensem filium nostrum charissimum diuertet: cumque Illustritatem eius quam officiosissime nostro nomine saluta: uerit ac laeta illi omnia et secunda precatus fuerit, in hanc sententiam verba faciet.

Memoria tenere Illustritatem eius, cum Illmam filiã nostram in matrimonium illi dedissemus, quod quae dos per nos. Illti eius per nos promissa fuerat ad constitutum tempus soluenda, eam repraesentauimus. Illtas vero eius et dotis et contradotis nomine, certas arces, ciuitates, et oppida Illmae filiae nostrae inscripsit, et obligauit, ex quibus arces et Ciuitates nonnullas alias antea obliga: tas esse accepimus, cum tamen quibus in bonis dos inscribitur, ea libera esse oporteat: nunc vero ne in hanc quidem diem arces illas et oppida libera esse ab Illte eius cognouimus.

Quoniam vero proprium id et peculiare patris officium est rationibus filiae velle prouidere, deesse officio nrõ non potuimus. Itaque Syn tem tuam misimus quae quod

hactenus neglectum est. id sarciendum per Illtem eius curaret, quam etsi non dubitamus sedulo curaturam omnia, vt quae ad filiae nostrae coniugis illius rationes intuto collocandas pertinere videbuntur, facere nihilominus voluimus, vt nobis quoque curae esse res illius declararemus. Quam quo chariorem esse Illti eius exploratum habemus, hoc spem certiorem concipimus primo quoque tempore prouisuram Illtem eius vt bona illa nemini sint alii praeterque Illmae filiae nostrae obligata. Optamus nos quidem Illti eius longam incolumitatem, sed quoniam vel vesper serus quid vehat nemo scit: neque quisquam est qui crastinum etiam sibi polliceri possit, ab Illte eius petimus, vt quantum amat Illmam filiam nostram coniugem suam charissimam, tantum contendat et elaboret, vt semota quauis cunctatione rationibus eius in posterum prospiciat.

Ad Principes GERMANIE

CVM venerit Legatus noster ad principes Germaniae sa:
lutabit illos officiose nomine nostro ac redditis ~~filio~~ fidei litteris,
missum se esse dicet ad Caesaream Mtem a nobis, vt qui sunt
in Germania tumultus excitati, eos sedare conetur. Ro:
gabit nostro nomine, vt memores periculorum quae Reipub:
Christianae impendere videntur, a quietis consiliis ne abhor:
reant: ac omnes rationes persequantur potius, quam vt armis
vt exercitu quicquam a Caesarea Mte velint extorquere.
Nobis enim qui et cum Caesarea Mte et cum Mtibus eo:
rum arctis necessitudinis vinculis coniuncti sumus, dole:
re vehementer: eo rem esse deductam vt armis inter se dis:
ceptent: quamquam nos in hanc pacificationem inter eos interpo:
nimus, non alio a nobis animo fieri, quam quod vtrique parti
bene volumus, sanguinem Christianum profundi nolumus;
sed vires potius inclytae nacionis huius integras conserua:
ri cupimus, ad propulsandas a finitimis crucis hostium
iniurias. Quae si fractae et debilitatae sint quanto plus
de illis fuerit imminutum, tanto maius robur accedet sem:
piternis Christiani nominis hostibus, quibus non aliud adi
queat spectaculum iucundius, quam si mutuis vulneribus con:
cidere Christianos accipiant. Haec et alia in eam senten:
tiam dicet, quae ad componendum bellum hoc facere vide:
buntur.

Adibit etiam Illustrissimum Dominum Granuelam Cancellarium, quem cum nostro nomine salutauerit, et dicet deliberatum nobis fuisse, vt de abroganda proscriptione Illustris domini Alberti Marchionis Brandeburgensis in Prussia Ducis nepotis nostri Charissimi Maiestatem Caesaream peteremus. Postea vero significatum esse nobis, quod absoluta sint imperii Comicia, extra quae agi de proscriptione ista non posse, itaque Legationis formam commutauimus, vt de motibus istis in Germania excitatis componendis, agi cum Maiestate Caesarea vellemus. Caeterum rogare nos dominum Cancellarium vt consilium suum nobis imparciat, num de proscriptione quoque agere nobis liceat: ita enim nobis esse persuasum, Maiestatem Caesaream, si minus abrogandi decreti Camerae, tamen suspendendae executionis illius ad certum tempus, etiam extra Comitia potestatem habere. Atque ita petet dominum Cancellarium, vt vel suspensionem eiusmodi apud Caesaream Maiestatem nobis impetrare velit; simul gratos nos et memores fore pollicebitur, si illius opera nos adiutos esse cognouerimus.

Ad eundem modum aget etiam cum Reverendissimo domino Cardinali Augustano, cuius cum singulare studium erga nos perspexerimus, nihil dubitamus quin prudenti et fideli consilio suo minime sit nobis defuturus. Quod si illi videbitur, tum aget de proscriptionis executione suspendenda, iuxta informationem, quam scriptam mittimus, qua tamen in re etiam ab Illustri domino duce Prussiae,

instructionem accipiet, vt illius iudicio vel agat de suspensione hac, vel prorsus actione ista supersedeat.

Habebit autem ad Caesaream Mtem binas lras, vnas de causa proscriptionis manu nostra subscriptas, alteras de pace, quibus propter affectam valetudinem nram subscribere non potuimus.

Lantgravio Hessie
Sigismundus I. rex Polonie

CVM esset ad nos allatum de funesto bello isto in Germania nuper oborto, incredibilem animo dolorem accepimus, quod ex eo plurimum ad Rempublicam Christianam incommodi peruenturum videbamus. Quod cum spectaculum edi gratius potuit sempiternis Christiani nominis hostibus, q quod hisce temporibus aeditum est, cum quae fuit natio maxime illis formidolosa, ea mutuis armis non sine turpitudine quadam seipsam conficere, q summa cum gloria sua in Turcis hostes vires suas conuertere maluit. Cum itaq animo prospiceremus quae inde Reipublicae Christianae pericula impenderent, pro nostro erga illam studio prouidere cupientes ne quid ea detrimenti caperet, tenere nos non potuimus, quin et ad Caesaream Mtem fratrem et consanguineum nostrum charmum, et ad vestram Illustritatem sociosq illius, Legatum nostrum de pace mitteremus.

Ac venit is quidem in Castra Cæsareæ Mtis, sed ita inde di: missus est vt nulla spes pacis ostenderetur: grauiter enim ab Illte vestra socijsq eius Cæsarea Mtas offensa videbatur. Etsi autem ad vestram quoq Illtem sociosq illius manda: ta illi dederamus, iustis tamen rationibus præpeditus ad castra illorum accedere non potuit, ac rebus de quibus missus erat infectis domum rediit. Tulimus quidem dolenter non esse precibus nostris apud Imperatoriam Mtem locum da: tum, sed pro incredibili studio nostro pacandæ Reipublicæ Christianæ, fecimus nihilominus vt denuo lras ad Mtem il: lius daremus: quibus etiam atq etiam diligenter hortamur Mtem eius, atq ab ea magnopere petimus, vt positis armis alia quacunq ratione ius suum prosequatur, et Reipubli: cæ Christianæ saluti potius consulat, quam priuato suo dolori indulgeat. Omnia nos facturos recepimus vt vræ quoq Illustritati ac socijs eius persuadeamus, quo ab ar: mis abstineant, quieta consilia amplectantur, deq reditu in gratiam Cæsareæ Mtis sint soliciti. Quo animo Mtas eius scripta hæc nostra acceptura quidq responsi nobis da: tura sit, scire non possumus. Sed in omnem euentum ad vestram quoq Illtem et socios illius scribendum duximus, vt ipsorum animum simul exploraremus. Fieri potest vt non desint rationes aliquæ probabiles Illustritati vestræ socijsq eius, quibus adductæ sunt vt arma contra Cæsaream Mtem caperent. Sed quæ a subditis contra dominum arma sumū: tur, ea iuste sumpta esse difficulter hominibus persuaderi potest. Quamobrem hortamur Illtem vestram, vt com: municato cum socijs suis consilio, de reditu potius in gra: tiam Cæsareæ Mtis cogitet, q de coepto bello prosequendo. Simul etiam significet nobis, num velit ea de re per Lega: tum nostrum iterum nas apud Cæsaream Mtem agere: atq vna si visum erit Illti vestræ, vias et rationes indicet

quibus id modis nobis aggrediendum sit: conditiones etiam perscribat Caesareae M^ti per nos proponendas. Nos nulli neque labori neque sumptui parcemus, vel Reipublicae causa, quae hoc a nobis tacite flagitare videtur, vel quod ipsi Illustritati vestrae honestissime cupimus, quo funestum bellum hoc optata pace mutari, atque Illustritati vestrae, et sociis eius in gratiam et concordiam cum Imperatoria M^te redeundi potestas confici possit. Quam in rem speramus non defuturam etiam nobis regiam Romanorum M^tem fratrem et consanguineum nostrum charissimum, ad quam accurate scripsimus, ut adiumento nobis esse velit, quo minore negotio quod volumus apud imperatoriam M^tem impetrare queamus. Datum Craccoviae XX Decembris 1546.

Ferdinando Romanorum regi
Sigismundus I Rex Poloniae

CUM esset ad nos allatum de calamitoso et exitiabili bello proximis superioribus mensibus in Germania commoto, maiorem quam dici queat animo dolorem accepimus. quantum enim ex eo incommodi ad universam Rempublicam Christianam redundaturum esset, facile videbamus. Itaque statim ut certiores de eo facti sumus, Legatum nostrum et ad Imperatoriam M^tem, et ad eorum qui contra illam arma ceperunt Castra, misimus, ut oraret atque obsecraret, quo positis armis quieta potius consilia amplecterentur.

Qua legatione cum esset functus apud Caesaream Mtem, Orator noster etsi perhumaniter illi responsum est, qua de re tamē missus fuit non impetravit. Ad eorum vero qui ex adverso erant Castra profectus non est, q ei significatum fuerat, si eo accessisset, minime id gratum Imperatoriae Mti futurum: atq ita rebus infectis domum rediit. Non ignoramus nos quidem gravissimis causis adductam fecisse Caesaream Mtem, ut hoc tam difficili reipublicae Christianae tempore, contra eos, quorum fuit iniuriis provocata, bellum susciperet. Sed vehementer metuimus ne dum eos a quibus offensa est ulcisci cogitat, gravius ulciscatur sempiternus Christiani nominis hostis populos innocentes, qui sunt in Mtis vestrae ditionibus. Nam qui ad nos ex Constantinopoli veniunt, mira narrant, quanto apparatu, q instructo et numeroso exercitu reliquias afflicti Hungariae regni occupare, et in Austriam invadere ineunte vere hoc proximo cogitet, ita ut periculum sit ne nimis magno constet toti Christianae Reipublicae haec in Caesarea Mte ulciscendi suorum peccata cupiditas. Quamobrem et si repulsam semel passi, scribimus tamen iterum Mti eius, atq ab ea summo studio petimus, ut innocentum propugnandorū, potius contra sempiternos Christiani nominis hostes, q suorum qui nocentes videntur ulciscendorum cogitacionem suscipiat, atq eos in gratiam recipiat, qui iam erroris sui poenas dedisse videntur. De quorum voluntate et si nihil adhuc certi et explorati habemus, summus nihilominus bona spe q consiliis nostris locum daturi, ad officium reddituri, atq omnia sedulo sint facturi quae ad fideles subditos pertinent. Nos neminem habemus in terris secundum liberos nostros, qui nos arctiore vinculo propinquitatis attingat, quam vr̄am et Imperatoriam fraternam Mtem. Itaq curae nobis inprimis est futurum, ut Mtis eius dignitas salva conservetur, et ea quam par est illius ratio habeatur. Haec et alia plura

in eandem sentenciam ad Mtem eius Imperatoriam scripsimus. Quoniam vero intestinum hoc et domesticum bellum regnis et dominio Mtis vestrae ne magnum aliquod detrimentum afferat ingens est periculum, vt optata pace mutetur non minori Mti vestrae quam nobis curae esse debet. Petimus a Mte vestra, vt ipsa quoque se in pacificationem istam vna nobiscum interponat, ac omnibus modis instet atque vrgeat, quo receptis in gratiam iis a quibus Mtas eius offensa est, arma victricemque dextram suam cum exercitu, cumque omnibus totius Germaniae coniunctis viribus, in Crucis hostes vertat potius quam suos bello persequatur. sit apud illam gratiae, sit misericordiae locus, neque pro Iure suo omnia sibi facienda existimet. Quod si Mtas illius Imperatoria tractare nos aliquid per Legatum nostrum eadem re volet, nos neque laboribus vllis neque sumptibus parcemus dum optatam pacem et tranquillitatem consequi possimus. Datum Cracoviae XXIX Decembris 1546

Scheda.

Petimus a Mte vestra, vt cum scribere dignata fuerit ad Imperatoriam fraternam Mtem, nostras quoque literas per eandem occasionem ad Mtem illius perferri mandet: et quicquid erit a Mte eius responsum ad nos transmittendum curet. Quod si vero visum fuerit Mti vestrae, vt noster hic potius tabellarius cum litteris nostris ad Imperatoriam fraternam Mtem ipse proficiscatur, iterum a Mte vestra petimus, vt nostris litteris suas quoque adiungat, causamque hanc Imperatoriae fraternae Mti diligenter commendet.

Carolo Quinto Caesari Catholico
Sigismundus . I . rex Poloniæ

SErme, Accepimus responsum vestræ Mtis ad ea quæ nostris verbis egit Magcus Achacius Czema Palatinus Marienburgensis præfectus arcis nostræ Stumensis Syncere nobis dilectus, quem ad Mtem vestram miseramus de reducendis in gratiam hys, qui graviter Mtem vestram offendisse visi sunt. Ac quod ne antea quidem dubium nobis fuit unquam, idex hoc Mtis vestræ responso clarius et certius cognovimus, gravissimis iustissimisque causis adductam fecisse Mtem vestram, ut quorum atrocibus erat iniuriis provocata, vos bello persequeretur, ex necessitate magis quadam quam ex voluntate Mtis vestræ suscepto. Vellemus huic bello causam non datam, neque ad hanc armorum contra suos capiendorum necessitatem Mtem vestram adactam esse, sed si fatalis hæc est Christiani orbis calamitas, ut nunc bellis totus ardeat: laudamus nihilominus pium hoc vestræ Mtis institutum, quod dum ulcisci suorum peccata cogitat: ita se ultionem suam temperaturam scribit, ut planum omnibus testatumque faciat, quod ad hanc rationem invita descenderit, atque à cupiditate profundendi sanguinis humani quam longissime absit. Quod quidem non verbo magis quam re ipsa declarasse iam videtur. ita enim et litteris quorundam et sermonibus ad nos perfertur, cum summam habuerit facultatem,

qui contra Mtem vestram arma sumpserunt, eorum exer:
citum ad internectionem usque delendi, hac eam potestate
uti noluisse, ac quoad eius fieri potuit a caedibus abstinu:
isse. quem tam Christianum animum, ac vere forti et ma:
gnanimo Imperatore dignum vehementer Mti vestrae
gratulamur. Maioremque ex eo laudem retulisse iudicamus
quod animo suo imperaverit, quod seipsam vicerit, quod quamvis
iusto dolori suo non indulserit, quam si universum eorum qui
ex adverso erant exercitum, quod facere Mtem vestram
sola pietas illius prohibuit, occidione occidisset. Quod
Legatum nostrum ad Mtem vestram misimus, fructum
eius rei tamen aliquem nos consecutos arbitramur, cum
eam tanta erga suos errantes mansuetudine usam au:
dimus: utcumque non omnino nobis ex Sententia Legatio
nostra successerit. At facit haec illius clementia singu:
laris de qua tam grati ad nos rumores perferuntur,
ut quamvis repulsam semel passi, periculum nihilominus ite:
rum faciamus, si qua ratione efficere possimus, ut man:
suetudinis et clementiae suae coeptam laudem absolvat,
qui sui erroris poenas iam dedisse videntur, eos in gratiam
recipiat, armaque et victricem dextram suam in sempiter:
nos Christiani nominis hostes potius quam in sibi subiectos
populos convertat. Quos quo maioribus calamitatibus
afflixerit, hoc suas ipsius vires magis imminuerit, hoc
minus multos habitura est quorum ope Crucis hostium
impetum propulsare possit. Quem tanto magis inultum
reddiderit, quanto de suis plures perdiderit. Qui enim
sunt quos quolibet iusto bello petit Mtas vestra, qui sunt
alii quam subditi Mtis vestrae? Etiam si errore aliquo
ducti arma contra Mtem vestram ceperunt, subditi tamen
sunt Mtis vestrae? et eos erroris sui proculdubio iam poe:
nitet. quos quo magis fatigaverit, quo magis vires eorum,

vel suas poenis debilitaverit, hoc plus auxerit opes Crucis hostium, hoc maiorem illis animum addiderit ad quaevis contra Christianos audenda. Quamobrem iterum atque iterum a Mte vestra petimus, ut ne omni animi sui impetu dolori suo quolibet iusto pareat; sit apud illam gratiae sit misericordiae locus. Sed offenderunt illi graviter Mtem vestram. Facile credimus non esse levem offensam, quae Mtem vestram tanta lenitate et mansuetudine praeditam ad tantum bellum suscipiendum, tam difficili Reipublicae Christianae tempore impulerit. Caeterum quo maior est illorum offensa, hoc erit Mtis vestrae liberalitatis et clementiae laus maior atque illustrior. Neque decet in summo Principe nisi summam esse clementiam. Graviter ab illis offensa est Mtas vestra negari non potest. Sed maioribus tamen iniuriis et contumeliis affecta non est quam fuit ille rex regum, per quem reges regnant: a quo potestas est omnis, cuius nomine censemur. Ad cuius clementiam et misericordiam qui proxime accesserit, is qui nomine eius censeatur, quiloeum eius in terris gerat dignissimus fuerit. Inter summas laudes Cesaris cuiusdam Imperatoris haec est praecipue praedicata, quod nihil oblivisci soleret praeter iniurias. Quae cum propria sit laus Christiani Imperatoris, in ea se ab illo qui Christum non novit superari Mtas vestra ne patiatur. Nos quo animo sint hi de quibus poenas expetit Mtas vestra nondum exploratum habemus. Nam quem ad Mtem vestram de illis in gratiam reducendis Oratorem miseramus, is etsi mandata ad eos nostra habebat, neque coram tamen ea exposuit, neque per literas cum illis quicquam egit: verebatur enim ne quid ea res animum vestrae Mtis offenderet, si ex castris illius ad eorum castra profectus esset. quod nos consilium illius approbamus,

qui nemini magis quam vestrae Mti obtemperare cupimus.
Itaque nullam prorsus habemus voluntatis eorum significa:
tionem: sed si scire modo possimus esse apud Mtem vestram
loci aliquid gratiae et misericordiae diligenter cum eis
acturi essemus ut se ad Mtis vestrae voluntatem acco:
modarent, gratiam illius implorarent, atque omnia fac:
erent quae ad fidelium subditorum pertinent officium.
ac bona spe sumus pro ea quae cum quibusdam nobis
intercedit necessitudine, nostra apud illos consilia locum
habitura. Cum vero nemo sit mortalium qui nos arcti:
ore vinculo propinquitatis attingat, quam vestra et Regia
Romanorum Mtas, certo sibi de nobis polliceri potest,
quod non alio potius consilia nostra quam ad vestrae Mtis di:
gnitatem referentur: quam inprimis salvam esse et
debitam eius rationem haberi cupimus. Quapropter
a Mte vestra cupimus, ut suis nos litteris reddat cer:
ciores, num bona cum illius venia, iterum nobis Lega
tum mittere ad Mtem vestram ysdem de rebus de quibus
antea miseramus liceat, cum spe tamen aliqua quod
petmerimus obtinendi. vehementer enim sumus soliciti
si diutius bellum hoc trahatur, ne sempiternus Christiani
nominis hostis occasionem hanc arripiat Hungariae reliqui:
as occupandi, et ipsam etiam Austriam invadendi: neue
regno nostro propter vicinum malum mali aliquid eve:
niat, cum praesertim non vanis rumoribus acceperimus,
valde cum instructo et numeroso exercitu ineunte ve:
re proximo in Hungariam cogitare. Quo maiore stu:
dio in istam pacificationem incumbimus. ac DEUM
sedulo precamur ut Mtem vestram in eam voluntatem
impellat, quo pro catholici regis et vere Christiani Im:
peratoris officio Ser^mo^ et excellent^mo^ fratri suo de
regnis suis periclitanti clementer succurrat potius quam

suos bello prosequatur: sitque prior apud illam ratio fraternas ditiones tuendi, quam si qui ex subditis contra illam peccarunt eos vlciscendi. Hoc animo si fuerit Maiestas vestra, si victorem exercitum suum, si totius Germaniae vires coniunctas in hostes Christiani nominis verterit, si calamitosum Hungariae regnum, ex ea qua grauissima nunc premitur seruitute in libertatem asseruerit: et apud Deum gratiam non mediocrem inuenerit, et nomen suum ad immortalitatem consecrauerit. Datae Cracouiae XXX Decembr. 1546.

Carolus Quintus Caesar Catholicus. Sigismundo primo Regi Poloniae.

Serenissime Princeps consanguinee noster charissime. Quod Vestra Serenitas nos ad pacis studia et intermissionem vindictae in rebelles nostros, et arma in sempiternos Christiani nominis sumenda perquam amanter hortatur, atque adeo officium suum in reducendis in gratiam ijs, a quibus iustas plane (nostra quidem sententia) poenas expetimus, vltro pollicetur, id quod literae Serenitatis vestrae quas ad diem XXIX Decembris anni M. D. XLVI. iam exacti ad nos dedit, testantur: quaeque Serenissimus frater noster Romanorum etc. Rex eodem ferme argumento Serenitatis vestrae verbis perscripsit. Non possumus Serenitatis vestrae honestum consilium et institutum non probare. Quis enim pacem bello non anteponat? cui alter vtrius optio detur, vt cum velit alterum altero comutare

queat? hoc praesertim tempore quo nihil minus expedit Rei:
publicae Christianae, quam ut Christiani intestinis inter se armis
dimicent. Sed alia huius belli ratio est (si modo bellum
magis quam sedicio vocanda est) cuius autores et si magna
parte auxiliorum nudati, spe omni destituti, victi prope
et fugati nullum tamen atrocis rebellionis ac sedicionis suae
finem, nullum in caeteros imperii ordines, etiam eos qui cum
hoc bello nihil commune habent, grassandi et saeviendi mo:
dum sibi statuunt, adeo ut ne his quidem parcant qui foe:
deris et amicitiae relligione illis coniuncti sunt. tanta est isto:
rum hominum obstinatio. Itaque cum v[est]ra Ser[eni]tas causae hu:
ius aequitatem, immo necessitatem, nobiscum probare satis
videatur, non videmus quem fructum Ser[eni]tis vestrae Legati
et inter nuncii consequuturi sint, praesertim ad illos de quo:
rum voluntate nihil certi sibi constare Ser[eni]tas vestra suis
ipsa l[itte]ris testatur. Deinde res in eo iam statu versantur, ut
sperandum sit DEI optimi maximi benignitate, quod superest
rebellium, vel sua sponte reddituros ad obedientiam no:
stram, vel facili negocio ad deditionem cogi atque compelli
posse. Nam ex his urbibus et ditionibus, unde seditiosis istis
non modo commeatus et arma sed et miles et pecunia belli
nervus abunde suppetebat: maior pars se se nobis vel sua
sponte vel metu expugnationis dedidere inter quos praecipui
sunt, dux Wirtembergen[sis], civitas Augusta et Ulma. Et
quicquid est preterea populorum, urbium et dicionum hu:
ius superioris Germaniae, qui foederis Schmalcaldici so: Smalcaldici
cietatem hactenus professi sunt, preter Civitates Ar:
gentinam et Constanciam et Opidum Lindaw, quorum
hae duo propediem, ut certis ad nos nunciis allatum est,
ad nos accedent supplices, illa vero nempe Argentina cae:
terarum autoritatem forte secutura est. Deinde non pauci
principes, Comites, Barrones, nobiles Saxonicae provinciae, iam

olim pertæsi impotentis illius dominatus, et sævæ tyrannidis rebellium, nihil prius in votis habent, quam ut illis detur sævum et immite illud iugum aliquando excutere: adeo quod bona spes est DEI bonitate, ductu et auspiciis, futurum, huius belli reli: quias facili negocio vel deleri vel devinci posse, et eo quidem facilius quod pacatis magna ex parte rebus huius superioris Germaniæ, reliquum exercitum, cuius partem iam præmi: simus in Saxoniam, porro ducere, et coniunctis cum Serenissimo fratre nostro Romanorum rege, et aliis principibus Imperii qui in ea provincia nostro nomine agunt, copiis nostris, ad perse: quendas illius sedicionis reliquias omnes vires et auxilia connectere constitutum habemus, si res ita postulabit.

Iam quod ad externos hostes attinet, quos Hungariæ atque Au: striæ atque adeo suis ipsius rebus imminere Serenitas vestra per: scribit. Speramus DEUM optimum maximum, qui dominus et exercituum est, et in cuius manu regum corda sunt, hunc metum, hoc periculum externi hostis pro sua ineffabili sapien: cia et pietate depulsurum, a Repub. Christiana: neque passu: rum ut huic iustæ ultioni ullum impedimentum aut mora interii: ciatur, quæ cursum illius internectere possit, quæ sane ad res Germaniæ constituendas, tantum habet momenti, ut non nisi ea feliciter confecta, tum demum de armis in ex: ternos hostes sumendis recte utiliterque decerni statuique posse videatur. Hæc sunt Serenissime Rex quæ ad literas Serenitatis vestræ paucis respondendum duximus, tum ut sciret nos, qui et si nulla consilia honestæ pacis unquam aspernati sumus, nihi: lominus tamen Serenitati vestræ spem certam ullius tractacionis hac in parte facere non posse, cum non sit in potestate unius con: diciones pacis inire ubi alterius partis consensus non accedat: tum ut de rerum successu et spe victoriæ certior reddita: con: silium præsens ex re præsenti captare valeat. Nos enim

Serti vestræ ut in Legationem, sumptus faciat et labores frustra suscipiat apud eos de quorum voluntate incerta sit, illi suadere neque debemus, neque volumus. Quod reliquum est Sertem vestram optamus cum rerum suarum felici incremento diu incolumem vivere et regnare. Datum in oppido nostro Imperiali Ulma die tercia mensis Februarij anno domini M°. D°. xlvij°. Imperii nostri xxvij°, et regnorum nostrorum. xxxj°.

Vester bonus frater

Carolus.

Cesar Catholicus Carolus Quintus. Sigismundo primo Regi Poloniæ.

Serme princeps, fr, amice, et consanguinee noster charissime. Quæ vestra Sertas, suis ad nos litteris, quas Oratori suo Mag^co^ sincere nobis dil^o^ Achatio Cemo Palatino Marienburgen. Capit^o^ Stumensi, ad nos dedit, quæque ille de reducendis in gram rebellibus nostris, et quietioribus consiliis amplectendis, copiosa atque diserta oratione explicuit, ea omnia et intelleximus libenter, et in meliorem partem a vra Ser^te^ accepimus: non ignari quantum intersit Reipublicæ Christianæ, hac præsertim tempestate, ne christiani armis inter se decertent. At interim recte existimavit Sertas vestra,

nos non absque gravibus et iustis causis inductos, ad arma sumenda in rebelles subditos nostros. Quas causas ubi penitus perspexisset Ser.tas vestra, quae est aequitate predita, dubio procul non iustas modo, verum etiam necessarias, atque adeo inevitabiles iudicasset. Nam quid opus est hic commemorare quae iam olim Joannes ille Fridericus, qui se ducem Saxoniae Electorem et Philippus assertus Hassiae Landtgravius, decreto nostro Imperiali nuper ambo proscripti, huius sediciose factionis duces et antesignani, in reliquos Imperii ordines et subditos in sacra atque profana omnia, sibi ipsis permiserint. Quandoquidem horum funesti ac perniciosi conatus, impressiones, violentiae magna ex parte orbi notae sunt, et multorum nedum Principum, sed ex omni hominum genere calamitates, exilia, carceres, ruinae, ostendunt, testantur Sacrarum aedium profanationes, gemit suppressa horum studio et opera Jurisdictio nostra suprema in imperio. Quibus rebus, et si diu antea, ut modum adhiberemus, officii nostri ratio nos submoneret, tamen omnia tollerare, omnia alia remedia prius experiri, maluimus, quam ad arma devenire. Sed illi hac nostra lenitate abusi, atque inde multo insolentiores redditi, animum ad maiora adyciunt, ac non contenti prioribus violentiis, rapinis et sacrilegiis, reliquum quod superest Imperii ordinum, sua tyrannidi subycere conantur. Ac ne nobis locus aut facultas detur, qua eorum violentis conatibus obsistamus, collectis illico copiis, de quibus iam antea in eorum conventiculis inter eos convenerat, primum Ser.mi fratris nostri Romanorum Regis, et aliquot Principum Imperii ex eorum numero, qui nobis dicto audientes sunt, ditiones invadunt, Castra et oppida aliquot tum illorum, tum nostra et imperii occupant, inde arma in nos ipsos movent. Id quod sese facturos iam antea haud obscure iactitarunt, quamvis Deo dante funesta haec illorum consilia parum


foeliciter illis cessere. Omittimus hic libellos famosos con:
flatos ex impudentissimis mendacijs ac figmentis, poe:
mata, picturas, quibus nos famam honorem et existima:
cionem nostram, per omnes mundi plagas miris modis
traducunt, proscindunt, lacerant, et exquisitis technis
dant operam, vt cum illis reliquum Germaniae conspiret.
atque adeo cum hijs rationibus, tum alijs omnibus in re:
bus, tales sese ostendunt, vt satis appareat, nihil minus
illos cogitare, quam de ijs rationibus, quibus illis reditus ad
gratiam pateretur. Itaque etsi iniuriarum nobis ipsis illatarum
obliuisci poteramus, tamen communis libertas Germaniae,
cuius singularem semper curam gerimus, et Imperialis di:
gnitatis, et functionis nostrae ratio, et fratris nostri,
ac multorum imperii ordinum, ab hijs sediciosis acceptae
iniuriae et deniquae Germanicae Nationis publica salus,
a nobis omnibus modis contendunt, vt susceptam vltionem
semel armis prosequamur. quam tamen Deo dante, ita
temperare intendimus, vt plane semper testemur, nos
humani sanguinis minime cupidos esse, atque vt or:
bis cognoscat, nos non tam voluntate quam necessitate
ad bellum hoc coactos esse. a quo certe libenter ab:
stinuissemus si hostium improbitas concessisset. Neque ve:
ro aliud quidquam tota hac expedicione quaerimus, quam
vt pacata Germania, constituta ratione Justiciae in
Imperio, et dignitate nostra salua, animum ad ea con:
silia adhibere possimus, per quae Respublica Christia:
na, aduersus illius hostes, communi aliorum regum et
Principum consilio, viribus auxilijsque defendatur, cui
rei vires et facultates nostras omnes vitam deniquae ipsam
haud grauatim impenderimus. et prout haec omnia Ser^tis
vestrae oratori fusius explicuimus. Quod superest Ser^tem
vestram diu incolumem viuere, et rebus regni sui feliciter


presse optamus. Datum in Castris nostris ad Aymanshofen XI Octobris Anno domini 1546 Imperii nostri 26 Regnorum nostrorum 31.

Vester bonus frater

Carolus

J. Obernburger.







683





Od roku 1833 znajdowało się w Bibliotece publicznej / dla księgi
rękopisu

308

684.

Oba manifest Karola V przeciw jego wrogom Elektorem
Saskim i Landgrafem Heskim

1545

Polski. 55. 104. 145. 367. 393. 429. 434. 445. 459–65. 473. 479–488. 492. 533–546. 578–587. 611

Zwodnia 224.

317 List ciekawy.

1546 381.

393 Coo szlachta prosi.

432 Koroacy

446 Oczakow

Oczakow 443.

595 Nary litewskie

231 o Zatlaczach Litwie

73 Lubomirski

196 wymaw. Szarka Ferdynandow. iż przysięga ...

239 ...

247 List ...

327. 15 Junii 1545 ... Ferdynandowi ... Elżbiety ... Zygmunta Augusta.

335 Ferdynand ... iż 5 Julii ... swej córki Elżbiety.

337 22 Julii Karol V ... Zygmunt August

339 12 Febr. Stary Król ... aby ... oddał ...

335 ... Elżbieta ...

430 ... Wołoszczyzn

547 albo ... nie ...

489 Piotr Borbicki

... 11/11 1842 ...

